

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

#### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + Refrain from automated querying Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

#### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/



MENTEM ALIT ET EXCOLIT



K.K. HOFBIBLIOTHEK OSTERR. NATIONALBIBLIOTHEK

73.W.187



73. W 187.

## SYLLOGE ALTERA SCRIPTORUM.

Q U·I DE \* LINGUÆ GRÆCÆ

Vera & recta Pronunciatione Commentarios reliquerunt.

**V**idelicet

DESIDERII ERASMI, STEPHANI VIN-TONIENSIS EPISCOPI, CANTABRI-GIENSIS ACADEMIÆ CANCELLA-RII, JOANNIS CHECI, THOMÆ SMITH, GREGORII MARTINI, ET ERASMÍ SCHMIDT.

Quibus accedit Libellus rarissimus GUILLIELMI POSTELLI,

Prisco Latine & Græcæ linguæ Charactere. ejusque origine & usu, EDIDIT

SIGEBERTUS HAVERCAMPUS.



LUGDUNI BATAVORUM, Apud GERARDUM POTVLIET. MDCCXL

73. W. 187



### VIRO NOBILISSIMO

# GUILHELMO CLERCK, JUD.

URBIS WAGENING AS CONSULT AMPLISSIMO

SENATUS

SUPREM & CURIA

CELRIA

PER ANNOS

QUADRAGINTA PLURES

• 2 GRA



### VIRO NOBILISSIMO

# GUILHELMO CLERCK, JUD.

URBIS WAGENING AS CONSULT AMPLISSING

SENATUS

BUPREMA CURIA

CELRIA ...

PER ANNOS

QUADRAGINTA PLURES

• 2 GRA

GRAPHIARIO,

JURIS ROMANI

MON WINUS;

QUAM PATRII

, SCIENTISSIMO,

LINGUARUM ET ANTIQUITATUM

GRÆCARUM LATINARUMQUE

CALLENTISSIMO,

JUDICIO ET ELOQUIO

POLLENTS.

CUI

MUSÆ GRÆCÆ ET LATINÆ;

IN QUARUM

CONSENUIT CONTUBERNIO

PRÆBENT

DECUS ET VOLUPTATEM;

QUEM

DOCTLOMNES

AMANT, SUSPICIUNT, COLUNT,

SUPREMÆ APUD GELROS

CURLÆ

FULCRO INCONCUSSO

ET

ORNAMENTO SINGULARI,

3 HOS

#### HQS

PERECTA PRONUNCIATIONE LINGUÆ GRÆCÆ SCRIPTORES,

UT

INTELLIGENTI,

EΤ

EJUSMODI DELICIARUM ÆSTIMATORI VERO,

LUBENS

ET

GRATO ANIMO, EAQUE QUA PAR EST OBSERVANTIA,

D. D. D.

SIGEBERTUS HAVERCAMPUS.

# PRÆFATIO

#### A D

# LECTOREM BENEVOLUM.

uum quatuor abhine annis gem priorem, quæ Scriptores aliquot de Veteri 🚱 Re-DSLOD sta Pronunciatione Lingue Graca complectitur, coactus fui différre reliquos, qui eo in genere desudarunt atque inpigre & cum laude versati funt; quod rariores eorumdem essent libelli. neque querenti mihi sese obtulerant. Nactus eosdem diligenti inquisitione & per amicos, Syllogen Alteram ejufmodi Scriptorum nune publici juris facio, sic ut duabus hisce Collectionibus comprehendantur omnes illi, qui mihi maxime utiles & recusione digni videbantur. Pri-

### PREFATION

Primum itaque in Nova hac Collectione, sive Sylloge Altera, locum dedimus lepidissimo libello Desiderii Erasmi, fatis quidem obvio, fed à quo tamen necessario ordiri debuimus. Primus enim ille fuit, qui corruptam per posterioris ævi Græculos Pronunciationem, restituere & emendare conatus, rationes ejus rei in lepidissimo Dialogo dedit. Et quamquam, inveterata consuetudine mala, usum corrigere non potuit, sic ut ipse pronunciationi tum receptæ adhæfisse in sermone dicatur, tamen aliis semitam monstravit, viamque aperuit, qui, perfractis obstinatæ consuetudinis claustris, veriorem & magis germanam Pronunciationem introducere & publice defendere instituerunt.

Primi inter illos exfitere Joannes Chekus & Thomas Smith, utrique Angli & Professores in Academia Cantabrigiensi. Hi quum inter se convenissent de emendanda, quantum in illis erat, Pronunciatione vulgo recepta, primum illud opus inter privatos parietes, atque in privatis Scholis adgressi sunt. Deinde Joannes Chesus rationem publici conatus redditurus, in lucem emisse Disputationes, quas per Epiceros

fto-

#### PREFATIO

stolas mutuas super ea re habuerat cum Stephano Vintoniensi Episcopo, Cantabrigiensis Academiae Cancellario. Hic enim doctiffimus Præsul, sed veteris consuetudinis tenax , quum novam in Academia Cantabrigienli Linguæ Græcæ Pronunciationem introduci a Joanne Checo auditet, & inulitatis antea sonis ibidem omnia perstrepere; non rationibus & argumentis, sed, pro auctoritate, quam sibi competere credebat, Edictum promulgavit, quo proscripta suit introducta illa recentior & emendation Joannis Checi in Lingua Græca Pronunciatio. Bellum inde ortum mex est Literarium; quod non præliis atrocibus, sed Libellis, in Epistolarum formam conscriptis, inter Cancellarium Academiæ Cantabrigiensis atque Professorem ejusdem detonuit. Adgressoris partes Stephanus, desensoris Checus sustinuit. Is pro vi & imperio agi cuncta voluit; hic rationibus & argumentis pugnavit; quibus quum admiscuisset summam di-Ctionis elegantiam, sermonis ubertatem, atque suavitatem orationis, vix ipse quidem Cancellarius, quod culparet, nifi deterendo laudes Checi, quali ifus malam causam meliq-

#### PREFATIO.

liorem contretur reddere, invenire potuit. Attamen inexorabilis contra Checum perstitit; quamvis ille officiosissimas ad Præsulem mitteret Epistolas, ut liceret perverse renunciare consuctudini atque locum dare rationi. Mansit itaquo tum Edictum inmitis Cancellarii; sed Epistolas Mutuas, quasi totidem de controversa re pugnas, extra Angliam apud Germanos in publicum exire passus suit Checus.

Edicti Cantabrigiensis Cancellatii sulmine percusia Checi emendatior Pronunciatio, exsulare cogebatur, postquam per quatuor amplius annos Smithus atque Checus in privatis Scholis novam Pronunciationis viam monstrassent, haud diu vero postquam Graca Lectio à Majestate Regia Checo suisset demandata, isque publice, magno cum adplanta eamdem desendere atque propagare coeperat. In Galliam eo tempore abierat Smithus; sed redux, addictas Checi atque emendatæ Pronunciationis partes stronue suscepti, editoque insigni libello adriver contra Præsulem Stephanum tutatus suit.

Hi docti labores, lectu atque cognitu digriffimi, maximam hujus Novi Voluminis

pate.

### RRAE, F.A.T.J.O.

partem constituunt. Sequentur deinde ab adversa parte Hyperaspista, qui pro recepta tum Pronunciatione stantes, Erafmum, & inprimis Ceratinum, Mekerchum, Checum & Smithum, quos Negphytos adpellabant, magno ardore, neque spernendis sape argumentis, lectu sape jucundis, oppugnarunt. Ceratinum Hollandia Borcali ortum accepi, atque ab Horna, patria urbe, Hornanum dictum, Græcam deinde nomenclaturam (ut alii fecerunt) libi adaptalle,

De Mekercho quædam commemorantur in ejuldem Vita post Præfationem Volumi nis prioris polita. Longe plura deinde de viro isto deprehendi apud Petrum Borrium in Historia, quam de Patriæ nostræ rebus, copiose admodum & sideliter descripsit. Præsertim ea, quæ ad sugam ejus ex Belgio, & inita cum Comite Leicestrio contra libertatem Batavorum conspiratione, in qua primas partes egit Mekerchus, primoque loco inter nocentes, nili maturaffet fugam, punitus fuillet.

Contra bujus Mekerchi elegantislimum libellum, ex profello alium atque codem opposquit titulo Gregorius Martinas, ex Bi-

blio-

#### PRÆFATIO.

bliotheca CI. V. Joannis Seldeni, editum Oxoniæ ex Theatro Scheldoniano 1712. una cum Moeride Atticista. Usum hujus libelli nobis indulfit Ampliffimus Clerckius, ficuti Thoma Smithi Clariffimus D'Orville. Contra Smithum illum, Checum &c. alter vir eruditissimus, ejusdem cognominis, Erafmus Schmidt, infurrexit. Is in Academia Witebergensi Græcæ Linguæ & Mathematices Professor exstitit, pluribusque scriptis in Republica Literaria notus, præcipue contra illos, qui pro emendanda Græcæ Linguæ Pronunciatione sudarant, ingenium acuit; crediditque fucum olim Erasmo fuisse sactum per Beatum Rhenanum, qui, ementita fabula de adventu quorundam Græcorum, virorum doctiffimorum, qui Parisiis emendatiori modo Græcam pronunciarent linguam, ansam Erasmo, novatori, & nimis credulo, dederit scribendi illius Dialogi, qui primum in hac Collectione locum obtinet. Fides narratiunculæ ejusmodi nititur testimonio cujusdam Henrici Coracopetrei Cuccensis (Benrik Ravensberg van kuik) quod penes se, scriptum Neomagi, habuit 30. Ger. Vossius, atque post Præfationem Eras-

### PRÆFACLO

mi Smidt, in Addendis recensuit Joh-Mich. Languis. De cujus testimonii veritate disputare nolumus; perpensis tamen cunctis horum Scriptorum ab utraque parte rationibus & argumentis, magis ad veram & antiquam Gracæ Linguæ Pronunciationem accedere videntur illi, quos Novaturientes sive Neophytos vocavit Erasmus Smidt; prouti emendatior illa Pronunciatio maximam partem passim apud Eruditos hodie quoque recepta atque in usu est.

Injecta deniquea nobis in fine Præfationis primæ Sylloges fuit M. Samuelis Gelbudi atque Jo. Rodolphi Wetstenii mentio; sed corum, quæ illi de hoc argumento scripserunt, rationem in hac altera Sylloge non habuimus, quoniam prioris libellus nimis extra oleas nobis vagari videbatur; posterioris labor ad hujus fere libri spissitudinem excrescat, & satis sit parabilis; quum in ejusmodi Collectionibus magis attendere debeamus ad libellos rariores, quique propterea quod valde sint exigui, facillime essugre cognitionem & perire possunt.

At pro auctuario addidimus rarissimum longe, & paucissimis visum vel cognitum

### PREFATIO.

tum libellum Guillielmi Postelli de Phænicum literis seu de Prisco Latinæ & Græcæ Linguæ Charactere; cujus Postelli, sicuti pro mirabili hominis Genio, omnia scripta peculiare quid spirant, sic & hoc à reliquis & ab Auctore suo non degenerat. Copiam ejus ex instructissima Bibliotheca sua nobis secit Doctissimus JCtus Matthias Rover.

Lugd. Bat. Kal, Juniis cio. io. cc. xi.

ELEN-

### ELENCHUS

### SCRIPTORUM

#### QUI

Hoc Volumine continentur!

Def. RRASMI Reteredant, de Resta Latint Gracique Surments prenunciations, Dialogus. Pag. 1

JOHANNIS CHERI, Angli, in Acad. Cantabrig. L. Gr. Profess. de Pronuntiatione Graça potissimum Lingua Disputationes cum Stephano Vintoniensi Episcopo. septem contrariis epistolis comprehensa, magna quadam & elegentia & eruditione referta. Pag. 181

STEPHANI VINTONIENSIS Episcopi scripta & Edicta contra JOANNEM CHECUM de Pronunciatione Lingua Graca & Latina.

THOM & SMITH ANGLI, in Academia Cantabrigiensi publici Prælectoris, ad Vintoniensem Episcopum Epistola de recta & emendata Linguæ Græcæ Pronunciatione. Pag. 469

GRE.

GREGORIUS MARTINUS ad ADOLPHUM MEKERCHUM, pro veteri & vera Græcarum Literarum pronunciatione. Pag. 275

ERASMI SCHMIDT, Græc. L. & Mathemat. Profess. Witchergens. Discursus de Pronuntiatione Græca antiqua, contra Nesquer. Pag. 623

De Fænicum Literis, seu de prisco Latinæ & Græcæ Linguæ Charactere, ejusque Antiquissima origine & usu, ad CAROLUM CARDINALEM & Principem Lotharingium, primarium Galliæ Antistitem, Commentatiuncula, GUILLIELMO POSTELLO, Barentonio autore.

Pag. 675

DES.

### DESERASMI ROTERODAMI

DE

# RECTA LATINI

GRÆCIQUE SERMONIS

PRONUNCIATIONE,

DIALOGUS.




### Generofishmo Adolescenti

### MAXIMILIANO

à

BURGUNDIA
DES. ERASMUS
S. D.




#### DEDICATIO.

vate morem gessi tuæ voluntati. Nam licet obrutus verius quàm occupatus negociis, tamen epistolam ἀυτόγεαΦον ad te miseram, quòd facile conjectarem, eam ita tibi fore chariorem. Cæterum quòd interceptam ægrius tuleris, quàm si quid earum rerum perisset, qua tibi maxime sunt in deliciis, magnam, ut ingenue dicam, ex tuo dolore voluptatem cepi, non dubiis argumentis perspiciens, te quum in Anna, clarissima fæmina, aviæ tuæ, tum in ornatissimi patris Adolphi principis Veriani, non vulgarem affectum, quem à teneris unguiculis in me conceptum, constanter, perpetuoque retinuit, velut bereditario jure succedere. Verum ut dolorem istum, quem tibi nescio quorum inflixit perfidia, mea civilitate leniam, pro epistola mitto libellum, De Resta Pronunciatione, quam bodie maxima ex parte corruptam babemus in Græcis juxta ac Latinis. argumentum tibi dicare visum est, non tantum eo, quòd ætati studiisque tuis videretur accommodum, verum etiam quod magnam exemplorum partem ex Batavorum, Brabantorum & Gallorum populari

# DEDICATION

pulari sermone produximus, quas linguas omnes tibi non incognitas esse sciebam. Ut autem materiam, quoniam de rebus minutis subtiliter disserit, per se minus amænam, aliqua voluptatis illecebra lenocinioque commendaremus, dialogo rem tractavimus, subinde nonnibil aspergentes quod lectionis satietatem vel recreet, vel excludat. Porrò quanquam audio te Lovanio in aulicam vitam avocari, nibil eo rumore deterritus sum à dedica-tionis instituto, sciens & in aula, prasertim Cardinalitia, dari locum studiis. Nam pietatis affectum, quem una cum literis ex Joanne Borsalo, Decano Veriensi, viro quum egregie docto, tum singulari morum integritate sanctitateque prædito,jampridem baufisti,non oportet nec in aulis nec în castris deponere. Ita siet, mi Maximiliane, ut & laudatissimum Casarem, quem nomine refers, ornamentis exprimas, & clarissimis majorum tuorum imaginibus, plurimum decoris ac lucis apponas: postremo aula Casarea, totique patriæ, non vulgarem adferas utilitatem. Si libellus bic placebit, pro tuo candore communicabis adolescenti di-A 3 . vina 3. July



vina indole prædito Maximiliano ab Iselstein, reliquisque sodalibus tuis, quibusciun tibi non tam generis, opum aut dignitatis, quam eruditionis ac probitatis longe pulcherrimum certamen susceptum est. Bene vale, Datum Basileæ. Anno à Christo nato, MDXXVIII.



DES.



DES. ERASMI ROT.

DE'

# RECTA LATINI

GRÆCIQUE SERMONIS,

### PRONUNCIATIONE DIALOGUS!

PERSONÆ, URSUS, ET LEO.

Leo, nam totos fex menses te non vidi. LEO. Istuc non temere precaris, Urse, neque enim quibuslibet bene cessit occurrisse Leoni. UR. Nævenuste Leo, Imò ne Urso quidem. LE. Istuc A 4

#### 8 D. ERASMI DIALOGUS

fanè malo tibi credere quam facere periculum. tametsi legimus Leonem inter bestias fortissimum ad nullius occurfum expavescere. Cæterum divinæ literæ testantur esse formidabilem occursum Ursæ, cui sint erepti catuli. UR. Quelo quid loquuntur de Ursa? LE. Liber Regnorum secundus sic habet: Viros fort ssimos & amaro animo, veluti si ursa raptis catulis in sylva seviat. UR. Quid præterea? LE. Solomon paræmiographus hunc in modum loquitur: Expedit magis occurrere ursa, raptis fætibus: quam stulto confitendi. Et apud Ofee prophetam ita minitatur Deus: Occurram eis quasi ursa raptis catulis. UR. Sit igitur impavidus Leo, quum beltia bestiis occurrit. Nam si qua fides apologis, Leo bestia fassus est formidabilem hominis occursum. Nunc feculum est aureum, quo Leonis Urso, Urfi Legni lætus ac fauftus elt occurfus. Opportune vero catulorum ficta mentione mihi redigis in memoriam, ego tibi magnopere gratulor. LE. Quo tandem nomine? UR. Quod tibi catulus domi natus est. LE. Hoc omen avertant superi, ut mihi catulus dominetur. UR. Ajo dómi nâtum. audis accentum acutum in priore voce, in posteriore circumflexum. LE. At istud magis etiam abominandum. An tibi videor canis? UR'. Minime. Leonem esse te non potes inficiari. Habent autem & Leones catulos. LE. Habent profecto, verum habent & Ursi. UR. Ve-

#### DE RECTA<sub>4</sub>L. GR. BT LAT. PRON. 9

Vera prædicas. Nam Urfula mea parit mihi plures catulos & catulas quam velim. LE. Ouot tandem? UR. Quot? Examen est, jampridem desii numerare. LE. Quur igitur mihi gratularis, quod in teipfo deploras? URS. Quis foles frequenter optare, ut tua Leana pareret tibi leunculum. Nunc habes optata. Nos votorum compoti gratulamur. LE. At hic leunculus me jam nunc solicitum habet. URS Quid est rei? Num puer habet male? LE. Nequaquam, Sed meditor efficere, ut vere catulus hominis videri pos-UR. Num forma prodigiosa fœtus est? LE. Nequaquam. Imò fi videas, dicas scitum infantem. At forma non facit hominem. quam habemus communem cum statuis. Animo fumus, vel homines, vel bestiz. UK. Unde queso isthec incessit animo tuo cura? LE. Quia Galenus me docuit, hominem à cæteris animantibus, quæ vocamus axous, difcerni non ratione, sed oratione. Intelligo, metuis ne tuus infans; semper sitinfans. LE. Nequaquam. Videtur enim satis linguax futurus, adeò nunc garrit, nimirum matrem referens. URS. Quid igitur metuis? LEO. Quia video complures non humanz voce loqui, sed latrare cum canibus, filmire cum equis, grunnire cum fuibus, mugire cum bubus, gannire cum vulpibus, stridere cum cicadis, blaterare cum camelis, barrire cum elephantis, frendere cum apris,

#### D ERASMI DIALOGUS.

fremere cum pardis, gemere cum ursis, rudere cum afinis, balare cum ovibus, strepere cum anseribus, garrire cum picis, cornicari cum cornicibus, crocitare cum corvis, crepitare cum ciconjis, fibilare cum anseribus: denique quodvis animal referre potius, quam humano more loqui, URSUS. Næ tu, per anserem, voces animantium probe tenes, nec prorsus abhorrent à vero quæ præ-... dicas. LEO. Ad hac perspicio, quantopere recta pronunciatio commendet orationem, adeò ut interdum duobus eadem lingua pronunciantibus, alter veluti citharædus quispiam modulatissime canens, aures omnium habeat. intentas, alter molesto latratu tædium moveat omnibus, nec alia videatur pronunciatio, sed alia prorsus oratio, imò quidvis potius quam oratio. URSUS, Quod dicis, fæpenumero comperi experimento. Sed tu, mi, Leo, præpropere curam istam suscipis. Tuus enim infans nondum vagire desite, & tu solicitus es quomodo loquatur? LE. Ego nullamætatem ad discendum arbitror immaturam. præsertim in his quibus discendis statim natura composuit, &, ut ita loquar, finxit homi-Quorum de numero cum primis fermo. Nec enim magno negocio canum fœtus discunt adulari, aut leporem cursu petere. Mox ut natæ funt simiæ incipiunt gesticulari. protinus ut nati funt aquilæ pulli, ad prædam gestiunt, & felium catuli muribus insidiantur,

### DE RECTA L.GR. ET LAT. PRON. 11.

equorum filii statim ad cursum properant, ut aves ad volatum: non perinde successura re. si bovi clitellas imponas, aut bubalum ducas ad certamen equeltre. Provida natura primum earum docilitatem inferit, quæ cuique animanti propria funt, & ad vitam tuendam, necessaria. Dum enim repit puer, dum nihil humanæ vocis edit, quadrupedi, videtur adfimilis, nec agnofcimus hominem. Verum ubi jam nostra; verba meditari cœperit, tum demum ut ex nobis prognatum exofculamur. Et videmus in pueris recens natis, velut in psittacis, studium quoddam nativum, ac voluptatem etiam æmulandi, reddendique quod audierint tanta docilitate, ut prius auribus agnoscant consuetas voces a quam oculis dignoicant vultus. VR. Isthuc ego in meis catulis magna cum voluptate frequenter animadverti, risique. LE. Præterea nihil videmus in omnem ætatem hærere tenacius, quam quod rudibus illis annis, & cum lacte, quod dici solet, nutricum imhibimus. VR. Sic est profecto. LE. Proinde si cura fingimus tibias infantum ad gressum,, si buccas, os, faciem, ac reliquim corpus vincturis qualiformamus ad decorem, oculis etiam studio prospicientes, ne peti, strabive, aut alio quopiam vitio deformes evadant, quanto magis curandum est, ut lingua studio nostro formetur, quim non aliud membrum sit volubilius, & in omnia sequacius, tum ex hoc pendear totius:

totius hominis decor ac felicitas, in summa. ut homo sit non belua. UR. Id satis declaravit noster Erasmus, qui nuper de lingua hominis linguacissime scripsit. L.E. Proinde jam nunc circunspecto, si quem nancisci queam bonum poëtam, çui mox catulum meum, dum. adhuc uda est argilla, tradam in sinum, ut fari discat. UR. Quorsym tandem opus est poëta, nisi forte compotationem instituis, ad quam si non adhibebis nisi bonos poetas, habebis admodum rarum convivium? LE. Equidem fequor monitorem Horatium apud quem legi, Os tenerum pueri, balbumque poëta figurat. UR. Possunt quidem & istuc boni poëtæ, verum Horatius, opinor, non adeò contempsit poëtas, ut eos infantulis erudiendis vellet occupari, quod literatorum & grammatistarum est munus. Sed quoniam poëtarum scripta primum omnium ætati rudi proponebantur, unde ceu per lufum & lectionem & pronunciationem & electiffima quæque rerum vocabula discerent, sic à poëta dixit os pueri figurari, quemadmodum Demosthenes diceretur me Græce docere, si quis Græce peritus mihi Demosthenem prælegeret. LE. Hic tecum non contendero. Nam parvi refert. Quanquam arbitror Philippum regem fapuisse, quum Alexandrum suum starim, ut natus est, tanto Philosopho traderer in gremium. Bonum igitur grammaticum mihi quæro. UR. Nec isti minus rari sunt hodie,

### DE RECTA L.GR. ET LAT. PRON. 13

die, quam boni poëtæ. LE. Ridiculum, quasi grammaticorum non plena sint omnia. UR. Honel Bunks ), naupes de re pos esportens. LE. Imò tam vilis elt ubique grammaticorum annona, ut tres minoris liceant, quam unus cantherio. UR. Rurfus audies illud è Græcorum trivile, mitoi au raegnuspojeu, marpet de re Benxes, nisi fortè tu grammaticum esse putas, qui falutatus Latine, citra fokecismum norit resalutare, nec in numero peccans, nec in casu, nec in genere vocis. LE. Hoc nunc UR. Atqui vulgo putant elle grammaticum. Quintilianus præter illas notissimas præceptiones à grammatico exigit enarrationem Poëtarum, cognitionem hiltoriarum, peritiam antiquitatis, scientiam utriusque lingua, copiam emendati lectique fermonis. Super hec omnia, non satis est illi grammatice dicere, nisi & Latine dicat, quorum illud è præceptionibus & analogiis petitur, hoc ex Latine loquentium consuctudine. LEO. Eadem opera exiget à grammatico cognitionem omnium disciplinarum, quandoquidem in poëtis frequenter incidunt, quæ ad musices, geometrices, arithmetices, astrologiæ, medicinæ mysteria pertinent: adde his si liber magicen. absque rerum naturalium & cosmographiæ scientia, quis est locus in poetis, quem rectè possit exponere grammaticus? URSUS. Ut civiliter agas cum grammatico, nec exigas exquisitam harum rerum scientiam, certè

tè rudem earum non oportet esse, quem dignum censeas cui pueritiam credas instituendam. Nec enim quoniam grammatici est enarrare Arma virunique, protinus exigemus ut sit Pyrrhus, aut Annibal, aut quoniam enarranda Maronis Georgica, sitt peritus agricola, aut quoniam exponenda Aeneæ navigatio, sit absolutus nauclerus, mon magis quam si tractet locum de re culinaria, flagitamus ut fit Apitius. Attamen quid dicet grammaticus, qui prorsus nescit telorum machinarumque formas & usus, qui non intelligit figuras in ordinem digesti exercitus? His quidem rebus interfuifle, non parum contulerit, id si non contigit, ex libris autorum; ex eorum qui interfuerant narratione, ex picturis, quantum grammatico fatis est, discere licebit. Ad eandem rationem de cateris sentiendum arbitror. LEO. Istud grammaticorum genus fortassis olim feit, flunc obsolevit. UR. Prorfus, & ideo liberi noltri postea quam apud istos pene consenuerunt, tales redeunt nobis domum, ut vix arboris; aut piscis; aut her-'bæ verum nomen possint edere. Verum si feria nobis esset Reipubl. cura, nihil vetat quo minus & hæc fecula fint habitura Servios. Donatos, Victorinos, Terentianos, Asperos, Cornutos, celebriora nomina, quam fint aliquot Cæfarum. Nunc grammatici cognomen pene fordidius est quam pellionis aut aurigæ. UR. De reliquis nescio, certe aspe-TOS

# DE RECTA L. GR. ET LAT. PRON. 17

ros & cornutos non deesse scio. Et tamen ex hujus disciplina neglectu scatet orbi tam pudenda disciplinarum & optimorum autorum interaecio, tamque foeda balbuties. LE. Ad quos ista cura pertinet? 'UR. Ad quos, nisi ad principes ac magilitatus, aut certe ad præfulos? LEO, Quam aliam ab his curam exigis? Nome passim habent ludos literarios? Monne magnis prærogativis & immunitatibus principes ornant Academias, delignatis etiam inflis salariis? Isutetiæ quot sunt collegia pueris erudiendis dicata? Ista præsulum est liberalitas: Fuilti ne unquam apud Anglos? UR. Infulam omnem lustravi. LE. Quam illic vides regias collegiorum structuras, nec defunt ampli cenfus provocandis; alendisque juvenum ingeniis. Ista principum ac præsulum est munificentia. Quid ultra flagitas? An ex-Spectas ut ipst fedeant in Judo docturi pueros? UR. Nequaquam, etiamfi fummum illum præsulem Gregorium non pudnit ludimagiitrum agere. Duo quædam ab illis requiro. delectum magistri, & præmii pro merito docentis moderationem. LE. Non faus affequor quid tibi velis. UR. Dicam crassiore Minerva. Ad hujus aut illius commendationem quemvis ludo præficimus, fere indoctum, interdum & moribus improbis, non huc spectantes ut rei charissimæ civium liberis omnibus consulamus, sed ut unius samelici ventriculo prospiciamus, accuratius circumfpi≥

spicientes, cui committamus unum equum, aut canem venatorem, quàm cui credamus totius civitatis pignora. LE. Haud multum aberras à scopo. UR. Jam si quem nacti fuerimus dignum ea provincia, nulla habetur hominis ratio, neque pilo fit plufis quam quivis alius è plebe. Imo malunt bellum compotorem, quam vigilantem pueritize formatorem. LE. Quid hic tu facturus sis, si tibi delegemus magistratum? UR. Utinam delegetur. LE. Creamus te, Musis faventibus, studiorum dictatorem, cura ne quid Resp. literaria capiat detrimenti. UR. Primum ex omni civium numero deligam mihi virum ætatis non quidem decrepitæ, sed tamen provectæ, vigilantem, industrium, bonæque fidei, qui maximam ætatis partem in hoc literarum genere non infeliciter transegerit. LE. Quid si talem inter tuos non invenias? UR. Accersam vel à Gadibus, ut ajunt: Huic non præscribam certum salarii modum, verum ea formula paciscar cum eo; qua convivator ille, cuius meminit Aristoteles, cum citharœdo, sed side meliore: quo diligentius sideliusque docueris, hoc plus feres à nobis præmii. Si fefelleris exspectationem nostram, teipsum magis quam nos fefelleris: Sin responderis, efficiam ut dicas tibi cum Rep. nequaquam ingrata rem esse. Si porro quod optamus, etiam superaris, non patiemur, quod quidem in nobis erit, nostram benignitatem officiis

### DE RECTA L. GR. ET LAT. PRON. 47

ciis tuis superari. Ad hoc certamen accingere bonis avibus. LE. Quis istum deliget? UR. Quisalius qu'am ego dictator? LE. Verum de arte negat recte judicare quemquam nisi artificem. UR. Fateor. LE. At quid faciet dictator ipse literarum rudis, ut fere sunt qui magistratum gerunt? UR. Ex eruditorum suffragiis rem geram. LE. Atqui hic rursus fallet delectus, si vel imperitus sit, vel prave doctus, vel malæ fidei, is cujus judicio niteris. URSUS, Eum deligam quem fama potissimum commendarit. LE. Famam mihi narras? At paucissimis, ô bone, tutum fuit famæ credere. UR. Colligerem eruditorum puncta. LE. Eodem relabitur quæstio. Quid si pro eruditis deligas eruditionis oftentatores, quid si impostores, quid si sinistri judicii homines? Nosti palliatos istos fine quibus nihil rerum geritur. Improbitas, fuci, præstigiæ, quæstus omnia vitians, faciunt ut delectus sit difficillimus. UR. Veris vincor, optarim te vana loqui. LE: Sed ut feliciter eligas, & in his quos selegeris sint aliquot vere docti, utri parti subscribes variantibus sententiis? UR. Majori. LE. Sed nunquam ea fuit, aut est, aut erit felicitas rerum humanarum, ut quod optimum est, pluribus approbetur. UR. Non mentiuntur omnia. Et vir qui sapit, quique, ut Plautus ait, acetum habet in pectore, ex multis conjecturis aliquanto certius divinat, quam qui-

visaugur, aut aruspex ex avibus præpetibus, & oscinibus, aut solistimis tripudiis, aut extorum fibris. Postremo in re tam seria, non gravabor comprecari divos, ut fuo favore rem bene fortunent. LE. Cassianum opinor. UR. Imo Christum ipsum. Nec enim Morum curam posuit, opinor, quos femel complexu suo dignatus, justit ad se perferri, beneque precatus est illis, qui quod precatur, idem præstare valet. LE. Sed quas tandem conjecturas mihi narras augur & aruspex? UR. Exquiram num bonis prognatus, num liberaliter educatus, num proborum convictu delectetur, num ipse probatis hominibus charus sit & amicus, num magis delectetur libris, quam compotationibus aleave, observabo mores gestum ac sermonem hominis, an neque segni demissoque sit ingenio, neque rursus iracundo ac jactabundo. Denique contemplabor vultum, frontem & oculos hominis. LE. Jam ex augure fies physiognomus. UR. Dispiciam quales evaserint, quos ille formandos fusceperat. LE. Hominis cordati sermonem audio. Nemo statuam faciendam locat artifici. nisi prius inspectis aliquot signis, quæ ex illius officina prodierint, & nos citra specimen omne liberos formandos temere cuivis committimus, diligentiores in ære marmoreve credendo, quam in his quæ nobis chariora funt. quam sumus ipsi nobis. UR. Recte dicis. Ex tot igitur rebus an dubitas hominem non omni-

omnino kultum., & ulu rerum edectum, post se certo divinare? L.E. Certius, opinor, quam ipse Calchas Homericus. Verum in re non magna videberis magnam operam furnere, sic literatorem deligens, quali deligas præsulem. UR. Aliud fonant chordæ tui pectoris, vir egregie, allud linguze plectrum. An tu credis minus referre civitatis, ut sit probus pueritiæ formator, quam ut sit probus Episcopus? Eadem est utriusque functio, nist quod hic fingit ætatem teneram, ille jam adultam, atque ut par sit ars, literatoris est negocium, & ob hoc utilius, quod materiem fingit magis obsequentem digitis. LE. Quid igitur superalt, nili ut grammaticum iisdem ornes infigniis, quibus Episcopum, unctione, chirothecis, mitra, gemmis, pedo, pallio? UR. Nihil absurdi fuerit, ô vir præclare, utcunque rides. Quanquam quid refert? Habet ille pro pedo ferulam, & si magis placet regalis collatio, habet pro solio cathedram, pro fascibus & sceptro virgam & serulam. LE. Adde pro fatellitio pediculos. UR. Leges figit ac refigit pro fuo arbitratu, ponas fumit ac reminit, & quod est regali potestate sublimius, perperuam agit dictaturam. Nam illis dictare quotidianum est. LE. Dictant nimirum ulquead ravim interdum, capitisque vertinmem. Sed extra jocum, plane fateor nihil esse regno similius quam agere ludi literarii magiriron Nec alind spectabar Nero, si contigisset

visaugur, aut aruspex ex avibus præpetibus, & oscinibus, aut solistimis tripudiis, aut extorum fibris. Postremo in re tam seria, non gravabor comprecari divos, ut fuo favore rem bene fortunent. LE. Cassianum opinor. UR. Imo Christum ipsum. Nec enim Morum curam posuit, opinor, quos semel complexi suo dignatus, justit ad se perferri, beneque precatus est illis, qui quod precatur, idem præstare valet. LE. Sed quas tandem conjecturas mihi narras augur & aruspex? UR. Exquiram num bonis prognatus, num liberaliter educatus, num proborum convictu delectetur, num ipse probatis hominibus charus sit & amicus, num magis delectetur libris, quam compotationibus aleave, observabo mores, gestum ac sermonem hominis, an neque segni demissoque sit ingenio, neque rursus iracundo ac jactabundo. Denique contemplabor vultum, frontem & oculos hominis. LE. Jam ex augure fies physiognomus. UR. Dispiciam quales evaserint, quos ille formandos fusceperat. LE. Hominis cordati sermonem audio. Nemo statuam faciendam locat artifici. nisi prius inspectis aliquot signis, quæ ex illius officina prodierint, & nos citra specimen omne liberos formandos temere cuivis committimus, diligentiores in ære marmoreve credendo, quam in his quæ nobis chariora funt, quam sumus ipsi nobis. UR. Recte dicis. Ex tot igitur rebus an dubitas hominem non omni-

#### DE RECTA L.GR. et LAT. PRON. No.

omnino kultum, & ulu rerum edoctum, post fe certo divinare? LE. Certius, opinor, quam ipse Calchas Homericus. Verum in re non. magna videberis magnam operam fumere. sic literatorem deligens, quali deligas præsulem. UR. Aliud sonant chordæ tui pectoris, vir egregie, allud linguæ plectrum. An tu credis minus referre civitatis, ut sit probus pueritiæ formator, quam ut sit probus Episcopus? Eadem est utriusque functio, nist quod hic fingit ætatem teneram, ille jam adultam, atque ut par sit ars, literatoris est negocium, & ob hoc utilius, quod materiem fingit magis obsequentem digitis. LE. Quid igitur superalt, nili ut grammaticum iisdem ornes insigniis, quibus Episcopum, unctione, chirothecis, mitra, gemmis, pedo, pallio? UR. Nihil absurdi fuerit, ô vir præclare, utcunque nides. Quanquam quid refert? Habet ille pro pedo ferulam, & si magis placet regalis collatio, habet pro solio cathedram, pro fascibus & sceptro virgam & ferulam. Adde pro fatalitio pediculos. UR. Leges figit ac refigit pro fuo arbitratu, poenas fumit ac remittit, & quod est regali potestate sublimius, perperuam agit dictaturam. Nam illis dictare quotidianum est. LE. Dictant nimirum ulquead ravim interdum, capitisque vertinimem. Sed extra jocum, plane fateor nihil esse regno similius quam agere sudi literarii magnitum Alex alind spectabar Nero, si contigisset

visaugur, aut aruspex ex avibus præpetibus. & oscinibus, aut solistimis tripudiis, aut extorum fibris. Postremo in re tam seria, non gravabor comprecari divos, ut suo favore rem bene fortunent. LE. Cassianum opinor. UR. Imo Christum ipsum. Nec enim Morum curam posuit, opinor, quos femel complexu suo dignatus, justit ad se perferri, beneque precatus est illis, qui quod precatur, idem præstare valet. LE. Sed quas tandem conjecturas mihi narras augur & aruspex? UR. Exquiram num bonis prognatus, num liberaliter educatus, num proborum convictu delectetur, num ipse probatis hominibus charus sit& amicus, num magis delectetur libris, quam compotationibus aleave, observabo mores, gestum ac sermonem hominis, an neque segni demissoque sit ingenio, neque rursus iracundo ac jactabundo. Denique contemplabor vultum, frontem & oculos hominis. LE. Jam ex augure fies physiognomus. UR. Dispiciam quales evaserint, quos ille formandos fusceperat. LE. Hominis cordati sermonem audio. Nemo statuam faciendam locat artifici. nisi prius inspectis aliquot signis, quæ ex illius officina prodierint, & nos citra specimen omne liberos formandos temere cuivis committimus, diligentiores in ære marmoreve credendo, quam in his quæ nobis chariora funt. quam fumus ipsi nobis. UR. Recte dicis. Ex tot igitur rebus an dubitas hominem non omni-

#### DE RECTALIGRIET LAT. PRON. 198

omnino Aultum, & ulu rerum edoctum, postfe certo divinare? LE. Certius, opinor, quam ipse Calchas Homericus. Verum in re non magna videberis magnam operam sumore, fic literatorem deligens, quali deligas præfulem. UR. Aliud fonant chardee tui pectoris, vir egregie, aliud linguæ plectrum. An tu credis minus referre civitatis, ut sit probus pueritize formator, quan ut sit probus Episcopus? Eadem est utriusque functio, nist quod hic fingit ætatem teneram, ille jam adultam, atque ut par sit ars, literatoris est negocium, & ob hoc utilius, quod materiem fingit magis obsequentem digitis. LE. Quid igitur superest, nisi ut grammaticum iisdem ornes insigniis, quibus Episcopum, unctione, chirothecis, mitra, gemmis, pedo, pallio? UR. Nihil absurdi fuerit, ô vir præclare, utcunque nides. Quanquam quid refert? Habet ille pro pedo ferulam, & si magis placet regalis collatio, habet pro solio cathedram, pro fascibus & sceptro virgam & ferulam. LE. Adde pro farallitio pediculos. UR. Leges figit ac refigit pro fuo arbitratu, pœnas fumit ac reminit, & quod est regali potestate sublimius, perperuam agit dictaturam. Nam illis distare quotidianum est. LE. Distant nimirum ulquead ravim interdum, capitisque vertizmem. Sed extra jocum, plane fateor nihil esse regno similius quam agere ludi literarii magiriram. Nec alind spectabat Nero, si contigisset

visaugur, aut aruspex ex avibus præpetibus, & oscinibus, aut solistimis tripudiis, aut extorum fibris. Postremo in re tam seria, non gravabor comprecari divos, ut fuo favore rem bene fortunent. LE. Cassianum opinor. UR. Imo Christum ipsum. Nec enim Morum curam posuit, opinor, quos femel complexit suo dignatus, justit ad se perferri, beneque precatus est illis, qui quod precatur, idem præstare valet. LE. Sed quas tandem conjecturas mihi narras augur & aruspex? UR. Exquiram num bonis prognatus, num liberaliter educatus, num proborum convictu delectetur, num ipse probatis hominibus charus sit& amicus, num magis delectetur libris, quam compotationibus aleave, observabo mores, gestum ac sermonem hominis, an neque segni demissoque sit ingenio, neque rursus iracundo ac jactabundo. Denique contemplabor vultum, frontem & oculos hominis. LE. Jam ex augure fies physiognomus. UR. Dispiciam quales evaferint, quos ille formandos fusceperat. LE. Hominis cordati sermonem audio. Nemo statuam faciendam locat artifici. nisi prius inspectis aliquot signis, quæ ex illius officina prodierint, & nos citra specimen omne liberos formandos temere cuivis committimus, diligentiores in ære marmoreve credendo, quam in his quæ nobis charjora funt, quam fumus ipsi nobis. UR. Recte dicis. Ex tot igitur rebus an dubitas hominem non omni-

### DE RECTA L.GR. et LAT. PRON. PR

omnino Aukum, & ulu rerum edectum, poffe certo divinare? LE. Certius, opinor, quam ipse Calchas Homericus. Verum in re non. magna videberis magnam operam sumore. fic literatorem deligens, quali deligas præfulem. UR. Aliud sonant chorde tui pectoris, vir egregie, allud linguæ plectrum. An tu credis minus referre civitatis, ut sit probus pueritiæ formator, quam ut sit probus Epilcopus? Eadem est utriusque functio, nili quod hic fingit ætatem teneram, ille jam adultam, atque ut par sit ars, literatoris est negocium. & ob hoc utilius, quod materiem fingit magis obsequentem digitis. LE. Quid igitur superest, nisi ut grammaticum iisdem ornes infiguiis, quibus Episcopum, unctione. chirothecis, mitra, gemmis, pedo, pallio? UR. Nihil absurdi fuerit, ô vir præclare, utcunque nides. Quanquam quid refert? Habet ille pro pedo ferulam, & si magis placet regalis collatio, habet pro solio cathedram, pro fascibus & sceptro virgam & ferulam. Adde pro fatellitio pediculos. UR. Leges figit ac refigit pro fuo arbitratu, pœnas fumit ac reminit, & quod est regali potestate sublimius, pospetuam agit dictaturam. Nam illis dictare quotidianum est. LE. Dictant nimirum ulque ad ravim interdum, capitisque verrizinem. Sed extra jocum, plane fateor nihil esse regno similius quam agere ludi literarii magnitum Nec alind spectabat Nero, si contigisset

visaugur, aut aruspex ex avibus præpetibus. & oscinibus, aut solistimis tripudiis, aut extorum fibris. Postremo in re tam seria, non gravabor comprecari divos, ut fuo favore rem bene fortunent. LE. Cassianum opinor. UR. Imo Christum ipsum. Nec enim Morum curam posuit, opinor, quos femel complexu suo dignatus, justit ad se perferri, beneque precatus est illis, qui quod precatur, idem præstare valet. LE. Sed quas tandem conjecturas mihi narras augur & aruspex? UR. Exquiram num bonis prognatus, num liberaliter educatus, num proborum convictu delectetur, num ipse probatis hominibus charus sit & amicus, num magis delectetur libris, quam compotationibus aleave, observabo mores, gestum ac sermonem hominis, an neque segni demissoque sit ingenio, neque rursus iracundo ac jactabundo. Denique contemplabor vultum, frontem & oculos hominis. LE. Jam ex augure fies physiognomus. UR. Dispiciam quales evaserint, quos ille formandos fusceperat. LE. Hominis cordati sermonem audio. Nemo statuam faciendam locat artifici. nisi prius inspectis aliquot signis, quæ ex illius officina prodierint, & nos citra specimen omne liberos formandos temere cuivis committimus, diligentiores in ære marmoreve credendo, quam in his quæ nobis chariora funt. quam sumus ipsi nobis. UR. Recte dicis. Ex tot igitur rebus an dubicas hominem non omni-

#### DE RECTA L.GR. et LAT. PRON. 198

omnino Aultum, & ulu rerum edectum, posfe certo divinare? LE. Certus, opinor, quam ipse Calchas Homericus. Verum in re non. magna videberis magnam operam sumore. sic literatorem deligens, quali deligas præsulem. UR. Aliud fonant chorde tui pectoris, vir egregie, aliud linguæ plectrum. An tu credis minus referre civitatis, ut sit probus pueritize formator, quam ut sit probus Episcopus? Eadem est utriasque functio, nisi quod hic fingit ætatem teneram, ille jam adultam, atque ut par sit ars, literatoris est negocium, & ob hoc utilius, quod materiem fingit magisoblequentem digitis. LE. Quid igitur superest, nisi ut grammaticum iisdem ornes infiguiis, quibus Episcopum, unctione, chirothecis, mitra, gemmis, pedo, pallio? UR. Nihil absurdi fuerit, ô vir præclare, utcunque nides. Quanquam quid refert? Habet ille pro pedo ferulam, & si magis placet regalis collatio, habet pro solio cathedram, pro fascibus & sceptro virgam & serulam. LE. Adde pro farallitio pediculos. UR. Leges figit ac refigit pro fuo arbitratu, pœnas fumit ac remittit, & quod est regali potestate sublimius, perpetuam agit dictaturam. Nam illis dictare quotidianum est. LE. Dictant nimirum ulquead ravim interdum, capitisque vertrainem. Sed extra jocum, plane fateor nihil esse regno similius quam agere ludi literarii magnificant. Net alind spectabat Nero, si contigisset

tigisfet excuti regno, nisi ut alicubi ludo præfectus musicam doceret & literas. Nec moriturus aliud deplorabat, quam quod tantus artifex periret. Nec Dionysius sibi videbatur prorfus regno spoliatus, postea quam Corinthi præfecturam esset adeptus. UR. Utinam plerique non fint tyranno fimiliores quam regi. LEO. Habes igitur grammaticum ex animi tui fententia, libet enim hoc fingere; quomodo tractas hominem? UR. Non finam effe inter fordidos, fed optimis honoratissimis quibusque civibus eum tradam, ut intelligat se vivere in civitate, in qua virtuti recteque factis habeatur honos. Nec tamen ad aliud munus vocari patiar, qu'am suscepit. Sola ætas ingravescens impetrabit illi rudem, sic tamen, ut fruatur sua virtute, & consiliis adsit, si minus queat opera. Currenti adhibebo antogonisten, qui citra contentionis amarulentiam vicissim & excitetur & excitet. Quid si gaudeat commutare locum, ut fere eft hoc hominum genus? UR. Alligabo catenis aureis. LE. Tui collegæ non patientur tanti constare Ludimagistrum. UR. Verum tu videris oblitus, quod mihi paulo ante tradideris dictaturam. LE. Sicest profecto. Exciderat, sed reddo dictaturam. UR. Imo. si vis, jam pono magistratum, & collegis meis persuasurus sum ut alibi potius quam hic sint frugales. LE. Quibus rationibus id efficies? UR Primum oftendam ex hoc fonte potifimum

### DE RECTA L. GR. ET LAT. PRON. 28

mum'manare salutem aut perniciem civitatis. Commemorabo quantum ex ærario depromatur in res pene nihili. LE. Omitti poterat istud pene. UR. Ad hæc, quot Canonicos alit una nonnunquam ecclesia, quorum singuli quotannis capiunt aureos quadringentos? LE. Et eo amplius apud nos. UR. Non hæc eð dico quòd illis invideam: Dignos arbitror uberioribus præmiis, si fungantur officio. Sed illud mihi dicas, velim, ater plus adfert momenti ad commoda Reipublica, unus Canonicus, an unus Ludimagister? LE. Ludimagister · si modo probus sit, plus adsert utilitatis, quam tres canonici, quam libet in templi stationibus affidui. UR. Quur igitur alter clarus, alter fordidus habetur: alter cum dignitate capit census uberes, alter vix tantum, ut famem effugiat? LE. Vis igitur, at Ludimagistro duplum & dignitatis & census decernamus? UR. Minime. LE. At promeretur plus quam tri-UR. Dignitas ac præmium paratum digno pariter atque indigno, invitaret improbos ad prædam, quemadmodum nunc contemptus & mercedis exiguitas alienat probos. LE. Quid ergo facies? UR. Ego hæc nolim muneri conjuncta esse, sed meritis & officio tribui, ac dispensari verius quàm dari. LE. Perdifficilis est provincia, & ad ocium proclives fumus omnes. UR. Ecque crebris adhortationibus ac munusculis excitarem hominis industriam, nec omnino com-B 3

mitterem eam provinciam, nisi diligenter edocto, quam arduum munus susciperet. Quin & sanctissimo jurejurando adigerem, quemadmodum olim magistratus tradebatur consulibus, præirem formula: Devoveo me meosque omnes, si quid sciens fefellero. LE. Adjunge & Jovem lapidem. UR. Quid ni? Et si quid hoc etiam firmius. LE. Quid si incidisses in impostorem; UR. Eum pro fuis ornarem virtutibus, ut ne quis alius facile sciens idem auderet in posterum. At novi civitates non in postremis celebres. ubi conducti professores insigniter eruditi, non inveniunt qui vel gratis audire dignen-UR. Ignavum hominum genus mihi narras, quod nuper sub umbra pietatis copit exoriri. Hos ego veluti fucos ab alvearibus abigerem. Quanquam & hujus rei bona pars in professoribus sita est. Non enim minus est accendere studium adolescentiæ. quàm alere. Facile multa discit, qui discendi est avidus. Proinde non parum promovit, qui docuit amare literas. LE. Istiusmodi doctorem optare proclivius est, quam nancisci. UR. Verissima prædicas. Atque istud ipsum frequenter apud me demirari so-Multos incitat pietas, ut ex ultimis terræ finibus proficiscantur Hierosolymam, magno rerum dispendio, nonnullo item vitæ periculo, quidam nudis pedibus, nonnulli etiam lorica ciliciove cutem affricantes Romani aut

# DERECTA L. GR.E. LAT. PRON. 23

aut Compostellam adeunt. Multis hic incesfit affectus, ut relictis omnibus quæ politicent, dedant semet in arctissimum vitæ genus, puta Cartulianorum, Gulielmitarum, aut Bri-Nec defuerunt qui sese in speluncam abdiderint, nunquam inter homines prodituri, nec folem hunc communem afpe-Ex tot hominum milibus mirum est tot seculis neminem existere, qui gratis suoque sumptu pueros formandos suscipiat. labor quæritur, hic laboris abunde est: Sin utilitas, quibus obsecro modis queas uberiorem utilitatem adferre rei Christianæ? Sin pietas, quod tandem facrificium deo gratius offerre possis? Si benefacta metimur charitate, quid confert proximo, si Compostellam, Romam, aut Hierosolymam curras? Eos labores arbitror deo gratissimos, qui cum plurimorum utilitate conjuncti sunt. Hi quum nusquam defint, quid attinet alios accerfere? qui, si quid conducunt, uni conducunt, aut certe paucis, & his ad quæstum verius quam ad pietatem. Reperiuntur qui suas opes largiter effundant extruendis templis. Fateor pium esse sumptum. Verum ex tot millibus demiror adeo paucos exoriri, quos juvet hic esse benignos. LE. Satis feliciter ageretur cum rebus humanis, si vel precio conduci UR. Quid causæ? LE. Quid, nisi plerisque in rebus præpostera cæcaque mortalium judicia? UR. An his non putas esse B 4

medendum? LE. Medere mari, si potes, ut dulcescat. Sic sunt res & ingenia mortalium. UR. Huc certe adnitendum, ut minus habeant mali, fi ut bene, perfici non potest. LE. Licet quidem optare. UR. Quid vetat, quo minus & efficere? LE. Nihil facilius, modo queas efficere, ut fapiant homines. Nunc maxima pars mortalium amat falli: adeo ut si desit qui id faciat, ipsi imponant fibi. UR. Nimium vera loqueris. LE. Quin & illud observatum est mihi, vix unquam usuvenire, ut fidelis pueritiæ formator operæ precium ferat ex suis discipulis, quum norim multos pueritiæ corruptores, hoc est, qui non minus male studiis illorum prospexerint, quam moribus, hoc quæstu magnifice locupletatos. Sane id fato quodam fit, sive ætatis illius inscitia, sive ingratitudine, ut jam non temere videatur Græcorum proverbio dici, Beneficium non esse, conferendum, nec in puerum, nec in senem: in hunc quia perit antequam gratiæ referendæ detur opportunitas: in illum, quia non meminit. Addendum autem erat, quia non intelligit, & si intelligit, odit hoc beneficii genus. UR. Ætas adferre solet judicium. LE. Fateor, in nonnullis, in plerisque malitiam adfert. UR. Sic est, sed tamen nonnullis in tractanda ætate tenera deest dexteritas. Non enim fatis est præceptorem esse doctum ac probum virum: comitas quædam &

### DE RECTA L. GR. et LAT. PRO .

& commoditas adfit oportet, qua & ferat ztatis, quam tractat, inscitiam, & se met ad illius naturam accommodet, nutricum videlicet exemplo. Quemadmodum medico non fatis est nosse, quod pharmaci genus sit præscribendum, nisi sit artisex administrandi. Nam & fallendus interdum est regrotus, ut beneficium imprudens accipiat. LE. Unde tanta rerum humanarum infelicitas? Pueri nec sentiunt beneficium, nec meminerunt, juvenes non ferunt habenas, senes non referunt gratiam. Et ajunt, quod mulieri benefeceris, fere perire. UR. nisi ut Christianæ charitati nusquam deesset exercendæ benignitatis materia? Quæ si desit, nihil effecerit humana providentia. Quin potius fæpenumero fit, ut quæ sunt summa cura fummaque ratione constituta, vergant in partem deterrimam. Quod enim ad scholas attinet, nihil olim videtur prætermissum, quod hominis consilio prospici quiret. Instifutæ funt scholæ, quas ob omnium disciplinarum publicam professionem vulgus appellat Universitates. In has & Romani Pontifices, & principes contulerunt quicquid potuerunt vel dignitatis, vel munificentiæ, extructa collegia, digestæ disciplinæ, designati professores, addita salaria, distincti incipientium, proficientium, confummatorum gradus, honores, & emolumenta. Etum est tennibus, qui illic plerique ditescunt. Bs

Habent Rectorem, sceptrigeros, cancellarios, confervatores, decanos, aliosque magistratus. Quid quæris? Regnum quoddam esse dicas literarium. Jam de minoribus scholis non fegnius est habita cura. Harum cura majorum providentia bifariam partita est, ut præcipua sit penes sacerdotum collegium, altera penes magnifiratum, additus est peculiaris hujus negocii præfectus, quem Scholasterem vocant, Scholarchus dici poterat, fub hoc Ludimagistri. Et tamen tam solicita providentia non potuit efficere, quo minus in omnibus fere scholis seculis aliquot regnarit operofa barbaries. Proinde Joannes Coletus, vir æterna dignus memoria, quum templo divi Pauli scholam puerilem addidisset, nulla cura magis torquebatur, quam in quos eius rei præsecturam delegaret. piscopi judicant hanc rem indignam sua solicitudine. Scholasteres censibus recipiendis se potius quam scholæ curandæ datos arbitrantur, & pulchre sibi videntur suo functi officio, fi Ludimagiliros non deciment. In collegiis Canonicorum fere semper deterior pars superat. Magistratus vel judicio carent, vel indulgent privatis affectibus. LE. Quid tandem confilii reperit? UR. Hominem conjugatum, & liberis divitem scholæ præsecit. Provisionem delegavit aliquot è civibus laicis, quorum probitatem habere sibi videbatur exploratam, ut ab his in hæredes proximos deriva-

### DERECTALLOR. ET LATIPRON. 87

rivaretur. LE. Num ea providentia securum reddidit? UR Minime. Sed hic ajebat sibi videri minimum esse periculi, ut tum habebant res humanæ. LE. Unde nunquam illorum judicio potui subscribere, qui vitiis hominum offensi, protinus tollendum censent quod institutum est: veluti monasteria quidam censent abolenda, quod in quibusdam collapía sit vera religio: præsulum & canonicorum ordinem politulant abrogari, quod nonmulli secus quam decet vivant. Idem decernunt de ludis & pædagogiis, quia displicat quorundam institutio, quasi statim quod in horum locum fuerit substitutum, aut cariturum fit omni crimine, aut in vicium non facile possit degenerare. Quanto fatius est id., quod recte fuit institutum, farcire, ad quadam interim conniventes, id quod eo facilius erit, si reputemus rerum humanarum conditionem, in quibus ut fint prospersimæ, nihil est ab omni parte beature, semper erit quod defideres, quod farcias, quod initaures. LE. Est igitur aliquid perspicere fontes unde fcatet malum, deinde qua ratione liceat mederi. UR. Ne recedamus ab instituto, bujus mali pracipua pars mihi videtur ociri ex publicis scholis, quas ambitioso vocabulo, ut dixi, nunc appellant Universitates, quasi mhil aber bonz disciplinz: tum ex monasteriis, peafercien iis, in quibus instituuntur ad doctrinam euangelicam, quod genus funt Dominicano-

canorum & Franciscanorum & Augustinen-In his enim adolescentes vix trimestri studio grammaticæ dato, protinus rapiuntur ad forhisticen, dialecticen, suppositiones, ampliationes, restrictiones, expositiones, resolutiones, ad gryphos & quæstionum labyrinthos. hinc recta in adyta Theologiæ. Tales, ubi ventum est ad eos autores, qui utriusque linguæ facundia præcelluerunt, deum immortalem. ut cucutiunt, ut delirant, ut sibi videntur in alio prorsus esse mundo. Quoniam autem semel sumpto leonis exuvio pudet inscitiam fateri, simul autem & pudet & piget neglecta discere, bellum indicunt rectioribus Audiis. & horum professores odio plusquam Vatiniano perfequuntur. LE. Istiusmodi multos nimium cognitos habeo. UR. Parentibus imperitis instillant in aurem, ne sinant liberos fuos frivolis studiis ætatem perdere, perfuadentes in his & bonis moribus, & Christianæfidei, subesse naufragia. LE. Nihil fingis. UR. Jam in collegiis, five pædagogiis quibusdam magna in hac re cessatio est. LE. Qui sic? UR. Si non reciperent nisi jam grammaticæ rei peritos, nec aliud profiterentur quam philosophiæ disciplinas, & eruditiores nobis darent, & ipsi minus haberent negocii. LE. Verum, sed & compendii minus. UR. Rem acu tetigisti. Nunc quo quæstus sit uberior, quamlibet elementarios ac propemodum avan-Φυβήτυς recipiunt. Tolerari poterat hoc, si digedigestis ordinibus, & classibus, in singulas artifices idoneos præficerent, tum buic disciplinæ, cui veluti fundamento nituntur omnes. justam curam, justumque tempus darent. Nunc Tophisticis argutationibus plus æquo datur, & hæc disciplina, qua non alia magis est necessaria. velut obiter & in transcursu gustatur verius quam discitur. Moxque pueri rapiuntur ad titulos honoratiores, unde magistris plusculum accedit lucri. LE. Ita nimirum fit, ut qui plus æquo properant in initio, serius perveniant quò volunt. UR. Nec huic profesfioni fuus habetur honos, quemadmodum cæteris. Aliis enim honoris causa titulus additur à baculo, aliis à licentia, alii falutantur magistri artium, doctores medicinæ, doctores juris Cæsarei, doctores juris Pontificii, doctores utriusque, traduntur insignia, prærogativæ, dignitas. At grammaticus nihil est quam grammaticus, quemadmodum calcearius nihil aliud est quam calcearius. LE. Quos tu credis à baculo cognomen habere, equidem accepi à bacca lauri dictos. UR. Si res hæc tibi curæ est, dicam quod ex quodam hierophanta seu mystagogo talium rerum didici. LEO. Percupio. UR. Is attulit triplicem hujus cognominis etymologiam, mea sententia non absurdam. A baculo, inquiebat, dicuntur bacularii, vel quod adhuc in piltrino laborantes, baculis impellantur jumentorum ritu: vel quod pondum in disciplinis absoluti,

opus habeant rectore baculo. LE. Probabile narras. UR. Scis autem lauro baccas effe nigras & amaras. Porrò quoniam id temporis eriamnum arrodentes amarum sapientiæ corticem- nondum ad nucleum dulciffimum penetrarunt, baccalaureos appelkiri placuit, LE. Isthuc etiam probabilius. UR. Verum mystagogus ille teruix sententix palmam tribuebat. LEO. Quam tertiam adferebat? UR. Arbitrabatur dictionem compositam à vacca & laro, vaccalarius. LE. Bella unixtura vaccæ cum avi. UR. Imò probabis si cognoris rem omnem. Scis aliquot nationes pro b, fonare v, consonantem, & contra. LE. Novi. UR. Et vacca lac porrigit. LE. Ajunt. UR. Et larus avis eft avidissima. LE. Istud me docuerunt Erasmi proverbia. UR. Jam de amabili illo sapientiæ principe dictum est: Mel & lac sub lingua ejus: unde quos vehemens quidam ardor hujus lactis agit rapitque, vaccalarii dicuntur. LE. Quin igitur capralarii dicuntur potius, quum lac caprinum à medicis præferatur bubulo? URS. Quia plus lactis reddit una vacca, quam capræ tres, præfertim apud Phrysios. LEO. Pulchre quidem hoc expedisti Sed unde licentiæ vocabulum? UR. Et hoc me docuit ille mystagogus. Qua quidem in re vulgus errat periculose, credens illis jam licere quodlibet, velut ab omni honesta functione dimissis, eoque nonnelli tum se dedunt ocio, quum maxime fint

### DE RECTA L. GR. BT LAT. PRON. 71

sint suscipiendi libores. LE. Idem error & me, fateor, hactenus habuit. UR. Atqui fecus habet. Hæc licentia non ducitur à licet verbo impersonali, sed à litere, quod est ex eorum numero, que Græci vocant admandames, quod genus est vapule, unde deductum LE. Quis hoc divinallet? UR. Tum enim plurimi fiunt, & velut à licitantibus accerfuntur, alies ad aulam, alius ad curam pastoralem, alius ad Abbatiam, alius ad opimam præbendam: in fumma, atius aliò. Longum est enim omnia commemorare præmia. LE. Scite tu quidem hactenus. Sed unde magistri nostri? UR. Honoris canta Græcè dicuntur Theologi, Hebraice Rabini, quod Latine fonat magiltri nostri. LE. Intelligo. Talibus igitur cognomentis honorandam censes & grammaticum? UR. Quid ni tales. quales fuerunt Donatus & Servius, dicantur doctores grammatices, quan proclivius fit vel in triplici jure doctoris nomen, quam semel boni grammanci titulum, promernisse? L.E. Da Servios, dabimus honores. UR Imò tuda honores, ego dabo Servios. Honosenim non folum alit, verum etiam gignit artes. Adderem dictator, & locum honoratum in confesso, & infiguia, reliquaque debita viris præchris ornamenta. LE. An tibi parum est, si literatores infiguini literis incedant ut Samii, quemadinedana ajunt? UR. Adderem & scholls ipsis mundiciem se dignitatem, quan nunc vix fic hara por.

porcorum fordidior. LE. Puerisne tantum honoris? UR. At hi pueri templa funt spiritus fancti, in his plantariis latent senatores, magistratus, doctores, Abbates, Episcopi, summi Pontifices & Cæsares. Quo infirmior est ætas, hoc plus addendum eit honoris, juxta Pauli doctrinam. Postremo hi parvuli sunt, quorum unius cuiuslibet offensionem Christus voluit atrocissimo supplicio puniri, & asinis male docentibus molam asinariam alligari, itaque demergi, non in arenam ripæ proximam, unde possent enatare, sed in profundum pelagus. Nunc quod injuriarum genus, cui non patimur imbecillem ætatem obnoxiam esse? Nullus ferè tam abjectus, tam ineptus, tam infulfus, tam excors, tam indoctus est, quin videatur idoneus formandæ pueritiæ, cujus levior esset calamitas, si tantum-aleret ejusmodi beluas, nisi pateretur & tyrannos. Nulli funt enim plagosiores, quam qui nihil habent liberalis disciplinæ. LE Sic & monarchæsis ratione careant, qua rempublicam administrent, ad vim ac tyrannidem confugiunt. Operosa res est imperare liberis, & compendiosa philosophia est dicere, sic volo. UR. Jam illud in pædagogiis pene folenne est, ut aut tenues, quibus non est unde vivant, aut puerum aliquem nudiustertius magistelli nomine donatum, pueris grammaticen docendis præficiant, tantum in hoc ut vivat. I.E. An non pium existmas destitutis opitulari? UR,

At ista quiden humanitas in unum famelicum, in tot pueros magna est inhumanitas. Impia est eleemosyna que de rapina confertur: & ingratum facrificium quod ex prædatione datur. Malefica est beneficentia, que cum multorum injuria conjuncta est. Ut est interdum principum crudelis clementia, quum uni cuipiam condonant facinus plurimorum melo. Sunt innumeræ viæ, quibus famelicis consuli possit. LE. Nascuntur interdum humillimo loco generosa ingenia, quæ rei familiaris angustia submovet à liberalibus disciplinis. An non humanitatis est hac evehere? UR. Maxime, sed cum delectu & citra cuinfquam injuriam. Nunc ferè adfeiscuntur ad hoc munus non alia commendatione, nisi quia cognatus est, aut conterraneus, aut compotor, aut alioqui notus, aut denique, quod est pietati proximum, quia miserabilis. At interim non miseret tot puerorum. LE. Plerique turpe putant, quenquam semper in grammatices professione manere. UR. Qui nam id turpius, quam pictorem nihil aliud profiteri quam pictorem? Quanquam fieri non potest, ut grammaticus nihil sit quam grammaticus, etiamsi in cæteris disciplinis non perinde excellat. Nam ut unus in omnibus emineat, nec à superis datum est, nec expedit vitte mortalium, utcumque Græci jactent suum Hippiam. Tum enim cum rebus humanis felicissime agitur, quum distributis varie dotibes a

bits, amicitia, illuta proverbilità, facitomala communia. Quid'enim stultius, quam dicere manui, nimi ahudes quam manus, aut vent tri, nihil aliud es quam venter, aut tibite, nihil aliud esquam tibia, aut nafo, mihil aliud es quam natus? Et pulchrum est probri caus dicere grammatico, nihil aliud es quam gram maticus? Est aliquid & ventre contemptitis, per quod ejiciuntur crassiora corports excrementa? Contemnat hoc qui volet, & vident quam floreaut cetera membra. LE. Ista funt evidentiora, quam ut possim refellere. Sed ut ad profitendi rationem sese noster recipiat fermo: Non probas scholas publicas? UR: Imò cum Fabio probo maxime, modo vitentur ea quæ vir ille non minus integer quam eruditus viranda commonstrat. Nec enim istor probo, qui obscuri ipsi, in obscurum angulum contrahunt pueros, ac docent impune quodlibet. LE. Laudantur in hoc genere quidam, qui non ita pridem exorti, medium ehus inter monachos & laicos, domi suæ do cendis pueris quæstum uberem facere dicuntur, quanquam hoc aucupium & a monachis quibusdam affectari coepit. UR. Sua cuique sententia est, mihi displicent in hisce rebus latebræ, lucem amo. Tum 'id genus doctores ferè sunt aundidanni, nonnunquam indocet docti, nec sui juris, & illiberaliter educati: ad hæc alieniores a moribus fensuque communi. Quibus rebus fit, ut apud hos nativus ille vigor

# DE RECTA L.GR. et LAT. PRON. 🦋

vigor & alacritas ingeniorum frangam, ac dejiciamer ad habitum quendam pharifaicum qui liberalem & ingenuam indolem corrumpit, servile quiddam & illiberale inferens teneris animis. Onim & illud non raro videnus. cos, qui ex talibus nidis emergunt, evadere cateris infolentiores, minus fynceros, magis fucatos, minusque liberales. LE Quid utilius quans ut prima flatim atas formetur ad pietatis disciplinam? UR. Recte, si pietas in rafuris, cingulis, palliis, pilcibus & fabis, morumque triftitia, sita est. At vera pietate nikil est hilarius... Jam ut hodie talis sit monachifinus, qualis olim fuit, non omnes huc aluntur, nec expedit imbecillem velutique lactentem adhuc indolem immodica trifticia corrumpere, qua gignit servile quiddam, & nativam ingenuitatem vitiat. Paulus non temeré monet parentes, ne liberos fuos amarulenuia contriltent. At illorum moribus scio quædam ingenia felicissime nata, fuisse perdita. Nam his potissimum imminent dejiciendis quum ut in equis, ita in pueris, sæpe felicissima sint ingenia, quæ gravatim ferunt imperia. Itaque refingunt in alinos, quoniam equis imperare nequeunt. Adde his & gravius malum. Si quem paerum viderint indole candida, aut etiam re lauta, hunc studiosius frangunt ac dejiciunt, veluti generosum pullum ad suæ vitæ institutum prædomantes, nec patiuntur abire, sed blanditiis, minis, terricu-C 2 lamen-

lamentis, obtestationibus, horrendis narratio, nibus instant, urgent, obtundunt, donec vel ad se pertrahant, vel, si id nequeant, in alium protrudant gregem. Quid autem facilius, quam simplicem ætatem ac rerum imperitam vel fallere, vel terrere? LE. An iltud faciunt? UR. Non refero fomnium. meum ipsius periculum narro. LE. Quod obsecro? Num quando in discrimen venisti. ne fieres vir bonus? UR. Educabar apud hos Deventurii, nondum egressus amum decimumquintum. Ejus fodalitii præfectus omnia moliri cœpit, ut me ipforum instituto ade dicerem. Et eram alioqui puer ad pietatem propensus. Ibi pro mea puerili fapientia excusabam ætatem, sed præcipue voluntatem parentum, quorum iram ferio metuebam, fi quid illis insciis tentassem. Hic ille vir egregius, ubi se videt nihil eloquentia proficere, admovet exorcismum. LE. Quid fiet obsecro? UR. Admovet imaginem crucifixi: ac mihi jam flenti vultu entheo, Agnoscis ne, inquit, hunc pro te passum? agnosco, inquam. Per hunc, inquit, te obtestor, ne committas ut frustra pro te sit mortuus, sed obtemperans meis consiliis, consulas animæ tuæ, nisi velis in æternum perire cum mundo. LEO. Non dejecit puerum tanto ariete? UR. Plane dejecisset, ni me parentum terror alià retraxisses. LE. Ista quidem vis est. Quod mihi accidit refero, alii narrent quid ipsis .

iolis acciderit. Nec dubito quin innumeri sim qui sirbilia pericula de se narrare queant. Accedit ad hæe quod hujufmodi ferë nihil habent commercii cum ethnicis autoribus. Cæterum: quanquam non censeo Martialem, Catullum, Tibullum, aut si qui sunt horum similes, pralegendos ætati lubricæ, tamen ad antiquitatis & venultæ dictionis cognitionem expedit præceptorem in omni veterum genere diligentet fuisse versatum. Sacratior quidem est liber Pfalmorum quam Odarum Horatii, sed ex his quam ex illis rectius discitur sermo Latinus. LE. Verum hoc hominum genus unde velles parare victum? URS. Si nihil aliud, unde regius ille Paulus sibi parabat: consuebat coria. Quanquam aliud est unum alere, aliud ditare multos. LEO. Prohibet sacérdotii di-URS. Sacerdotes funt qui populo Christi ministrant Euangelium. Quid si omnes fiant facerdotes, num omnes vivent in ocio? LE. At funt viri boni. UR. At non meliores Paulo. Verum agnoscamus dignitatem, num ocium adfert dignitatem? Scurrarum igitur & ludionum mira dignitas est. Ocium laudem habet in Episcopis & clericis, quanquam id nihil minus est quam ocium, quum assidue vacent edifcendis differendisque scripturis, cognoscendis causis, componendis litibus, increpandis improbis, consolandis afflictis. Nullum est honestum ocium, tantum in negocii gepere discrimen est. An tibi justa videtur ab ope-

operis manuarlis excusatio, quod hypodiaconus sis aut diaconus, quum nullam operam præstes ecclesiæ, nec huc te pares ut præstare queas? Olim certè proprium erat monachorum operari manibus. Quod si causantur fordidum: si non sordidarunt Paulum coria, non est quod illi metuant sordidum opificium. LEO. Quod narras, idem frequenter audivi à viris inligniter cordatis. Sed isti vacant precationibus. URS. Vacent, labor non multum officit precationi. LEO. Illos certè probas qui constitutis sodalitiis alunt in studia tenues, quibus atioqui cum remo, stiva & rastro URS. His rebus quidam forres erat futura. tâsse magis congruebant. Verum agedum, piæ mentis arbitror, sublevandis pauperibus indulgere, ad literas accersi nolim, nisi vigilanti cum delectu. LEO. Quur ita? URS. Fateor ex subulco nonnunquam nasci regno dignum ingenium, fed ut paria fint ingenia, plurimum habet momenti liberalis educatio. Nec parvi refert inter quos verseris à puero. Ad liberales autem disciplinas prisci non admittebant, nisi bonis prognatos, hic periculum est, ne venter illestet ad studia literarum. quos natura genuit aliis rebus. Jam si quorum indoles meretur ad hoc honoris vocari, simul accedere debet liberalis educatio, sic ut frugalitas adfit, non absit mundicies. Nec oportet benignitatem esse fordidam, alioqui hoc non est alere, sed torquere. Sed de sins quisque

one liberis statuet quod videbitur, tuum qua ratione vis inditui? LEO. Primum difeet expedite mare, deinde prompte legere, mox eleganter pingere. Deinde deligetur morum & ingenii formator, deligentur sodales proba indole. Alibi parçus ero, non hic. Utriusque lingue periciam exacte perdifeet teneris stasim annis. Dialectices non patier elle rudem, polim tamen Iudicris illis argutiis ad ostentanioneji repertis torqueri. Rhetoricis aliquanquidem diligentius, sed tamen citra superstitionem exercebitur, scribendi dicendique potius usu quam anxia præceptorum observasiese. Sed prius Geographiam perdifcet accurate: Arithmeticen, Musicam & Astrolo-gram degustasse saterit. Medicinæ tantum addetur, quantum tuendæ valetudini sat erit. Monnullus & Phylices præbebleur gultus, non rantum éjus quæ de principiis, de prima mazeria, de infinito ambitiole disputat, sed que rerum naturas demonstrat. Que res agitur in Ab de anima de meteoris, de animalibus, de plantis. UR. Nihil ne de moribus? LE. Hoc Aphorismis instillabitur, præsertim ad nietztem Christianam & officia vitæ communis pertinentibus. UR. Tot disciplinis oneras ætatem teneram? LEO. Faxo ut hæc omnia ludens discat priusquam attingat annum decimumoctavum. UR. Fortalle per artem notoriam. I.E. Nequaquam. UR. Qui potest alioqui? LE. Nihil est necesse, quemadmo-

dum verè dictum est, ut puer omnes disciplinas exacte discat. Quasdam gustasse sat est. Id magno fructu parvoque negotio fiet, si ex fingulis præcipua quædam redigantur in compendium. Neque quicquam facilius discitur quam quod optimum est. UR. Pulchre narras. Sed unde compendiorum artifex? LB Tam hoc ago, nec ab uno peram omnia, sed in quo quisque præcellit, in eo deposcam illius operam. Ita meus catulus non ludet operam & impensam in frivolis, aut dediscendie, in quibus hodie, Deum immortalem quanta pars ætatis perit? Ubi jactis hujusmodi fundamentis pervenerit ad annum decimumseptimum aut octavum, ipse sibi deliger studiorum ac vitæ genus, ad quod se senserit natura magis compositum. Vix enim feliciter cedit, ad quod quis reluctante genie, protruditur. UR. Utinam istam rationem amplectantur publicæ scholæ. Nihil esset juventute felicius. LE. Arbitror tibi frequenter ex majoribus auditum, fuisse tempus quo pueri multis annis discruciabantur modis significandi, & quæstiunculis ex qua vi, & aliis indoctissimis neniis, magnaque ambitione dictabatur, ediscebatur, exponebatur Ebrardus & Florista, quod supererat temporis, ridiculis versiculis transigebatur: Joannis Garlandini Gracolatina disticha prælegebantur a fudantibus; Catholicon in omnibus templis habebatur. UR. Infelix profecto seculum.

### DERECTAL GR. ##LAT/PRON. 41

IE. An tu credidiffes unquant fore, ut apud Britannos aut Batavos pueri Græce garrirent. Gracis epigrammatiis non infeliciter luderent? UR. Citius credidissem ruiturum colum. LE. Tanta rerum musatio mihi spem facit fore, ut unaquæque professio, repurga, tis his quæ magis faciunt ad quællum & oftentationem quam ad eruditionem, tantum ea compendio doceat, quæ digna fint cognitu. UR. Isthuc equidem vehementer opto. Nam nunc video quosdam adeo propensos in has politiores literas, ut fastidiant liberales diser plinas, quali summa studiorum sit, emendate loqui. LE. Vere narras. Verum hæc est rerum humanarum conditio, quum ad summum pervanerint, non corriguntur, nisi in diversum detorqueas, ac propemodum vițio witium emendes. Gærerum arbitror hanc pra--vitatem alignando in fium statum rediturum. LIR. Nihil existimo desperandum, posteaquam fcenam rerum usque, adea mutatam video. Tantum vereor, ne nobis quidem sero contingant illa. Verum hic fermo nobis propemodum extra causam seritur, optime Leo. LE. Qui fic? UR. Quoniam nobis hæc ut dicebam, præpropera cura est. Nos enim de publico juventutis formatore loquimur, tuus infantulus adhuc inter matris ac nutricum sinus repit. LE. Verum, fed ab his initiis prima facundize rudimenta Rhetores auspicantur. Nam Quintilianus ut Gracchorum admiran-

randam eloquentiam nonnulla ex parte accepsam refert Corneliæ fæminæ fupra fexus modum eloquenti, ita Lelii & Q. Hortensii filiam scribit in dicendo paternam elegantiam retulisse. UR. Hæc illis temporibus recte præcipiebantur, quum Latine Græceque loquerentur, etiam infimme plebis opifices, æque atque docti, nec fermonis genere differebant, sed fermonis elegantia. Nunc à parentibus ac nutricibus quid discere possunt infantes, nisi vulgatam suæ gentis linguam, puto Gallicam, Hispanicam, Germanicam, Britannicam, aut Sarmaticam? LE. Recte mones. Utinam universum mortalium genus duabus duntaxat linguis uteretur. UR. Quibus? LE. Graca & Latina. UR. Quid de lingua, Hebraica? LEO. Eam, quoniam nec admodum late patet, &, ut apparet, nec ab ipsis Hebræis satis cenetur, Judais ac Theologis relinquerem. Simulque vereor ne quid Judaïsmi cum literis imbibat puer. UR. Eadem opera verere, ne quid paganismi combibat ex Homero, Demo-Ithene, Vergilio & Cicerone. LEO. Et.hoc oro viribus curabitur. Verum unde quæso. nobis tot linguarum myriades? UR. Non novum hoc malum est, ô præclare, nam olim à diluvio, quod Nootemporibus accidit, prisci mortales, ne fimili calamitate dissiparentur. coctilibus lateribus & bitumine vice calcis adhibito, civitatem exstruere adorti sunt, & in hujus medio turrim immensa molis, qua pertinge-

### DE RECTA L. GR. 17 LATER PRON. 43

tingeret usque ad codum. LEO. Unde tente bituminis vis? URS. Non coquebatur ex animantium pellibus cornibusve, ne quid erres. fed in ea regione lacus immensi scatent bitumine. Jam thructura penetrarat nubes. Erat antem hominum immenia vis, neque quiquam omnium vacabat operis portione. Allic prorfes evenit quod habet Gracorum proverbium. Spec dirigrer, bull amoure outber. LE: Qui nam? UR: Aliquis è lenginquo petebat obsonium, alter adferebat lateres. Rurfus alius inclamabat sitiens, adferte potum, altendeserebat bitumen : priusquam ille recurreret . hie fame fitive perierat. Rurfus alies pollulabat ignera, deferebatur aqua. Hic petebat trub lami: ille ferebat cucurbitam. Tandom fatigati tædio structuram smilerunt, dumque se fibi mutuo ludibnio esse eroderent, alii alie demigrarunt, ut quousque jungebat lingue continunis. LEO. Ali regrationi concinit Ocdipodis, opinor, smighis, de animante, quod primism quadrupes oft, deinde bipes, tandem tripes, quodque vecibus omnium enimantium sonet, perque amnia volitet. URS. Eandem ob causan Homerus homines ubjects appellat, 6b vocis varietatem. LE. De linguarum igitur, ut video, differfitate nulla spes est. URS. Ne expedit quittem vulgo committere, quod fyncerum ac perpetuum esle velis. Olim bo-, na pars Europæ & Africæ, cum Asia minore Latine Graceque loquebatur. Quot barba-**Ticas** 

sicas linguas nobis vulgus ex una Latina reddidit? Quot discriminibus sectus est Italia fermo & quot Gaffiæ? quot Hispaniæ? Præstat igitur has linguas, quibus maxima ex parte commisse sunt disciplinæ, tantum ab eruditis servari, quarum integritas non à populo, pessimo rerum bonarum custode, sed è libris eloquentum scriptorum petatur. Verum illud explica, quur ea quoque folicitudo tenet animum tuum, ut leunculus tuus prompte legat, nec inscite scribat? LE. Ouoniam id video Fabio quoque cum primis fuisse curæ. & simul atranque disci potest. Nam utraque ses alteriauxilio est. Scripturam enim ineptam eadem sequundur incommoda, quæ malam pronunciationem. Wel Ciceronis orationem Icribe literis Gotticis, foloccam dices ac barbaram. Fit igitor, ut aut gratiam amittat quod feripum est, aut omnino rejiciatur, aut lectorem defatiget tædio. Gonfequitur autem ut nec doceas non intelligencem; nec delectes egrè legentem, nec persuadeas enecto molestia. Et scis quant sint mososa quorundam ingenia, præsertim si scribas occupatis, aut de re perife parum amœna lectori. Quis enim diu possit auscultare balbutientem, cujus sermonem ægre percipias? Contra vix credi queat, quantopere commendet rem, elegans, dilucida, distinctaque scriptura, Latinis eles mentis Latina verba repræsentantibus. Olim in scholis pleraque dictabantur excipienda diſci-

### DE RECTA L.GRIEF LATIPRON. 45

scipulis, ita fiebat ut celeriteriscriberest pueri, sed incommode, notulis & abbreviaturis compendium aucupantes. Nanc typographorum are facit, us cruditi quidam ne scribans quidem omnino. Nam si quid suarum lucubrationum literis mandare visum oft, tam belle pingunt, at ipsi nonnunquam non posfirst legere quod scriptum est, & ab amanuen. si flagitent ut legat, agnoseatque, quod ipsi non agnoscunt. Quin & in epistolis, principum exemplo complures utuntur amanuensium opera. Sed quid illi facient in epistolis arcanis, quales frequenter incidunt etiam regibus? ut omittam quod interdum ad autoritatem, interdum ad gratiam facit agnita manus. Nonnihil habebas momenti, quod Paulus apostolus Galatis epistolam totam intyesow misst. Quis non revereasur si rex sua manu descriptam mittat epistolam? Quomodo autem exosculamur, quoties ab armicis aut eruditis viris literas accipimus ipforum articulis depictas? Tum demum ipsos coram audire, coram intueri videmur. Quid multis ? Epistola digitis alienis scripta, vix epistola nomen promeretur. Multa de suo addunt amanuenses. Etsi dictes ad verbum, tamen abest illud secretum, & quædam aliter propuncias, nonnulla supprimis, ne conscium habeas quemnolis. Non est igitur hoc liberum cum amico colloquium, ne quid interim loquar de fide scripti. Subscriptionem effinge-10

### M BERASMI DIALOGUS

se facilimum est, totam epistolem perdiffici. he est. Habet enim lingulorum ut vox. ita manus quoque quiddam: fuum ac peculiare. UR. Qued dicie ut mirum, ita verissimum esse fateor. LE. An parum interesse censes. utrum ose suo quis reserst tibi mentem suam. an per internuncium demandet? UR. Plurimum refert, meo quidem animo. UR. Mandatarius ille fieri posoft ut menuatur, ut quadam prætermittat, ut aliter referat quam accepit: postremo, ut entima sidereferat omnia. oculorum, frontis, vultus & vocis energiam non potest exprimere. UR. Persualisti, plurimum ad rom facere fa puer statim discat quam optime scribere, non solum ob causas. quas tu quidem gravissimas commemorasti. verum etiam ob id quod facilius ac libentius scribit qui scitè didicit scribere. Habet enim elegans scriptura non aliter quàm insignis pictura fuam oblectationem, que tum scribentem in opere, tum legentem in studio remoratur. Verissimum oft autem hic & illud quod dicitur, secte scribendo fieri ut celeriter scribamus, non multum feribendo umbene. LE. Superest injum ut inquiramus, qua ratione fieri possit, ut puer & bene & celeriter discat feribere. UR. Eadem cura me quoque jampridem torquet. Nam optarim ex tot urlinis catulis unum atque alterum sic educari, ut. ex homine prognati videri possint. LE. Exgo communica si quid habes. URS. Ex me qui-

# DE NECTA E.CR. MALATIPRON. IN

quidem milif lubes, externm quod ex ali accepi, si volce, qualocunque est, proferam in mediam fed hac lege, ne sa celes vicifica, fl guid habes reclists. LE. Polliceer. UR. Nuper interfui convivio grammaticorum, epinor faille plures duodecim, diceres non medo justum, sed & frequentem senatum. 14 de rebus hujusmodi ferebantur suffraçia LEO. Conveniebat inter Mos? UR. Adeo. unterem pulchre gelbam arbitrarer, fi awayan dimiffum fulfiet concilium. Nunquam vidi calidiorem de re frigida concertationem. Longa rixa fuit, quot essent orationis partes, aliis octoin quindecim proferentibus, aliisad pentadem, aliis ad dyadem contrahentibus. În prafiis quamlibet acribus nox ingruens folet conflictum dirimere, hi medio conticinio fortiffime vociferabantur ad ipfum ufque gallicinium. Nec fatis omnium memini; li jubes. referam quantum hæsit memoriæ hE. Mihi quidem pergratum feceris. UR. Aggrediar, & quidem præpostere. Nam somere primum est, proximum legere, tertium scribere, de quo primo dicam loco. LE. Hic quidem nihil refert. UR. In primis ajebant cus randum, ut puero statim exemplum quam abfolutissimum proponatur, quod essingat. Nec quicquam vetat, quo minus idem fit imitatu facillimum. Nam vulgus scribarum stexibus, connexionibus, appendicibus, similibusque frivolis ductibus, quibus velut animi gratiu lasciviunt,

lasciviunt anultum difficultatio addunt seriptus ræ, fructus omnino nihit. An non vides. quanto Gottorum manus olim fuerit operofior Romana. & hodie Gallorum ac Germanorum quam Italorum? LE. Atqui Gracis fuccessit ista literarum connexio, in minusculis duntaxat. UR. Quid enim istis non succedit? quangam & hanc affectatam effe nolim, multo minus feram scripturam crebrisnotulis decurtatam. LE. Ne Latini guidem prisci notulis hujusmodi caruerunt. Qua de re Probus grammaticus etiam librum reliquit. UR. Fateor, sed in paucis dictionibus; numerorum, ponderum, mensurarum, & aliorum quæ solent identidem in sermone recurrere. Quanquam hoc quoque compendium, multum invexit dispendii studiis. Nam in huiusmodi notulis, ut est proclivis notariorum hapfus, ita restitutio perdifficilis, quod idem usu venit in Mathematicis, qui formis elementorum fignant fuas sondelgeis. LEO. Perge. UR. Primum igitur erit singulas elementorum figuras effingere, minusculas simul & majusculas. LE. Quidam in elementis affectant obsoletam antiquitatem, velut è duodecim tabulis petitam, aut si quid his antiquius. UR. Isti non minus absurde faciunt quam faciunt ii, qui verbis jam olim desitis delectantur: perinde quafi cum priscis Aborigibus, aut Euandri matre loquantur. LE. Etenim fi rem ab Assyriis ac Phænicibus Cadmoque

# DERECTA L. GR. LAT. PRON. 46

moture repetats, nee formas; nec fonos ensdem comperies. Sunt & qui fuum quoddam scriptum genus effectant, ita scribentes Latime, ut parum exercitato Græca videri poslint. UR. Ridendos mihi narras, non imitandos. nisi forte placent Apuleji & Sidonii, aut, ut recentiores attingam, Baptistæ Pii, qui, quum suppetant probata, splendida, accommodaque vocabula, tamen confictis impudenter novis malunt suo more loqui, perinde quasi nihil possit esse preclarum quod sit usitatum. LE. At quod sandem formularum genus maxime probas? UR. Majuscularum absolutissimum exemplum est in nomismatis Romanorum, quae temporibus Augusti, & aliquot post hunc seculis excusa sunt, præsertim apud Italos. Nam in provinciis artificum imperitia non perinde respondent. Minusculas undelibet suppeditat Italia, nifi quod ex omnibus eligendæ, quæ & simplicissimæ sunt, nec ita multum recedunt à majusculis. Tantundem de Græcis præcentum esto. LE. Quibus in rebus potissimum situs est literarum decor? UR. In quatuor, in figura, contextu, ferie, & proportione. LE. Figuram ostendisse latis est? Non est. Proderit & partium ductum ostendere, & quomodo parti pars adaptetur indicare. LE. Dic, ore to, clarius quod mones. UR. Perlongum sit, Leo, de singulis disserere, dabo specimen unde cætera conjieias. LE Expecto. UR. Alpha majusculunë

luth Græcis ac Latinis simili figura signatur) Hujus finistra linea paulò subtilior, calamo transverso ducenda à summo ad imum: dextra craffior, plane, quemadmodum & transversa, quæ videtur addita, ne nullum sit discrimen inter Alpha & Labila Græcum. Hæc admonitus puer facilius imitabitur, quam si tantum oftendas figuram. LE. Sane rectea UR. Alpha minusculum varie pingitur, sed commodissime si primum pingas o oblongum; dorso superne veluti gibbo nonnihil prominente ad dextram, deinde ab illius summo in gyrum commode flexo calamo, mollem addas femicirculum, inferne nonnihil inflexum. . ... Item b minutulum si velis pingere, ducenda est ex alto recta linea, id primum est, huic annectendus femicirculus, hoc est inversum o, quod si inferne hiet, fiet h aspirationis nota. Eidem columnæ si addideris lineam infractam, erit k. Rursus eadem si inferne promineat extra versum, & addideris ad dextram inversum 2, fiet p. Si ad lævam rectum c, erit q. Si nihil annectas lineæ furfum prominenti, erit l, nisi quod inferne paululum inflectitur, quo differat ab I majusculo. LE. Sat est, habeo specimen, reliqua per me con-UR. Superest formularum varietus. quæ major est in Græcis minutioribus. Deinde notulæ decurtatarum dictionum, quæ res magis pertinet ad prompte legendum quam ad recte scribendum. Sed primis initiis magis

congruent simplicia. Huic exercitationi succedit contextus, refert enim quam literam cui jungas. Quedam enim se non sustinent contingere, quædam gaudent contactu, quædam sibimet implicantur, veluti p & o refugiunt contactum, f, g, t, & fortassis aliæ nonnullæ, quibusdam annecti gaudent, ut grande facinus, flagitium, traxit: nec tamen has miscentur quibuslibet. Græci in pingendis minusculis feliciter lasciviunt, literas aliquot invicem complicantes. Idem & in majoribus tentatum, sed apud Græcos non temere ni-Lin notis numerorum, veluti quum signantes quinquaginta, delta minusculum includunt py, IAI. Apud Latinos tentatum à multis. non successit. Profuerit igitur novo scribæ. si has formarum varietates non solum pictas. fed & pingi conspiciat. LEO. Super his, utcunque minuta funt, admoneri gaudeo. UR. Post hæc de serie disputabant, ut intra rectas lineas decurrant versus, ne scriptura sit similis Sibyllæ foliis, &, juxta Plautinum jocum, litera literam scandat. Nihil hac inæqualitate deformius. LEO. Ad istum sand modum scribit uxor mea. URS. Jam bona pars artis est in proportione. Ea sitz est, partim in partibus figurarum, partim in prominentiis, partim in intervallis. LEO. Ista non satis assequor. UR-SUS. Nihil aliud accipies quam specimen tei. A majusculum constat tribus lineis. Ita-D 1 que

que ad symmetriam pertinet, ut transvers æquali spacio distet & à summo & ab imo-Rursus indicandum quanto spatio distet imum finistræ lineæ ab imo dextræ. Finge triangulum æquis lateribus, si detrahas imam lineam, eamque certa portione decurtatam transferas LE. Intellige. in medium, habebis Alpha. UR. Item in B. erectæ lineæ ceu columnæ. duo veluti ventres annectuntur, sed inæquali tumore, cui si desit sua symmetria, offendit figura. LEO. Sic est profecto. UR. Eadem est ratio in partibus que prominent. aliæ furfum, aliæ deorfæm, videlicet ut l furfum eminens, & p deorsum, tantum habeant longitudinis extra versus spacium, quantum intra: c, verbi causa, implet rectum spacium, huic annexa linea at fiat q, duplicet illud, aut certe minimo superet. Hic enim non artem tradimus, sed exemplam adducimes. LE. Mihi quidem fatis est. UR. Porro intervallum bifariam consideratur. Alterum est quod dirimit versum à versu, alterum quod literam à litera: addo si velis tertium, quod dictionem à dictione, quod comma à commate, colon à colo, periodum à periodo, simul ascriptis notulis quibus distinguuntur. Ut autem observata fymmetriæ ratio non hie tantum plurimum confert ad decorem, ita recta distinctio credi vix potest quantum adferat ducis ad intelligendam sententiam, non ut inscite dixerit erudicas quidam.

dam, aptam distinctionem commemarii gonus esse. Expedit igitur & huic rei station as fuescere puerum, ita consuetudo vertetur in naturam, ut vel aliud cogitans, servet tamen in scribendo notulas hujusmodi non aliter quant literas ipsas. LE. Audio priscos illos nullis intervallis diremisse dictiones, sed perpetuo contextu produxisse versus. UR. Fateor, at nec apices olim adhibebant Hebræi, ne Græci quidem, arbitror, sua puncta: nos tamen non usque adeo morosi sumus, ut si quid bonæ rei repertum sit à recentioribus, grayemur accipere. Hæc diligentia etiam illud adduxit commoditatis, quod scripturam apicibus, notulis, intervallisque diltinctam. minus in proclivi sit depravare. Apparet tamen veteres apicibus usos. LE, Istud qui conjectas? UR. Quia narrant Cadmum liter ras à Phonicibus primum invexisse. Eam rem fabula notatam, quæ fingit illum serpentis extincti dentes in terram seminasse, ex hac femente subito exsilisse duas galeis & hastis armatas acies, quæ fe mutuis vulneribus confecerint. LE: Atqui demiror quid hæc fabula faciat adliteras. UR. Dicam, nisi molestum est. LE. Imò percupio, si grave non est. UR. Inspexisti ne unquam os serpentis? LE. Ne cupio quidem. UR. Mortui, inquam? LE. Ne mortui quidem. UR. Quis unquam audivit Leonera timidiorem? Si tamen inspicias, numeresque supernos & infernos den-

tes, tot reperis, quot literas primum attulit Cadmus. LE. Ouot? UR. Sedecim, ni fallor. Ociofæ funt autem sic ut natæ sunt ordine positæ, dissipantur, seminantur, atque ita demum plures numero varieque digesta, vivunt, agunt, pugnant. Id si non credis. considera qua strage se vicissim conficiunt hodie. qui literas profitentur. LE. Veriora veris narras. UR. Quid est autem scriptura, nisi mutus sermo, perinde quasi nutibus inter se colloquantur elingues? LE. Nihilaliud. UR. Et sermonem à serendo dictum ajunt grammaticorum filii. Habes Cadmeæ fementis allegoriam. Nunc excutiam scrupulum qui, uti conjector, urit te. Tonorum ac spirituum notulas, imaginaris esse lanceas & galeas exercitus, LE. Recte divinas. UR. Imo partes elementorum furfum eminentes talium rerum speciem præbent. & si diligentius contemplere, videbis illic non folum lancearios ac levis armaturæ milites, verum etiam cataphractos, clypeis, ensibus, ac balistis instructos. Verum harum rerum imagines melius exhibent Hebræorum elementa, à quibus profectas fuisse literas nostras una cum ipsis figuris, non absurde quibusdam videtur. LE. Istam fabulam, mihi crede, non narrasti surdo. Cæterum illud adjungas velim, quibus modis puerum oporteat istis assuescere noscitandis. UR. De agnoscendis elementorum figuris mox dicetur. Agimus enim, ut dictum est, ordine præ-

### DE RECTA L. GR. ET LAT. PRON. 55

præpostero. Ad exprimendum pictura singulas, primum est exemplar, deinde commonstratus ipse linearum ductus, præterea manus docentis imposita manui pueri, eamque regens ac moderans. Indicavit aliud adminiculum Fabius, ut eburneæ tabulæ primum literæ simplices, mox syllabæ ac dictiones, deinde versus aliquot quam scitissime insculpantur, per eos fulcos puer consuescet stylum ducere, donec juxta philosophos, actio frequenter iterata gignat habitum. Nam hac arte didicimus & cæcos nonnullos prompte scribendi facultatem sibi parasse, Eadem opera fiet, ut nec divariet à recta linea, nec usquam peccet ab harmonia proportionis. Olim stylo scribebatur in tabulis ceratis, nunc quoniam calamis aut pennis scribitur, in chartis aut membranis pingitur, alia scribendi ratio est. LE. Et antiquitus foliis, arborum co-. dicibus, aut linteis cerussatis, aut alioqui leviter incrustatis inscribebant. URS. Et nunc sunt qui in tabellis pulvere oblitis stilo æreo argenteove scribant. Sed præclarus artisex varias rationes comminiscetur, quibus puerili studio subveniat. Quarum una est, si perfectum exemplar membranæ pellucidæ supponatur, fuper quam puer calamum ducat sequens subjectas lineas. Altera est, si scribendi peritus stylo argenteo cupreove vestigia literarum imprimat chartæ, deinde puer per eadem lineamenta ducat calamum, aut pennam atramento madentem. Eadem erit utilitas fi fucce. D 4

fucco ligni cujusdam figuras præscribas, leviter purpureas, quas puer tegat atramento. Hic prioris fcripturæ vestigia coarguent, quantum sit aberratum à præscripto. Jam quidam utuntur tabulis, in quibus fila, fidesve glutino affixæ, linearum vestigia chartis admotis imprimunt. Ea res ad figurarum speciem non ita multum confert, plurimum tamen conducit ad rectitudinem versus. & ad harmoniam partium superne inferneve prominentium. Id. commodissime fiet, si singuli versus signentur quatuor lineis, æqualibus intervallis inter se distantibus, intra duas medias ducentur ipfa literarum corpora: quæ vero prominent furfum ac deorfum, intra fuum modum cohibebunt extremæ duæ. Eadem arte licebit æqualibus fraciis dirimere versum à versu. Verum ut his adminiculis prodest exerceri puerum. ita non expedit semper his niti, sed ubi jam profecerit, consuescat absque cortice nare, nec semper linearum ductum desideret. LE.De scribendo videor mihi propemodum satis instructus. UR. Unum illud addam hæc ita tradenda pueris, ut se ludere putent, non studere Quidam enim hæc tanta docent acerbitate, ut pueri prius discant odisse literas quam nosse. Ad hæc juvabit ad picturam interim nonnihil exerceri puerum, ad eam artem plerique sua sponte feruntur, dum gaudent & exprimere quod agnoscunt, & agnoscere quod ab aliis expressum est. Ut autem qui Musi-

### DERECTA L. GR. et LAT. PRON. 39

des periti sunt rectius pronunciant etiam non cantantes: ita qui ducendis in omnem formam lineis digitos habet exercitatos, mollive ac felicius pinget literas. Si quid super his requiras subtilius exactiusque, extat liber Alberti Dureri, Germanice guidem, sed eruditiffime scriptus, in quo priscos hojus artis heroas imitatus, nominatim Pamphilum natione Macedonem, quum omnium literarum. tum Geometrices & Arithmetices egregie, peritum. Nam sine his disciplinis artem absolvi posse negatat : ad hec, Apellem, qui & iple ad Perfeam discipulum de ate sua conscripsit, multa præclare tradit de mysteriis graphices, ex Mathematicorum petita disciplinis, & in his non pauca de figuris elementorum ac ductibus, symmetriaque literarum. LEO. Dureri nomen jam olim nowi, inter pingendi artifices primæ celebritatis. Quidam appellant horum temporem Apellem., UR. Equidem arbitror si nunc viveret Apelles, ut erat ingenuis & candidus. Alberto nostro cessurum hujus palmæ gloriam. LE. Qui potest credi? UR. Fateor Apellem suisse ejus artis principem, cui nihil objici potuit à cæteris artificibus, nisi quod nesciret manum tollere de tabula. Speciosa reprehensio. Apelles coloribus, licet paucioribus minusque ambitiosis, tamen coloribus adjuvabatur. Durerus quanquam & alias admirandus, in monochromatis, hoc est nigris lineis, quid non

exprimit? umbras, lumen, splendorem, eminentias, depressiones: ad hæc, ex situ, rei unius non unam speciem sese oculis intuentium offerentem. Observat exacte symmetrias & Quin ille pingit, & quæ pingi harmonias. non possunt, ignem, radios, tonitrua, fulgetra. fulgura, vel nebulas, ut ajunt, in pariete, sensus, affectus omnes, denique totum hominis animum in habitu corporis relucentem: ac penè vocem ipsam, Hæc felicissimis lineis iisque nigris sic ponit ob oculos, ut si colorem illinas, injuriam facias operi. An non hoc mirabilius, absque colorum lenocinio præstare, quod Apelles præsticit colorum præsidio? LEO. Non arbitrabar esse tantum eruditionis in arte pingendi, quæ nunc vix alit artificem. UR. Non novum hoc est, insignes artifices tenui re esse. At olim inter artes liberales numerabatur graphice, nec hanc discere licuit nisi claris, mox honestis quidem concessa, cæterum vetitum ne servitiis traderetur. Principum est ignominia, non artis, si caret suis præmiis. LE. Sentio quantum ad omnem facultatem parandam habeat momenti. Itatim optimis præceptionibus admonitum esse. UR. His conjuncta est legendi cura, cujus celeritas, nisi primis statim annis paretur, non temere contingit homini, quantumvis adnitatur. Vix autem fieri potest, ut lectione delectetur, qui legendo hæret ac laborat. Proinde, ut qui parum expedite scribunt, ad dictan-

#### DE RECTA L. GR. et LAT. PRON. 59

dictandi compendia confugiunt: ita qui difficulter legunt, aut in totum abstinent à libris. aut si quid coguntur scire, lectorem accerfunt: utrobique perit illud secretum quod præcipue alit ingenium, five tuas cogitationes mandare literis pares, sive magnorum virorum cogitationes velis cognoscere. Ut autem puer statim per lusum agnoscere discat literarum figuras, rem adfero dictu humilem, fed tamen à summis viris traditam: profuerit eas crustulis exprimere, ut divinanti nomen elementi, præmium sit ipse cibus. Hoc Flacci consilium est. Fabius alind indicat huic simile, ut ex ebore fingantur literarum formæ, atque ex his lufus aliquis pueris gratus proponatur, qualis est nucum, aut talorum, aut si quod aliud genus, quod nisi cognitis ac no minatis elementorum vocabulis peragi non queat. Quam ad rem accommodatissimus latrunculorum ludus, quem hodie Scacorum vulgus appellat, sic ut hinc Græcæ, hinc Latinæ literæ inter se concurrerent, nisi quod operofior est, quam ut ætati primæ conveniat, adultioribus aptissimus. Idem efficient munuscula, quæ puerorum vestibus ornatus gratia affiguntur, aut in manum-dantur, ut cum voluptate intueantur, contrectent ac nominent. Videmus ætatem illam affici voluptate, si in picturis agnofcant hominis, autanimantis, alteriusve rei figuram, ac nomen reddant. Simili illecebra poterunt & ad literas agnoscendas

das irritari. Mox ad fyllabarum connexionem progrediendum, hinc ad dictionum comple-Rum, postremo ad orationis structuram. Ea res ferè constat memoria, quam volunt esse certam, eoque negant primæ fidendum, fed nunc recto, nunc inverso, nunc confuso literarum, fyllabarum ac dictionum ordine repetenda subinde eadem & inculcanda, donec certam legendi facultatem & expeditam paratam esse constiterit. Nec aute tempus affectanda celeritas, quo fit, ut multum adferat moræ lectioni incogitans festinatio, dum auditor dubitat quid legerit, dum auribus non afferquitur lingua properantem, dum quædam intermittuntur, quædam perperam fonantur, unde dum vel aliis revocantibus, vel ipse tibi diffidens repetis multa, non parum dispendii secum adsert male captatum compendium. Prima cura sit, ut attente, ut emendate legamus: cetetum ut idem faciamus expedite, nec cogitantes ac velut aliud agentes, dabit usus. Id quod scite præcepit Fabius: Certa fit, inquit, in primis lectio, deinde conjuncta, & din lentior, donec exercitatione contingat emendata velocitas. LE. Ista præceptio non hic tantum valet. UR. Adjiciebant & illud, dum legis, in dextrum flectendos oculos, & quomodo præcurrendum, diducta in duas res animi intentione, ut aliud agatur voce, aliud prospectu, quemadmodum qui facit iter, non hoc intuetur, quod calcat. fed

#### DE RECTA L. GR. at LAT. PRON. 62

sed quod calcaturus est: sic buic posteriora intuenti priora recitanda funt. LE. Demiror quur hoc natura inviderit homini, ut altero oculo prospiceret in dextrum, aliero in kevum. Nec video quorsam opus sit duobus, ouum fabri & balistarii, si quando maxime intendunt prospectum, alterum occludant oculum. UR. Dicam. Si quis te casus altero orbaret oculo, nonne gauderes alterum superesse? LE. Verum si legas Hebræa, in lævum flectendus prospectus. UR. Nimirum ut in scribendo manus. Verum id minimo negocio docet paucorum dierum usus. Novi qui & pedum digitis expedite sciteque scriberent. Quibusdam ea prospectus celeritas est, ut oculis prævolantibus deprehensa sententia, bene legant etiam perperam scripta. Quædam enim misi cognito prius sensurecte sonari non possunt, etiam si bene scripta sint. LE. Credo, sed plures sunt, qui recte scripta legant perperam. UR. Quod dicam prodigii simile est. Vivit adhuc quidam de procerum aulicorum numero, qui nunquam legit ipsum quod seriprum est, sed loci sententiam aliis reddit verbis. Rogatus à me num sciret se id facere, fatebatur se frequenter hujus rei admonitum. Quærebam num sciens ac volens id faceret, negabat, imo non diffimulavit se sibi hoc nomine displicere. Addebam qua nam occasione venisset in eam consuetudinem. Num puer habuisset præceptorem, qui parandæ copiæ gratia justisset illum aliis verbis efferre quod

legeret, aut num quid alied accidiffet fimile. Negavit. Nam est hujusmodi musices genus apud Britannos, ut multi inter se concinant. quorum nullus cas fonat voces quas habent codicum notulæ. LE. Habet natura suas quasdam arcanas caulas, quas fruitra scrutantur homines. Et ipse novi puerum annos natum duodecim, cætera perfectum, hoc tantum habebat prodigiosum, quod omnia verba præpoitere loqueretur, quod in nostrate lingua scis esse absurdissimum. Nam Latinè loquentibus, quanquam ad decorum compositio plurimum facit, tamen ad sensum ferè nihil refert, sive dicas, honora patrem tuum, sive, patrem tuum honora: nihil autem absurdius. quàm si quis nostrate lingua dicat, patrem tuum honora. UR. Sic est ut dicis. Addunt autem præceptiunculam, mea sententia, non aspernandam, quæ pariter & ad legendum & ad scribendum pertinet, nonnihil etiam ad LE. Audire gestio. UR. Moris est nt post agnitas formulas, & contextas syllabas incipiant scribere nomina, mox & ora-LE. Sic est. UR. Hoc operæ nolunt insumi in vocabulis inanibus ac nihil significantibus, aut vulgo notis. LE. Expecto ut melius dicas. UR. Scis bonam eruditionis partem esse, scire rerum vocabula. Hic supra modum cessatur à Grammaticis vulgaribus, quorum vitio fit ut adolescentes post multos annos in Grammatica contritos, vix norint

# DE RECTA L. GR. et LAT. PRON. 63

norint illius arboris, piscis, volucris, quadrupedis, aut leguminis verum nomen. Ne domi quidem ullam supellectilem Latine nominare possunt, adeo ut quum volunt sibi dare mantile, dicant, da mihi rem, & aut indice digito est opus, aut vulgatæ linguæ subsidio. ldem usu venit si producantur in officinam cujuslibet artificis, tantum generales rerum voces utcumque tenent, species prorsus igno-LEO. Istud mihi sanè usu venit, ac mecum aliis quamplurimis. Arborem, legumen, herbam, equum & canem oftendere possum, at si quis exigat ut ostendam alnum, aut fraxinum, aut ilicem : silurum, scarum, aut pectinem, eruum aut melium: scolopendram, viverram, aut felem, hæreo. Sic & in Dialecticis pueri nihil audiunt, nisi Sortes currit, Plato disputat. Si asinus volat. asinus habet pennas, & Sortem currere est possibile. LE. Quid igitur hic consilii? UR. Eadem opera licebit pueris præscribere, vulgo non obvia rerum vocabula, aut voces exquisitas, nonnunquam & bonæ rei quippiam admonentes. Tam facile discitur quid sit lacerta, aut stellio, aut pectunculus, quàm quid sit canis aut vacca, nec difficilius scribitur, Tempori parce, quam Vacca mingit, aut Canis latrat. Interdum unica vox continet perfectam sententiam, ut support, id multo magis convenit observari postea quam eo perfecit puer, ut integri versus jam sint ad imi-

imitationem præscribendi. Quur enim non potius illis præscribitur hoc carmen: Quo semel est imbuta recens servabit odorem Testa diel, quam illud: Aut pluit, aut ningit, aut nostra pedisfequa mingit? In hunc usum valebunt celebrium virorum apophthegmata exquisitæ brevesque sententiæ, proverbia, ac lepide dicta, cujusmodi supellex ad omnem dicendi facultatem plurimum habet momenti. Quorum si quis singula contemnit, huic occinam illud Hesiodium, Pusillum pusillo si ad dideris, cito nasci magnum acervum. Et hæc inter lusum licet ediscere, nulla rerum memoria tenacius adipfam ufque senectutem hæsura animo, quàm quæ sic infixæ sunt. Vides igitur quanta nobis hic pereat utilitas. LEO. Video sanè quanta pars ætatis instituentium vitio præterfluat. UR. At vereor ne te delassem, si quæ de pronunciando disserta sunt referam. LE. Imò hic habebis attentissimum, quandoquidem hoc erat, quod me potissimum solicitabat, quanquam & cætera juvat audisse. UR. Quamquam ergo puer à nutricibus non discit Latine, tamen referre dicebant, inter quas primum inceperit æmulari voces humanas: quod ætasilla, quoniam præter imitandi facilitatem nihil habet, nescio qua rerum humanorum infelicitate, citius propè reddit prava quam recta. Ac mirè fit, ut semel infantibus arrepta vitia in adultam ætatem sic prosequantur, ut ægrè queant dedifci.

# DERECEAL GR. MLAT. PRON. 65

difei. Sunt antem prie andingum diverso vitia, quorum aliquot nonmalis affixis natura, sed plura peculiaris cuique vel negligentia rel affectatio: bonam sutem bujus mali pastem affere ipfa nation at in some form quaque quiddam habent, Hispania, Italia, Gallia, Germania, Britannia, ac bene nobiscum ageretur, nisi fingulæ nationes in varies vitiorum species essent distracta. Si labdacismus est impotentia sonandi caninam literam, multis vitium hoc adnascitur, nonnullis delicia loquendi conciliant. Etenim quum cæteris animalibushingua fit absoluta, homini tot venis aftrictaest, ut quibusdam necesse sit intercidi. Nec hoc succedit omnibus. Nam aliis deterius accidit vitium, aliis lingua nibilo fecius manet inexplanata Memoriz proditum est Demotheniem eluquentia principem, primam artis fua literam Honare mon pouille, Mesellum pontificem lingua adeo impedica fuiffe narrant, ut mensibus aliquot sese torsacit, dum meditatur in dedicanda æde verbis solennibus dicere, Opifera Oreris. Nam labdacismum quem scriptores notanti in Alcibiade, deliciis non nature tribuendum arbitron. LC. Ab istis Fortum arbitror, quod pellucidum dicimus pro perlucidam, & pellicere properlicere & pellegère pro perlegere. U.A. Haud male conjectas. Hojus literæ difficilior elt sonus in initio & fine dictionis, tum in medio duplicatæ, mollion fisamplex incidationer duas vo-E cales.

cales. Exempla funt, regula, motor, carrus, oro: Durior etiam apud Græcos, qui posteriori addunt aspirationem ut xupuipes. Hanc asperitatem quidam mitigant supposito . ut Savorio pro Sassicio. Idem faciunt hodie mulierculæ Parisinæ, pro Maria sonantes Masia, pro ma mere, ma mese. Etiamsi non defuerunt apud Latinos, qui contra Fusios ac Valefios verterint in Furios ac Valerios, atque è diverso, qui honos, labos, vapos & clamos dicere maluerint, quam honor, labor, vapor, & clamor. His contrarii Eretrienses, r, vertunt in e, dicentes on Augorne pro on Angorns, atque hinc proverbii jocus in Eretriensium ed. LE lito vitio novi plurimos qui laborent. Verum, est ne remedium huic incommodo? URSUS. Est, si intercidas plectri retinacula, nifi quod non vacat periculo tangere, venas, hoc est juxta proverbium, mà aximum u-LE. Quum animantibus quibusdam tam mobiles & expeditas linguas natura dederit, demiror homini datam tot astrictam retinacu-URS. Multis expediebat nullam omnino linguam esse datam. Nunc neque venarum retinacula, neque vallum duplex dentium, neque labiorum oppositi muri satis cohibere bossum membrum hoc nimium volubile. LE. Nihil verius UR. Rursus aliis tam est docilis, ut animalium omnes voces indifcreta similitudine reddant, ut si tantum audias, credas vagire puerum, rixari fæminam, tuffire ſe₌

## DE RECTA L GR. FT LAT. PRON. 67

fenem, grunnire porcum, canere lusciniam. hinnire equum, latrare canem. Cæterum adverfus omne linguæ vitium valebit difficultatibus exerceri, quo studio Demosthenes fertur triplex naturæ vitium expugnasse. Nam ad exprimendum , linguam habebat inexplanatam, & spiritosus erat, & vox infirmior multitudinis fremitu interfecabatur. tophis subter linguam impositis, versus complures adverso monte continuato spiritu resonabat, & in littore nonnunquam quum maxime fremeret mare, dictionem exercebat, ut populi fragorem assuesceret contemnere. verum esse docuit, quod à sapiente quodam dictum est, perem maile dime. Huic simillimum est quod indicat Fabius. LE. Quodnam? UR. Exiltimat os puerorum reddi firmius, ac fermonem expreiliorem, magisque, ut ita loquar, articulatum, si ab his exigatur, ut nomina ac versus affectatæ disficultatis ex pluribus asperrime inter se coëuntibus syllabis catenatos ac veluti confragolos quam citatissime volvant. Hujusmodi versus Græci χαλιmis dicunt. Difficultas autem syllabarum aut dictionum, parcim nascitur ex natura literarum, partim ex connexione, partim ex turba concurrentium consonantium, partim ex his omnibus.  $\xi$ ,  $\xi$ ,  $\psi$ , & nostrum f, durioris sunt soni, unde rerum, rex, & , psittacus & effero, non admodum facile sonantur. Quemadmodum & uva, Alva, Bola, non quod

in his postremis difficultas sit in singulis, sed quod parum sibi congruant. Turba gignit difficultatem, quum dicimus glans, & mons. Nam in his funt duæ literæ, 1,&n,omnium suavissime sonantes. Ex multis simul nascitur difficultas, quum dicimus ferrum, fervor, fragor, mule, trabs, Thrax, Xerxes, Artoxerxes augeonephis. Numerus autem literarum in eadem iyllaba non excedit senarium, qui tamen apud Græcos ægre reperitur. constat quinque literis, sed unam absorbet diphthongus, ftrix habet quinque fine diphthongo, quemadmodum frons, fcrobs & stirps apud nos sex literis constant, soluta duplici: fi Græcè scribantur, quinque duntaxat: si stirps sonetur, eadem syllaba septem literas complectetur. Apud Græcos una dictio profertur, cujus altera fyllaba fex literas complectitur aigges, sed ita ut diphthongus initialis separetur à consonantibus sequentibus, & g diphthongus pro duabus supputetur. Verfuum, quos à Græcis χωλεπες appellari diximus, hoc exemplum fingi poterit:

Teau Xforlan aigzeds Pfor ipparsh, i fl-

Item,

Ars stridens rostris, sphinx prester, torrida seps, strix.

In hujusmodi difficultatibus exercitatio reddet linguam ad cætera, tum expeditiorem, tum

tum explanationem. At hodie fatis effe credunt, si facillimas quasque fillabas tradant, ba, be, bi, bo, bu, & harum fimiles, quotes difficiliores imagis fint inculcanda, pura flu Bie, Tha, aur, wa, xro, Sva, mua, xra, xla, 491 An, τριη, τμω, ελα, σμος σφορ, velut in μιπμοσούς, Alla Bosas Train, Mais , man, Xves, Somos, meters بالسابس كادد كالموس بسيس بالسابد بالماك وكالريبالكس Shaw, opegande, rocanis, & hujus generis aliis, quiblis exprimendis, nisi protinus assuescat os tenerum, vix unquam seliciter sonabit. LE. Animadverti quosdam esse, qui laborent in exprimendo, s, maxime si admereat illi consonans, ut est. UR. Hoc est, ut opinor, quod nos blæsum vocamus. Ab hoc vitio tam absunt Hispani quam Eretrienses absunt a Demosthenis vivio. Galli contra solent vel elidere, vel obscurate literam hane, lingua vulgari scribentes es, & fonantes er, producta vocali, Graci Vinaμων appellant telte etiam proverbio ψελη έ milliod. UR. Vitium hoc levius eft, & a nonnullis affectatur, qui blandiores videri liudent. Illa deformis lingua hæsitantia, & oristremor, spasmi species casdem syllabas iterans. Id aliis accidit în principio dictionis, aliis în fine, vitium inerhendabile si in ætatem paulo adultioteln duraverit, præcipuusque labor est in k, q, e, p, & t, veluti quum zononoen dicunt pro nien & pepepedi pro pepedi, cacacave pro cave, Timulius pro Tullius, rursus,

Romama pro Roma. LE. Utriusque mali possum exempla non illepida narrare. UR. Libet audire. L.E. Sacrifico cuidam infigniter hoc vitio laboranti, quum adornaret immolare, contigit minister pariter eidem obnoxius malo, ubi ventum est ad zuele exenour. auod apud nos alternis dicitur, multum temporis absumptum est, prius quam ter absolverent kyrie eleeson. Tandem sacrificus, ut hoc hominum genus dicitur iracundius esse, Quid fiet, inquit, tun' me derides, an ego te? Et exutus amictu sacro, reliquit aram, magno risu nostro. UR. Eodem malo laborare videntur ranæ, nunquam absolventes fuum illud nenenenee. LE. Apparet. Alio quodam die audivi medicum in frequentissima schola disputationi præsidentem, alioqui doctum ac vocalem, nec inexplanatæ linguæ, tantum geminabat extremam fyllabam omnium dictionum, pro Avicenna pronuncians, Avicennana, proscriptor, scriptortor, pro dicitur, diciturtur: pro pharmaca, pharmacaca. Id Græci, nisi fallor, appellant reguliquir, aut βαταεισμόν: fortallis & βατίολογίαν, nisi qued battologia repetit orationem Sic enim apud Ovidium Battus in illis Montibus, inquit, erant, & erant in montibus illis. Quem imitatus Mercurius respondet, Et me mibi perside prodis, Me mibi prodis? ait. Nos forte non inepte dixerimus titubantiam oris, cui cognatum est vitium hæsitantiæ, quam Græci, ni fallor, vocant mon-

## DE SECTA L. GR. ET LAT. PRON. 71

Assalar. Hec omnia graviora facit ira & pudor ant ahus vehemens affectus, quinque alioqui , juxta Fabium , pectus folest facere difertos, his diversum quiddam accidit ut comutescant. Novi qui Austro flance fic hæsitabat, ut vix duo verba posset eloqui. LE. Unde hec mala? UR. Partim à natura; sed multo major pars à consuetudine prava præsertim primis annis hausta. LE. Fcodod habes his viciis remedium? UR. Præsentissimum. LE. Obsecro quodnam? UR. Ut taceant. LE. At nulli minus id possumt. UR. Ergo mittantur ad exemplum Demolthenicum, ac dictum illud sapientis menten mira Suva). LE. Indicarationem. UR. Accipe. Qui laborant in k, recitent subinde carmen in laudem Calvitii, concinnatum ex dictionibus continenter literam hanc primo loco habentibus. Qui in t, tales versus repetant.

O Tite tute Tati, sibi tanta syranne tulissi. Aut tales,

At tuba terribili tonitru, taratantara trusit.

Nihil negocii fuerit alios contimites effingere. Profuerit & ingulas dictiones, & orationis membra lente diffincteque pronunciare, per filentia quodammodo redintegratis linguie viribus voce nonnihil ad cantum delexa. Novi fiquidem viros affirme doctos, qui privatis colloquiis deformiter titubabant, E 4

è cathedra clarius loquentes, nihil ejus præ se ferebant. LE. Nihil hic valet me-UR. Arbitror posse nonnihil dicorum ars? si nossent omnes musculos, quorum opificio yox promitur. Qui si fallant, habemus hic divam opiferam. LE. Quam ais? UR. Eu-LE. Ad divos confugere extrema quidem est ancora, & fausti ominis nomen est. UR Quoniam autem grammatici excipiunt vocabulorum controversiam, labdacismus fortassis erit, ubi quis literam I, nimium operose sonat, veluti si quis pro lucet, dicat elfucet, aut pro salva sallava, quod vitium in magnis aliquot viris deprehendi, sed quod affectationi potuit imputari, non naturæ. Dum enim plus justo studerent articulate loqui, in hoc malum deflexerunt. Idem faciebant in litera e, sonantes serava, pro serva, veraba pro verba. Cui simillimum videri potest, quod Græci vocant Iotacismum. mihi videor in quibusdam genere Græcis animadvertisse, nominatim in Georgio Hieronymo, qui se Spartanum prædicabat, docebat autem Lutetiæ, recenti memoria plurimis adhuc notifimus. Et apud Latinos fentias quosdam intorquere os, quoties hanc student nimium exprimere. Alii quoties sequitur vocalis in eadem fyllaba, pro, i, propemodum · fonant, g, ut gecit, pro jecit, egicio pro ejicio. Quanquam enim iota transit apud Latinos in consonantem, si præcedat in eadem ſylfyllaba vocalem, tamen fonus debet elle medies inter vocalem & confonantem. Sunt qui mili loco pro, i, sonant sere, a, ut pro japua, zanua: pro Jesus, zesus, pro jecur, ze-Rursus alii sic sonant tibiis, Virgilii, ut ante secundum, i, videaris audire, i, consonantem, & pro duabus efferunt treis. Sunt rursus, qui pro, e, sonant i, quemadmodum pro a, o, de quibus suo loco dicetur conve-Addunt & Metacismum, dum plus nientius. aquo exprimiturim, incidens in finem dictionis sequente verbe, cujus prima sit vocalis, of plurimum audet, hic volunt m, evanescere ut sones plurim audet. Sicut in illo Ciceronis; Quousque tandem abutere, Tandabutere dici volunta Quod ut nolim refellere, ita credo nominil interesse inter sonos, quum dicimus, animam agit, & quum, anima agit. Nam in priore nilus sentitur volentis exprimere m. Unde Fabius admonet m, in talibus syllabili, neque prossus audiri, neque tamen non audiri. Idem inter oris vitia commemorat ignima, quam exilitatem five anguillam pouls dicere, quæ quibusdam adest natura, aliis morbo seniove, nonnullis accersita, dum arctatis arteriæ circa imas sauces mufculis, vox semiclusis labiis promitur. Chi contrarium est, maguer pis, quum nimium diductis faucibus, & ore plus fatis patulo fermo promicer. Quorum illud si natura contingat, Aristoteles timidæ mentis argumentum

tum interpretatur, hoc stolidæ. Hollandiæ vulgus ferè summis labiis loquitur, Germani superiores contrà, penè ab ambilico voces ducunt. Unde mihi videntur hæc duo non folum ad vocis exilitatem, verum etiam ad oris indecoram vel contractionem vel diductionem pertinere. Nam in multis utrumque vitium deprehenditur, in quibusdam etiam nationibus ut peculiare ridetur. paucis autem deprehendas nosospilas, quum vox velut è cavo specu, eque recessu oris refonat. Et hoc vitium quibusdam addidit natura, quæ linguam dedit prima sui parte nimis astrictam, alioqui latiorem, unde fit ut vox fundatur in latera faucium, atque hinc fepercussa resonet, qualis umbrarum vox esse fertur, eoque qui simulant hujusmodi spectra ex olla fictili verba promunt. Quidam habent corvinum quiddam, quidam stridulum, quidam balbum ac senile, qualis est edentulorum oratio. Nonnullis totus sermo crassior est. Sunt qui voluta intus lingua nescio quid Hebræum resonant. Sunt qui syllabas extremas audiri non sinunt, verum eas quodammodo devorant deglutiuntque. Ouod pueri metu faciunt, ne deprehendantur inemendate loqui indicio postremæ syllabæ, ita quibusdam populare est. Hos Græci peculiari vocabulo dicunt reprocession, id est, de-Rursum sunt, qui postremas curtatores. omnes acuant Hebræorum ritu. Sunt cornici-

# DE RECTA L. GR. et LAT. PRON. 75

nicines, quibus lonus per natum erumpit porius quam per es, ut omittam quorundam gargalifmuin, ructum, fingultum, crepitum inter loquendum, stridores, sibilos, gemitus, Icreatus tusseis, risus, quibus sermonis tenor înterciditur. Denique innumera sunt vitia, quibus à recta pronunciatione difceditur, quam Græci in frimues appellant. quibus incidet postea locus, ut aliquid dicamus. Hee in hoc tantum admonui, ut infantem ab eorum convictu submoveamus, qui vitiis hujusmodi sunt obnoxii, & si quid vel natura traxit, vel confuetudine contraxit hujusmodi vitiorum, id mature corrigatur Jam elt peculiaris quidam cuique genti oris fonus, quem propriis vocabulis notare difficile sit. Quamquam enim Latini & Græci iisdem pene literis utuntur, tamen agnoscas Græcum etiam Latina sonantem, & contrà Greeciis agnofcit Latinum Græca sonaniem. Hanc ob caufam Fabius suadet quidem ut puer prius Græcis imbustur, non vult tamen diutius in his harere, ne peregrinus oris sonus prosequatur etiam Latine loquentem. Fordum est enim hominem in ea lingua videri hospitem, in qua natus cst. Quod si negligentia acciderit, delidie crimen est: si affectatione, stultuie tributeir. Nec desunt tamen qui hoc ceu bellum & elegans affectent, sic redeuntes nobis ex Gallis; ut, Latine sonantes, vix intelligantur, & fr quid habeat en gens in dicendo

cendo vitii, puta volubilitatem linguæ, confusos accentus, aut voces nihil significantes, interiectionum vice subinde mixtas Latinis. id studiose repræsentent, quo valde Galli vi-Nos quoniam Græca ferè discimus in hoc ut veterum libros evolvamus, potius quam ut cum vulgo Græcorum fabulemur, præstiterit utriusque linguæ rudimentis femel traditis, in Latinis potissimum exerceri, donec confirmatus adolescens junctis utriusque literaturæ studiis tuto progredi possit. LE. Et istam fabulam Urse, haudquaquam furdo canis. UR. Nunc si non est molestum audire, restat commemorare quid illi de sonandis singulis elementis tradiderint. Audiam per quam lubens. UR. Atque operæ precium est, nunc enim tota ferè pronunciatio depravata est, tum apud Græcos, tum apud Latinos. LE. Quid audio? UR. Sic est. LE. Undenamid accidit? UR. Partim ex corruptela vulgati fermonis, partim hinc auod soni vocum scribi non queunt. Et scis quam nihil apud populum stabile, nihil diu-Verum hoc interim mihi credas velim, mox demonstraturo, si pauca de sonis elementorum perstrinxero. Ordiar autem à vocalibus, quas Latinis esse quinque notissimum est, a, e, i, o, u, Græcis septem, a, ε, η, ι, ο, υ, ω. Et apud Latinos omnes ancipites esse, apud Gracos duas naturas breves, ε, ο, totidem, longas η, ω, tres anticipes, ω, ι, υ.

#### DE RECTA L. GR. et LAT. PRON. 77

Ex his A diducto largiter ore profertur, lingua recta suspensa, hoc est, nec ad palatum Superius afflexa, nec in anterius dentium vallum impacta, nec in latus dentium illisa, nec inter dentium hiatum inserta, voxque prodit ex arteria profundiore, feriens superius palatum. Quur autem vocales dicantur, à Grammaticis jam olim reddita est ratio, vel quod elegantius sonent, vel quòd per se sonent, vel quod aliis quæ consonantes vocantur, vocem tribuant, alioqui mutis, nisi si quid edant stridoris, aut strepitus, unde & semivocalibus nomen. Sed quur alpha inter vocales primas teneat, difficilior est quæstio. Quidam ajunt Cadmum ob hoc primum locum tribuisse alpha, quod Phonicum lingua bos appelletur alpha: At Hesiodus in paranda re familiari, primo loco secundum domum & uxorem ponit Biv reowing. Hac ratio per me, Casca Cascis arrideat licebit, mihi probabilius videtur, ideo prælatam apud Græcos inter ancipites, quod hac in compositione syllabarum præcedit i, & y, quum ipsa nullam fequatur vocalem in eadem fyllaba. Nam in vaco, & jaceo, prima migravit in vim consonantis. Nec adversatur huic rationi, quod adfertur ab aliis, hoc esse naturale minimeque operofum loquendi exordium. loquendo fiquidem nihil est prius, quam diducere labia, mox nullo alio vel dentium vel linguæ vel labiorum adminiculo, vocem edere,

re, quam primam audimus in pueris nascen-LE. Nec diffimilem in ovibus balan-UR. E simili modo profertur, nisi tibus. quod ore parcius diducto, vox non erumpit furfum in cœlum oris, sed in linguam infimam, quæ leviter ferit utrinque dentes molares, reductis introrsum labiis. Inter hæc duo elementa, medium elt , Græcorum, quod effertur, rictu minus diducto quam in a, hiantiore tamen ac minus in ima depresso sono quàm in e. Cognationem arguit primum, quod apud Græcos, a frequenter vertitur in n, & contra ut nelnaG., pronelawG. & inzes pro iareis. Contrà rai pro riv. Apud Latinos ferè vertitur in e longum ut xennes Cretes, & arla fplen. Id si Crassiore Minerva tibi demonstra-LE. Crassissima si potes, atque adri cupis. eo, si libet, adipali. U.R. Justum est a. quod fonant Itali. Immodice diducto velrotundato magis ore fonant Westphali, referentes Ionicum quiddam, qui pro alpha fonabant a mega. dicentes Suvua pro Suvua. & wires pro auris: ut alii contra, w vertunt in a. pro τυμφων dicentes των νυμφων, μεσών pro μεσων, πεάτος, pro πεώτ. Item e vertitur in η, ut ήυσε μέρασε, & pro έθελομίω, ήθελομίω. Hæc nimirum arguunt his literis vicinitatem quandam in sono fuisse, y vero sonuisse videtur apud Græcos, quod nunc fonat a, Scotorum, aut Hollandorum quorundam: neque enim omnes eodem modo promunt, ac de vulgo

vulgo nunc loquimur, ne quis eruditus existimet hæc ad se pertinere. Quum enim hi dicunt ama, mediam vocem audis inter ama, & eme Italorum more pronunciata, quemadmodum alii, quos diximus Ionicum quiddam referre, sonant omo. Nunc fac ut oculis os, auribus sonum observes, dicam primum Italice, mox Scotice, postremo Westphalice. LE Isthic sum. UR. Ama, ama, ama, fama, fama, fama, janua, janua, janua. LE. Crassissime profecto dicis, sed tamen ad docendum apposite. Verum age dic, discernuntur ne hæc apud Græcos? UR. Vix sentias, sed jam admonui pronunciationem esse corruptam. Siquidem quam nunc habent eruditi, non aliunde petunt quàm à vulgo, scis quali magistro, verum de his mox. Jam in e pronunciando non leviter peccat vulgus. LE. Quid ita? UR. Quia literam eandem aliter atque aliter fonant, nunc ore contractiore, nunc diductiore, de nostratibus loquor. Nam Italorum hic, ut in aliis plerisque, correctior est enunciatio. LE. Expecto exemplum. UR. Dicam in genere, quum e, finit syllabam, sat recte sonant: quum adhæret illi confonans, vel a fonant pro e, vel, hoc est, a Scoticum. Demo probe sonant & peto: at perago, pervia, sperma, diductius resonant, quam par est, & in lego contractius efferunt quam in lex, in rego quam in rex, in rebus qui in res. Verum id potiffi-

tissimum accidit, quum e excipitur à consonante r. quum enim dicunt aspergo, secunda syllaba nihil aliud sonare videiur, quam in sparta prior, & in pervius prima minimum aut nihil discernitur ab ea que præcedit in parvo. Item in pertundo & partu, erro, & arra, verro & varro. Idem vitium sequi solet etiam Græca sonantes, ni fuerint diligenter admoniti. Vix enim in meelw & mue Fev @discernunt primas syllabas. Quamquam hac felicissimè distinguunt Itali. Vix in alia litera magis errat Gallorum vulgus, a pro e sonantium, si quando vocalem excipiat n, auc Nam pro quendam fonant quandam, pro valens valans, pro redemptus redamptus, pro emblemata amblemata, pro vendo vando, pro ventosus vantosus, pro tempus tampus. Hunc errorem subinde deprehendimus etiam in codicibus Gallorum manu descriptis aut excufis. Hic tamen emendation est Picardorum enunciatio, nec ulli magis peccant, quam qui sibi mire Gallice videntur loqui. non in aliud monemus, nisi ut hæc protinus dediscant pueri, ne pravus usus hæreat Latina Græcave sonantibus, neve pro imago enuncient aumeg., pro ernege, avnege. LEO. Prorsus ita res habet. UR. Jam i, minus etiam diducto rictu fonatur, ac penè coeuntibus dentibus, quibus sensim lingua illiditur, qua parte funt genuini, sic ut labia nihil adjuvent sonitum, sed reduçantur potius aliquantulum.

# DE RECTA L. GR. 21 LAT. PRON. 82

polum, ut in e., LE. Teneo, UR. Et hic bifariam peccatur à multis. Siquidem apud Berbantos, campestres quidem pro i, sonant dishthongum Græcam u, quam evidenter audis, quum nostrate lingua dicis ovum, & quum Latine dicis, hei mihi, veluti quum pro viz dicunt veja, pro pia peja. Rursus Scoti quidam, pro e sonant propemodum i, dicentes pro faciebat, facijbat. Ea consuetudo sic à puero inhæserat Joanni Coleto, viro aliqui facundo & erudito, ut nec in pronunciando, nec in scripto vitaret, quamlibet admonitus ab amicis. Ne is quidem novus est error. Signadem Victorinus Afer objurgat discipulos suos, qui e verterent in i. Et rursus i, scriberent pro e. Ac prisci grammatici, cumque his Fabius, oftendunt esse quendam sonum medium inter e & i, unde factum est, ut alii hanc, alii illam usurparent in eisdem dicrionibus, velut heri, & here, adverbium sono vocalis, discernebatur, ab heri & here nomine. Ejusdem arbitror esse generis, tempori & tempore, luci & luce, vesperi & vespere adverbia. Hæc interdum transit in consonantem, quam nonnulli, ficut ante monuimus, plus fatis fonant, sic dicentes, jecit, quali dicant gecit, & majestas, quasi sit magestas. Idem usurpant in Gracis dictionibus, quum i, apud Græcos semper sit vocalis, nec unquam præcedit alteram vocem in eadem Syllaba ut larges, lautes: unde perperam quidam

dam jambus foriant difyllabum, quum von εμφίδε έχον reddat. Sequitur o, fimiliter ex arteria prodiens; quemadmodum a lingua recta quidem, sed introrsum modice reducta. nisi quod ore non solum diducto, verum etiam rotundato, quod ipfa elementi figura videtur admonere: quemadmodum i, sua forma monstrat vocis exilitatem: & e, labiorum reductionem nobis veluti pingit. Item A, patens inferne, rictus diductionem pingit. Peccatur & hic à vulgo, nostrate dumtaxat. Nam Græci Italique recte fonant. LE. Quo pacto? UR. Primum Batavi literam hanc promunt ore contractiore quam opuselt. Deinde eandem non eodem modo promunt. Rotundius enim sonat in nos, quam in non: in nono, quàm in nonne, in omen, quàm in omne. In posterioribus enim nostri penè sonant pro ô, u Wesphalicum. LE. Planè sie habet. UR. At faciam ut clarius etiam rem perspicias. Quod discrimen vulgo facimus inter on, quod est in tondêre, & inter un, quod est in tundere? Nec aliud sonat o, in rhombus quam u, in tumbo. Item in sunto, & sontes. Atqui o diductiore rictu pronunciandum erat. LE. Quam multa peccamus imprudentes. Vel ab afinis discere poteramus. hujus literæ pronunciationem, unde illi apud Græcos nominis initium & & ipsi sono sym-Pros ! R. Item w mega ninil differt ab o, nisi quod a longum differt ab a brevi. Nam pleniore

# DE RECTA L.GR. ET LAT. PRON. 34

niere sono prefertur, de que suo dicetur doco. Pro u vero formabis v Galliqum, si labia paululum exporrecta junxeris. Eandem literam roundiore mugicu fonant Germani, immodico Wesphali. Nec desunt tamen apud Itales, qui Gallorum more sonent, veluti Bergomates. Nonnulli contra labiis ad trium digitorum spatium indecore porrectis, nimirum Batavis contrarii, Romani modice. Nec omnibus feliciter, cedit hujus vocis affectatio. Nostrates enim quum affectant Wesnhalorum imitari mugitum, non possunt id perpetuo facere, subinde lingua relabente ad inolitam, velutique nativam consuetudinem. Hanc inæqualitatem frequenter animadverti in facrificis Britannis. Nos in hac pronuncianda parum etiam nobisips constamus, nonnunquam in eadem dictione, velut in nullum, mullum, & Tullium... In prima fiquidem audis u Gallia cum, in postrema u Wesphalum. Idem sentire licet in huc & hunc, in illud & illum. Sona Batavice fontes. LE. Fontes. UR. Sona fundere. LE. Fundere. UR. Quod discrimen audis inter utriusque dictionis primam fyllabam? LE. Nullum. URS. In rhombo & plumbo, quid interest inter u & o? LE. Profecto nihil. UR. Nunc mihi considera ejusdem literæ sonum, non eundem: Sona, sunt. LE. Sunt. UR. Tolle n. & dic. sutor. LE. Sutor. UR. An non sentis longe diversum somum? LE. Quid ni?

UR. Rurfus, fona plumbum Batavice. LE. Plumbum. UR. Abjice liquidam & dic plu-LE. Pluma. URS. Quid fimile huic u, cum illo? LE. Nihil. UR. Idem senties, si ex tundere facias tutudi, ex fundere fudi. Verum in his fortassis aliquantulum patrocinabitur antiquitas, quæ sont & dicont, qu'am funt & dicunt scribere maluit. Apparet enim & apud illos paulo sonantius suisse u sequente liquida & n & m, quam in aliis di-Etionibus, quemadmodum contra in nonnullis medium sonum obtinebat inter u & i, ut in optimus, pessimus, unde veteres has voces per u scribendas purabant, optumus, pessumus, quod in his aliud quiddam sonaret i quam quod in opimus & fimus.' LEO. Probabile est quod narras. URS. Tantum de inconstantia. Nunc ad cætera propero. U, Gallico respondet v Græcorum, vel ipsa teste sigura, quæ nobis cum illis communis est, nisi quod nos finistram lineam inferne protraximus v. u.Wesphalico respondet Græca diphthongus ov Argumentum est, quod in usurpandis Græcorum vocibus, veteres frequenter o Græcum verterunt in u nostrum, velut in Is & fus, puis & mus, in was & fuper, warie-66 & superbus. Quin & Latini ex Sylla Sullam, faciunt, ex aprin apua. Idem arguit quod Galli vulgo hien dicunt tuer, idest mactare usurpata voce Græca, nisi quod abjiciunt aspirationem. LEO. Poteramus istud vel ab avi

# DE RECTA L. GR. ET LAT. PRON. 85

avi ridicula discare, cui Græcis à cantu native vocabulum waxee, quae in Hel cantus non i, sonant, sed rGallicum, & nanc Latini cucolum, ni fallor, vocant. URS. Qui scis an avis hæc non eodem modo canat apud Græcos, quo apud nos? Sed ad rem. Rurfus ou, vertunt in u productum ut uso musa. adeo verum est, ut prisci Latini, si quando volebant syllaham haberi longam, addere soleant, e, leumen scribentes pro lumen, neumen & floomen pro numen & flumen. Habet autem omnis fyllaba longa fonum vegetiorem Nam producta vocalis, quemadmodum & diphthongus, gemina quodammodo vocalis est. Atque ex hujus rei neglectardistinctione gravissimus error, quùm apud Græcos, tum vero apud Latinos extitit. Apud Græcos enim, ut dixi, funt natura longæ , & ... cumque his omnes diphthongi, breves ., ., apud Latinos vocales omnes sunt ancipites, licet non in iisdem syllabis. Quanquam autem Græcus pronunciando confundit longarum ac brevium discrimen, tamen scriptura dittinguit. Apud Latinos non idem fit. Qua de re postreferam quod accepi. Illud notissimum. est, u literam apud Latinos frequenter transire in naturam consonantis, interdum elidi, nonnunquam sic admisceri consonantibus, ut propemodum evanescat, at non quibushibet. Consonans sit, quoties præponitur vocali, vel sibi vel alteri in eadem syllaba, ut vanus,

# 36 DERASMI DIALOGUS !!!

venor, vinum, voveo, vulmis, fervus. Eliditur sequens m vel'n, ut in enimvero & invidia. Docent hoe versus Terentiani. Sine invidia laudem invenias. & amicos pares. Et: Enimvero Dave, nil lost est segnitiæ neque secordiæ: În quorum priore nisi primo loco sit tribrachus, sinimivi non constat senafius trimeter, sic ut secundo sit spondeus dia. tau dia, contractis in unam fyllabam, quanquam potest & proceleusmaticus accipi: in po-Reriore nisi primus locus habeat anapæstum. non conflat verfus tetrameter. Neutrum aurem fieri potelt, nisi illic elidas u, hic u cum m "quæ inter confonantes fermè solet elici præcedens vocalem. · Admifcetur autem his consonantibus, q, c, g, & s, ut qui, cui, æquor, fanguis, anguis, lingua, consuesco, & suavis, si adsit synæresis, & faciat dissyllabum: nec ta: men hic prorfus evanescit. Vulgaris lingua idem facit in pluribus, velut quum dicit fatuum u admiscetur d. Idem guum sonant duo, conjungunt, t. Græci vero quemadmodum pro nostro f, utcunque sonant, o, ita u nostrum consonans, quo reddant non habent. nisi quod recentiores in hoc abutuntur B. de quo paulo post dicetur. Si quando coguntur nostra suis literis scribere, pro Valentinus faciunt by new , pentafyllabum. In hunc opinor ulum 'Æoles repererant digamma, quod medium effet inter u consonans nostrum & o. Item quoties exprimunt Quintus, non

# DE RECTA L. GR. ET LAT. PRON. 89.

aliter pollunt, quam word quod earn, literam velut evanescentem nesciant. los enim v, nullam præcedit vocalem in eadem fyllaba, præterquam in diphthongo abufina 4. Indicavit hoc Quintilianus, in zquor. & zquum reddi sonum quem Grzci nullo modo possint exprimere. Hactenus de vocalibus aliquot. Nunc ad, diphthongos accingor, L.E. Ut luber. UR. Primum illud manifestius est, quam ut vel aberuditis Græcis negari possit, pronunciationem, que nunc vulgo Grecorum cum doctis elt communis. perperam sonare diphthongos aliquot, & simplices item aliquot vocales, LE. Quas? UR. Nonne 4, 4, 4, 4, 4, indifcreto sono pronunciant? LE. Ita mihi videtur, aut si quid est discriminis, vix aures percipiunt. UR. Fru-Ara igitur funt distincte litere, fi sono nihil different. LEO. Apparet veteres aliter pronunciasse. UR. Rursus aliquot ideo dicuntur propriæ diphthongi, quod duæ vocales ut scribuntur, ita sonantur, quod idem in his non fit que dicuntur abuliva diphthongi. LE. Sic est. UR. Atqui in a, a, 1, quid audis nisi simplicem vocalem, in prima e, in ceteris i. LE. Nihil prorfus. UR. Ne quid jam disceptem de w, & w, in ou quid audis nisi is, Wesphalicum? Non enim aliud sonat prima hujus vocis aren quam prima hujus sea. Nec aliud fonat ultima in Juguand, quam ultime, in in land, aut inouri. Nec aliud penul-

tima in any sua quam in mola. Proinde aut frustra discernuntur à diphthongis impropriè dictis, aut alio sono proferebantur quam hodie proferuntur. LE. Non habeo quod refellam. UR. Rursus, quid aliud audis in ultima reaumanis, quam in ultima, xxuants: Quid aliud fonat penultima in ula pro una, quam in uvia pro musca, & apour pro pisce? LE. Aut omnino nullum, aut perquam tenue discrimen est. UR. Et tamen extra controversiam est, literas tota natura diversas esse. LE. Demiror. UR. Et quid movit Latinos. ut tanto aliter sonarent au & eu, quam Græci? Quid enim simile muilo & Paulus, ing. & Euius: Et tamen opinor, hic Latinorum pronunciationem emendatiorem esse quam Græcorum. Apud nos enim utraque vocalis auditur in audio. & euge: à quo sono Græcorum aures in tantum abhorrent, ut quum nostra sonare conantur, audio dicant tetrasyllabum. pro trifyllabo, audio: & claudus trifyllabum pro claudus difyllabo: pro heu monofyllabum, heu dissyllabum. Atqui si Græci recte sonant av & w, servandus erat idem sonus v, in our G. At in his nihil auditur quod ullo modo vergat ad fonum f, aut u, consonantis. Porrò quum sua efferunt, in diphthongo propemodum sonant f, aut u consonans, veluti meditans adhærere sequenti vocali, ut de-Φούς Βασιλούς, Βασιλούω, ευαγγέλιον. Atqui diphthongus non conflatur ex vocali & confonante.

#### DE RECTA L. GR. ET LAT. PRON. 89

LE. One sono credis hac veteres extulisse? UR. Referam quod in senatu Grammaticorum audivi LE. Sat erit. UR. Conjecturam faciebant ex linguis popularibus, in quibasuccurique corruptis relident antiquæ pronunciationis vestigia; a diphthongus Gallis quibusdam est familiarissima, quum vulgari more dicunt, mihi, tibi, fibi: ant quum pronunciant, fidem, legem, ac regem. enim audis evidenter utramque vocalem o, & i. LE Sic est profecto. UR. Ad enm propè modum sonuisse veteres arbitror me, க. வ, கூடு, & ல'வட Alioqui quorfum appellantur diphthongi propria, nisi eadem syllaba zeminæ vocalis fonum edat? Atqui ob id producitur & diphthongus omnis, ut utraque possit audiri. LE. Probabile narras. Jam au diphthongum evidenter audire licet in lingua Germanorum, quom nominant Cæfarem, quanquam hic Batavi propius accedunt ad sonum e vel sta, quod pene faciunt, ut dictum est, perpetuo in a vocali. non fentitur apud nos diphthongus /, fi Hollandice dicas, ovum, paratus, versutiz, majus, facinus, feductus, caro. Apud Gallos hac rarius auditur. Ou vero arbittor priscis ferè sonuisse, quod Batavis sonat senex, frigidus, & aurum aut ea tunicæ pars quæ tegit brachium. Rurfum Latinam diphthongum æ audis, quem senat malus, vadit, confilium, sanor. Oe vero quum sonat panem, DUN.

michim. & rubrum , dallidum . & fracile aut! necessitatem : aut si dicas Gallice, tribus vis cibus Britannice , nik Quanquam in his linguis deprehendas & alias diphthongos :: la Gracis pariter ac Latinis diffonantes, veluci ouum Gallus dicit, melius, parum, aut fastidiosum, aut periculosum. Icem quum Batavus dicit, mendacium, cervical, aut januam, ant Judzum, quum Galli, florem, aut honorem. Cui non dissimilem habent Hebrai. In nonnullis audias tres vocales, ut quum Galli. dicunt formolum patrem, in formolo audis, e, a, &u, quim dictio sit monosplaba. In aliis diphshongum muerlam, ut quum Batavus fonat arundinem, aut margaritam pro formina, audit enim i, ante e. Item quam Coloniensis dicit salutem, audis u ante e. Rursus quum Hollandice dicis, dulce, aut bonum, audis diphthongum novam, nullis literis exprimendam, fed fonum quendam medium inter o. & u. Quum dicis, domum, aut murem, audis i post u in eadem syllaba, aut quum Gallus fonat famam aut fructum Verum hæc persequi non est hujus instituti, præsertim quum nationes quædam nihil omnino fonent absque diphthongo. Ex his autom quæ retulimus fatis est intelligi, & diphthougos posse senari, & olim sonari solitas. LE, Quæ res abjecit eas? UR. Nihil alind, opinor, quam loquendi deliciae Nam muliercule quondam elemns habebant, femiclulo ore,

#### DE RECTA L.GR. EL LAT. PRON. 98

re. Vizque motis labils fonare verbas fie qu vix audiretur exitus. Diphthongi vero ferè torquentos, multumque refonant, quod nunc habetur indecorum & ut rusticanum ridetur inde primum apparet exertas diphthongos improprie diche, deinde paulatim idem in aliis nomulis aufæilliteratorum deliciæ. LE. Non levis incommoditas si quid cui dictes scribendum, un fi quis ex ulterius recitatione faum emendet codicem. UR. Maxima. Quinam sciet is qui excipit, quum audit vulgato more fonari die an feribere debestinos, bros, bros, mos aut the LE. Nequaquam nisi sit erudieds. UR. At non semper nobis com erudicis res est, & quadam voces hujusmodi funt; ut docum etiam possit hæsitare, velut in vuov, & muur: quod fi, vuov fones, per u Gallicum sat propentodum & ipar per a Scorecum, howelt, per e diductius, fiiblatus est error. "Habes de diphthengis. Jam longarum breviumque fylkibarum discrimen, magna ex parte sublatum est, & in Græcorum & in Latinorum pronunciatione, quum clim, plebes imperita exploferit atque exlibilarit hiikrionem, qui paululum se movisset extra numerum, and fi verfus pronunciatus effet una fyllaba breviore aut longiore, quod à Cicerone literis prodicum feiunt omnes, qui literas feithe. The que colligitur, & recitatorem fervalle spacia syllabarum, & illiteratam mukitudinem prefertim arbanam aurium fenfu diju-

dijudicasse. Nunc quis offenditur vel apud Græcoe, vel apud Latinos, nisi si quid arguat accentus, quod in multis non potest: imo frequencer accentus ducit in errorem, dum facit videri longam quæ brevis est, & contrà. Qui vero docti nunc discernunt an dicas pláne impostori, an plâne, aperte, an plane, affirmans, quum in prima dictione sit pyrrhichius, in secunda trocheus, in tertia spondeus? Rursus an dicas malo pro vitioso, an malo pro potius habeo, an malo pro arbore, five pomo, quum in prima voce sit jambus, in secunda trocheus, in tertia spondæus. Non fatis affequor, quæ fuerit illa ratio, faltandi ad vocem alienam. UR. Audita referam, judicii periculum penes alios esto. LE. Odiji. non hic agitur apud prætorem. UR. Scis quosdam dictos Mimos, inter quos celeberrimi fuere, Publius & Laberius, LE. Scio. URS. Hi simul & recitatoris & histrionis officio fungebantur, pronunciantes versus sibi cognomines, hoc est mimimimos, & ad propriam vocem gesticulantes. Erat aliud histrionum genus, qui muta gesticulatione repræsentabant poetarum longas fabulas, sic ut spectator intelligeret argumentum saltationis. Quo de genere diligenter tradidit Lucianus. Rursus erat genus recitatorum omnium honoratissimum qui sua recitabant populo sine gesticulatione corporis, nisi quantum oratori conceditur, vocem, oculos, vultum, & corporig

### DE RECTA L. GR. ETLAT. PRON. 93

ris motum sententils accommodare, sic Virgilius, fic Horatius, fic Plinius fua recitabant populo, sic & Philemon suam ipsius fabulam populo recitasse legitur, quum nemo saltaret, LE. Quatenus isthuc oratori conceditur? UR. Si vino lapfantem ac balbutientem narres, indecorum fuerit eam rem corporis gestu referre, aut si mulieris, pueri, senis, Germani, Galli, Britanni verba referas, ridiculum fuerit ipsa pronunciatione mulierem, puerum, senem, Germanum, Gallum, aut Britannum exprimere. LEO. Jucundum quidem esset. UR. At non protinus bono viro decorum est, quod delectat. Plato & Fabius concedunt, ut modice vox loquentis ad ea quæ narrantur accommodetur: veluti si recites ex historia, lugentem, minitantem; blandientem, lascivientem, satis est aliquam rei similitudinem apparere in oratione. At fit interdum, ut aliquid loco additum ex vocis aut gestus alieni faceta imitatione gratiam ha-Postremum genus est, quum unus recitat fabulam, & ad hujus vocem histriones perfonati, gestus attemperant. Hujus generis erat Roscius, quem accepimus cum M. Tullio decertasse, utrum ille sæpius verbis aliis eandem efferret sententiam, an ipse sæpius variatis gestibus repræsentaret. LE. Unde colligis hoc fuille genus histrionum? UR. Primum ex ipsis Terentianis fabulis, in quarum calce recitator dicit: valete & plaudite, Calliopius

liopius recensui. Si singulæ personæ suas voces promunt, \* quis est locus Calliopio? LE. Dicis nonnihil. UR. Accipe gravius argumentum. Ex Hecyræ prologo liquet eum qui præfatur folere fabulas emere, easque recitaturum edifcere. Alioqui si singuli suam portionem sonabant, quur unus hæc præfatur? Rurfus qui præfatur in murin ripages plus , que ritur non haberi rationem suæ senectutis, ad quem deferrentur fabulæ turbulentæ. nunc, inquit, novas qui scribunt, nihil parcunt seni: Si qua laboriosa est, ad me curritur: Si lenis est, ad alium defertur gregem. Quod si quis contendit hæc ab eo dici, qui fuo periculo fabulam emere ac proferre, quie que præcipuas fabulæ partes agere foleret, non inficior & illud fabularum fuisse genus. quo finguli personati sua verba sonabant appofite gesticulantes. Quod accepi refero. Nunc ad id quod intermissum est redeo. Quum audis legi, qui scis an prior longa sit, an brevis? Rurfus quum audis 9000/100, nonne Latinus credat penultimam productam, nimirum accentu Latino deceptus? LE. Prorfus. UR. Accentus igitur incertus elt index spacii svilabici, præsertim in Latinis polysyllabis.

<sup>\*</sup> Errat. Calliopii nomen habuit is qui Codicem Terentii MS. quondam recensuit. Sic aliorum nomina in aliorum Auctorum (tamquam qui Codicem recensuerint) exitant.

### DEREETA LIGR. HELAT. BRON. 34

DE. Est igitur alia ratio dignoscendit UR. Erat olim fine controversia, nunc ea prope in comm obsolevit. LE. Quod aliquando fuit. notest instaurari. UR. Sunt quidam adeo crassi, ut non distinguant accentum à quantitate, quum sit longe diversa ratio. Aliudest enim acutum, aliud diu tinnire: ficut aliud intendi, aliud extendi: quanquam nihil vetat eandem fyllabam & acutum habere tonum. & productum tempus, velut in vidi, & legi præteritis. At erudites novi, qui quum promunciarent illud artes & antes, mediam fyllabam, quoniam tonum habet ecutum, quantum possent producerent, euum sit natura brevis, vel brevissima potius. Et ferè qui Græca legunt, accentus observatione confundunt spatium moræ, sic enunciantes motaro, quasi penultima fit brevis, & publique quali don postreme fint breves, quemadmodum in Julius; Bakhame, εδωλά, aliisque innumeris. Nec ita multis contingit fonare Graca, ut accentuum fimul & morarum rationem observence, vel in Loquer antem non jam de vulgo: sed de eruditissimis quoque. Minus est erroris in Latinis, sed tamen illic quoque tonus acutus ac inflexes obscurat cæterarum sonum. ut in videbimus, congruit accentus cum quantitate, at in legebamus, sola penultima videtur elle producta, quum seconda sit aeque longa: in amavérimus fola antepenultima, quim ea sit brevis, secunda producta. LE. Omni-

#### of D. BRASMI DIALOGUS

Omnino fie obtinuit usus quem dediscere difficillimum est. UR. Atqui qui degustarunt musicam, nullo negotio distinguunt inter longam, brevem, & inter acutam & gravem. Nihil enim est aliud pronunciatio, quam modulatio quædam vocum numerosa. Est enim & in oratione foluta pedum ratio, licet non perinde certis astricta legibus ut in carmine; que si confundatur, non magis erit oratio quam cantio in qua graves cum acutis, longe cum brevibus temere confunduntur. Unde quidam priscorum grammaticorum non inscite dixerunt, accentum esse animam dictionis. Et tamen hodie talis est etiam eruditorum pronunciatio, qualis effet illa ridicula cantio. Scissopinor canere cithara. LE, Utcunque. UR. Nonne frequenter imam chordam pullans producis fonos, & fummam tangens brevibus insonas aut contra? LE. Frequenter, quanquam hoc discrimen evidentius est in flatili UR. Unde igitur nos fumus usque adeo apuro, ut omnes acutas syllabas sonemus productiore mora, graves omnes corripiamus? Vel ab asinis licebat hoc discrimen discere. qui rudentes corripiunt acutam vocem, imam, producunt. LE. Idem propemodum facit cucûlus. UR. Quatuor enim rationibus curatum est à priscis, ut omnes syllabæ, quantum licet, clarius audiantur, ne qua fuffugiat aures, aspiratione, tono, productione & diphthongo. Clarius enim auditur primain hero, quàm

# DE RECYA L. GR. ETLATERON. 97

quam in ero. Et magis auditurli inligo, quam in intelligo. En logantior est prior in paper. quam in piros likidem in amavérimus. fonantior effe deberet ma fecunda, quam a, prima, ut in ima sit jambus, verimus tribrachus, nisi quod prima trium acuitur, & ob hoc fonantior, quali muficus per brevem, longam, & tres breves fonet, re re fare re se, amavérimus. In hac dictione sonantiores sunt secunda, quia producta, & proxima tono acuto, licer brevis. Quoniam sutem vocales principes funt senorum diphthongum audibiliorem faciunt duz ses, gemina vocalis, &. productio moræ. Sonamior enim est prima in audio, quam in adeò & udus, in in in quam in ores & De. Horum fi nibil observatur, quid est oratio, nisi incompositus vocum strepieus? Jam intensio vocis & productio percipi non potest, nisi ex aliaram comparatione. Potest enim eadem esse brevis & longa, gravis & acqta, se ad alias atque alias comparetur, veluti vox pueri gravis, acutior est voce viri acuta - & fyllaba brevis fic pronunciantis ne Cartuliani pronunciant plalmos festis diebus, productior est longa, volubili lingua propugatantis, squemadmodum faerifici quidam expedient preces folennes, dum ad alia que magis sunt cordi festinant. LE. Intelligo. UR. Quin & idem inter dicendam nunc leritius pronunciat, nunc celerius, nunc demission, nunc clarius, utcunque sermonis

# # DENEMENT DIALOGUS

monis ratio possibilità. Nam & oratores il exordis, in quible oponet sedatam esse dichopem longore mora pronunciant syllabas quam in affectibus ubi jam incaluit ora-Acque acco in hac oratione, Primum optimum ibem de se præbebat, sobrius, quietos placidus erga focios, observans & officiolus erga majores, mox in diversum verfile, corpit amare, potare, rapere, prodigere turpiter omnia: prior pars lentius sonatur ouam policion. LE. Fit idem à mulicis. UR. E proximis igitur petenda est & tonorum & moratum differentia. LE. Quæ ratio est brevis ad longam? UR. Dupla, ut ajunt Grammatici: verum in dicendo non est necesse tam exacte rationem observare, veluti fit in concentu musico aut veluti si quis saltet ad citharam. Sat est si longa, sensibili mora distinguatur à brevi. Nam fieri potest ut una longa respondeat duabus brevibus, aut amplius: rurlus ut respondeat uni brevi & dimidio. Jam funt dictiones duriores, que plus spacii poltulant quam alie præsertim monofyllabæ, Diutius enim sonat, stant tristes, quam stant acies, non soluir de consonantes in eandem fyllabam cocuntes verum etiam ob sequencem syllabam, qua excipit, difficiliorem. Item plus more defiderat prima in structus, quam prima in legero, quum utraque sit longa. LE. Liberalli me magno serue pulo. UR, Imo qui exactius super hisce rebus

bus conscripscre, docent in quibus syllabis pufficiat unicina tempre, in quious unum lemis, in quibus duo femis, in quibus tria. L.R. UR. Haud tamen Audio novam mulicam. absurdum elt, quod adserunt. Si vocalis inquiunt natura brevis est, & seguitur unica consonant, eaque simplex, unicum tempus obtinebit, ut caput, wigo. Rurfus ubi vocalem natura brevem, muta cum liquida sequene. aut alioqui geminata, reddit ancipitem, tempus erit unum semis, ut lacryma, recludo. cygnus, Atlas, sixon, sumesse, wantenson: quod à quibusdam observatur etiam in diversis diftionibus, ut, Tribulaque traheæque. Item, Terrasque tractusque maris. Sed potissimum si tres fint confonantes, aut prior fit f, habeatye inclusam, ut pramia scribe, a produci poterat, nec aliter produci volunt quidam quam elitique f, & littora Xerres, quis sequitur duplex. Jam, quæ natura vel politi longæ funt, harum duo funttempera, ut dos, mors. Rurfum fi vocali natura longre adhæreat unica confonens in eadem fyllaba, in his tribuunt motempera duo femis, hoc est, duo brevia, innt elle, guum vocalem natura longam duæ conforates fequentur, aut una duplex, ut mons, res. Hujusmodi multa referebant ex autore Prisciano, cujus autoritas si cui parum gravis habet simile quiddam Quintilianus libro nono, tractans de Compositione. Te-G 2 d .

#### ieo D. ERASMI DIALOGUS

Testatur enim non omnes breves ac productas esse pares, sed esse breviores, ac brevissimas: contra longas, longiores, ac longissimas: exempli gratia producit versiculum Maronis ex Tityro:

Agrestem tenus Musam meditaris avena.

Quanquam hic nostri codices habent Sylvestrem pro Agrestem, verum id nihil ad rem: in Agrestem duæ primæ syllabæ natura breves finit, & tamen gre, secunda, facit priorem longam. Dat igitur, inquit, aliquid ex suo tempore. Quomodo dat, ni habet plus quam aux brevissima, qualis ipsa esset detractis confonantibus? nunc unum tempus accommodat priori, & unum accipit à sequenti, ita duæ natura breves, politione sunt temporum quatuor. Concursus igitur mutæ & liquidæ in gre, tardiorem redderet fyllabæ pronunciationem, etiamsi nulla consonans sequeretur: nunc quia sequitur st, duplicatur tarditas, vel triplicatur potius, cujus portionem transfert in primam natura brevem: tametsi Priscianus non tribueret primæ duo tempora, sed tempus unum semis, nec secundæ tribueret amplius, nisi ob vocalem utrinque cinctam gemina consonante. Verum hæc minutiora sunt, potuisset enimomnibus brevibus geminum tempus affignari, si placuisset senatui populoque Grammatico, ita nihil opus fuisset temporis unius sectione. Aliquanto post Fabius non inficiatus à scriptoribus traditum, finalem brevem DFO

#### DE RECTA L.GR. ETLAT. PRON. 101

pro longa accipi, aures tamen, inquit, confolens meas intelligo multum referre, urrumne longa sit que cludit, an pro longa. que enim tam plenum est dicere, incipiensem timere, quam illud, aufus est confiteri. Atqui si nihil reseit, brevis an longe sit ultima, idem pes erit. Verum nescio quomidio fedebit hoc, illud subsister. Quo moti quidam. longe ultime tria tempora Hederunt, ut illud tempus quod brevis ex longa accipit, huic quoque accederet. Nec solum, inquit, refert quis cludat; sed quis aucecedat. Quintilianum sensisse, discrimen inter longam & longiorem, brevem & breviorem etiam in finali commatis clausule, quanto magis id fenfurus in curfu perpetuo vocum, aut in media dictione? Quod si veterum literæ nulum indicassent discrimen, tamen ipse naturalisme rium fensus non sineret eliter sudicare. enim non omnino stupidis auribus non intelligat, zu minus habere difficultatis in zuen quam in zunit quum utraque sit brevis: rursus tardiorem esse sonum in and quam in an, quum utraque st natura longa, sed illi moram addont quibus eingitur, consonantes a fronte due; à tergo duplex : huic additum ., non difficultatem addit, sed jucunditatem. Præteres quis non fentit av facilioris elle foni, quuin thea; min tou, quam quum dico away arixi. Item tardius sonare when, quum dico whart segential quam winnert begi. In win seg ſex

fex funt tempora in min reign fex femis. In without teg, feptem tempora, in xixaut segmill, novem lethis, ut want, fyllaba dimidrum temporis accedat ob moram, quam adfert consonantium collisio. LE. Haud proclive sie Ma discernere. UR. Nihil facilius. Atque adeo miror hoc homini mufico videri. qui noris quemodo vocem, quam hodie maximam vocant, dividant in longam. Rurfus anomodo longas in breves, breves in femibreves, semibreves in minimas, & has insuper fecant in plusquam minimas, tum non ignores duomodo propertionibus, quas illimodos hodie vocant, varie producant aut accelerent pronunciationem . Rune ad rationem duplam. hine ad triplam. Quamquam hac subtilitate film est öpus. Res fuerit evidens, si, juxta muicos, brevem feces in femibrevem, itain caput, prima erit brevis: in lacryma, brevis chim femibrevi, in dack fle, due breves, in fol, due breves & semibrevis: in stirps & rex, des breves. LE. Intelligo. UR. Vefum hane exquisitam varietatem negant obfervari in carmine pronunciando, sed in oratione profa nihil vetat. At ego multo minus arbitror observari posse in multorum concentu, præfertim imperitorum. Hinc enim, tii fallor, natum est, quod chorus Ecclesiasticus nec in Pfalinis recitandis, nec in Cantidis fofennibus, ullum habet brevium aut longarum delectum, ne tonorem quidem admodum magnam

#### DE RECTA L. GR. ET LAT. PRON. 102

gnam rationem, sed omnes pari temporismora fonant, ne dum alius aliud fonat, inæqualitas vocum pariat indecoram confusionem. Et in cantu, si quando vocibus imparibus utuntur, inæqualitatem eam non ex natura fyllabarum, sed ex suo arbitratu metiuntur. Quanquam hoc genus cantionis non recipiunt, qui religionis funt austerioris, sed spondeis pronunciant omnia. Non dubio tamen, quin Ambrolius suos hymnos observatis syllabarum modulis canendos instituerit, eamque consuetudinem arbitror valuiffe, donec craffior literarum inscitia, & inconditus vocum tumultus compulit ad hanc inæqualem æqualitatem confugere. Quin audivi concionatores ex hoc genere, qui quo pluris habeantur à populo, novum aliquid ac prodigiosum comminiscuntur, eodem tono, pari mora pronunciantes syllabas omnes, paribus etiam intervallis. quasi singulæ syllabæ singulas absolverent dictiones, magna quidem admiratione plebisimperitæ, sed æque magno tum risu, tum tædio doctorum hominum. Hoc enim vere est, quod ait Cicero, latrare, non loqui. Verum ut ad institutum nostra recurrat oratio: quemadmodum in productione syllabarum plurimum habet momenti facilitas aut difficultas literarum unde conflantur, ueque quicquam vetat, quo minus in eodem fermone, nunc citation, nunc lention sit pronunciatio, modo in cursu verborum, quam Græci outreus ap-

appellant, inter vicinas proportio discernat moras temporum: ita in modulandis tonis non est eadem ac perpetua ratio, ut omnes acutas sones iisdem chordis, seu graves, aut circumflexas: licet emm pro sensuum & affectuum varietate, nunc intensiore, nunc depressiore linguæ sono uti, ex proxime præcedentibus ac proxime sequentibus distinguere vocis modulationem fat erit. Non enim semper pari spacio vox acuta ultra gravem intenditur sen utcunque commodum est, aut ut fermonis natura politulabit remissior aut ardentior. Interdum enim ad femitonium, interdum ad tonum, nonnunquam ad ditonum, alias ad 4 2/6 marien, aut 2/3 him tollitur. Quidam etiam altius, & ultra + 2/2 navav. sed jam indecore, nec citra speciem insaniæ, que hoc est evidentior, quo id faciunt crebrius. maxime quum sensus nullam vocis mutationem postulet. Tota hæc modulandi ratio intra heptachordi modos consistit. Rursus in depressione vocis eadem est ratio, nec anxie servandum est, ut omnes, quemadmodum dixi, fyllabæ eodem tenore, velut eadem sonentur chorda, præter eam quæ acuitur: quod genus si dicas legeramus, abominanda. borrenda, non referenda, prima legeramus potest sonari in nete (fingamus enim hanc esse, quæ gravissimam edit vocem) secunda in paranete, tertia in paramefe, quarta rursus Rursum in abeminanda; primæ in paranete.

# DE RECTA-LICELATION. 109

duz fonari politat in paramele, tertis in mele; quarta in parypute, quinta in mese. Item secunda in hypate, tertia in parypate. Demique non referenda, primam fones licebit in paramele, proximam in paranete, antepenultimam in nete, penultimam in paramele, ultimam in nete. LE. Hie desidero meam citharam. Sed age die quo pacto discernitur acutus tonus i circumstexo? UR. Duplici no ta; productione temporis Eintensione vocis, ut lentiore, ita remissiore. Non huc accerfam mulicorum fubtilitates, qui distinguunt tenum ac semitonium, dividunt per apotomas, diefes, commata, schismata, & diaschismata. Nobis ad hanc rem sufficit discrimen toni, semitonii, si vis & ditoni. Sit igitur hec diferimen interacutum & inflexum quod inter tonum & semisonium, aut si hoc videtur obfeurius, quod inter tonum & ditonum. Et hoc discrimen Latini prorsus negligune, quum quoties penultimam patura longam excipit ultima brevie; in priore loco fit circumflexus accentus, non acutus. Vidi, primam habet acusam, vidit, primam haber circumflexam: iltud perinde fonat, quasi dicas fa re (nam docendi gratis; crassius est loquendum) hoc quafi dicas, fa mi, aut fyllabam, cui tonus additur, conferas cum præcedente, acutus perinde sonabit, quasi dicas re mi, persecto tono: circumflexus, quali dicas mi fa, quia femi-

semitonium est. Quod si cujus aures sunt hebetiores quam ut hanc sentiant differentiam, sit acutus fa ut, aut ut fa, circumflexus fa re, prout Ivllabam intendendam cum præcedenti aut sequenti conferes. Hæc quum discreverint veteres & usu & præceptis, an non piaculum est nos hoc discrimen in totum negligere? Quis enim nunc discernit pronuncians inter has crêta, mûsa, Rôma, mêta, vêna, nominandi vocandive casu, & créta, musa, Róma, méta, véna, auferendicasu? LE. Certe ne-UR. Rursus inter lûctus recto casu. & lúctus paterno casu? Atqui in prioribus est trochæus, & prior fyllaba tonum habet circumflexum. ob ultimam brevem, in altera prior habet acutum, propter sequentem productam. LE. Audivi veteribus ultimam semper habicam proancipiti. UR. Verum ultimam carminis, non cujuslibet dictionis, & quod veniæ datur in carmine, fortasse dabitur & in colis. aut periodis, tametsi ne illic quidem, nisi ut pro brevi fones longam, non contrà. In fynepia vero nequaquam idem licuerit. Et quanquam evidentius brevis ac longæ discrimen est, vocalem excipiente consonante, ut frûctus & frúctus, ut post docebimus: tamen apud veteres finalis vocalis nulla seguente consonante manifesto discrimine signabatur. Id esse verum liquet ex Diomede grammatico, qui docet o in fine verborum solere produci Græcorum examplo, qui ut rigu dicunt & rialu, ita

# DE RECTA L. GR. at LATPRON. 107

ita illi dico & chio: Post, inquie, usus in tantum obtinuit, vocalem hanc habert pro ancipiti, ut ridiculus effet qui non corriperet. At unde deprehendebat hoc irrifor ille, si tum pronunciabant ut nos pronunciamus hodie? Nimirum ex accentu, & mora temporis, præfertim in curfu. Qui producebat, dicebat dico tihi. Jam due dictiones habebant fex tempora, & fyllaba prior in utraque tantum habebat acutum. Qui corripiebat, ita forabat, dres tihi, & exdem dictiones non habebant nisi quinque tempora. Itidem si dicas, amo pecuniam, facile dignoscent apres an sones jambos duos & pyrrhichium, antribrachum & dactylum, LE. Monitus sentio. UR. Nunc aliam accipe fabulam, quæ rem eandem doceat. Quintilianus libro duodecimo narrrat rusticum quendam testem interrogation an nosset Amphionem, negalie. Accujus intererat illum nolle hominem, quum effet minime stultus, suspicarus est id quod erat, susticum, hominem quidem nosse, sed non agnoscere vocem parum ruffice pronunciatam. Itaque veluti de alterepercontant, rogavit an nosset Amplonem, sadelicet aspiratione sublata, & secunda syllaba breviata: protinus agnovit Ampionem, our Amphionem non noverat. Hic accentus queniam anceit penoltimam, non indicat discrimen quantitatis syllabicæ: quum enim penultima fit brevis, in antedenti teno fit oportet, sive corriptaturilla, sive potrigatur. Un-

#### tos D. ERASMI DIALOGUS

de igitur rusticus ille discernebat à longa brevem? Nec enim refert ad dignoscendi facultatem, quod apud rusticos vitiose corripiebatur. Sic esse pronunciandum existimabat, hoc mihi fatis elt, quod aurium judicio fecrevit brevem à longa. Unde inquam? Non accentu, ut modo dicebam, fed mora temporis. Quum enim urbane pronunciaret Amphronem, Ionicus erat in usisono, hoc est, spondeus cum pyrrhichio, quum Ampionem more rufticorum, trocheus erat cum pyrrhichio. Suetonius indicat Neronem Cafarem mortuo Claudio stultitiam exprobrare solitum. unius vocalis productione. Quoties enim incideret, ut diceret illum esse mortuum, ita loquebatur: Desiit inter vivos morari, porrecta prima fyllaba. Quis autem erat hic joco locus, fi quemadmodum nunc loquimur, ita tum quoque nullum longæ brevisque sentiebant auditorum aures? Num hæc tibi videntur fatis aperta? LE. Non habeo quod contradicam. UR: Accipe quod his omnibus evidentius est. Tot autores apud Græcos scriptores de numeris orationis conscripserunt Inter quos funt Aristoteles ac Theophrastus, si rhetores contemnimus, tot apud Latinos, præ ertim M Tollius & Quintilianus. At oratio numerosa, quibus rebus constat? LE. Pedibus opinor. UR. Recte, nam iisdem pedibus constat oratio soluta quibus carmen, niss quod non eque cercis legibus inter se junguntur.

# DE RECTA L. GR. ET LAT. PRON. 109

tur. At pedes unde constant? ISE. Ex brevium ac longarum fyllabarum inter se confiexione. UR. Rursus qua re discrepat à brevi longa? LE. Porrectiore mora pronunciandi. UR. Si tum confundebatur longarum ac brevium difcrimen, quemadmodum hodie facimus, quorfum attinebat celebres & graves viros tot voluminibus præcipere de numerosa dictione? Ac Romæ quidem, quoniam Democratia propter senatus autoritatem temperata erat Aristocratia: multa apud populum: nonnulla etiam in senatu agebantur. Athenis autem quod esset Democratia pura, omnia agebantur apud populum. Quod si plebes imperita non discernebat longas à brevibus, quorsum opus erat Demosthenem olei simul & fomni jactura hac folicitudine discruciari? Sin indocta multitudo bene modulatis delectabatura rurfus male compositis offendebatur, qua fronte nos nobis loqui videmur, qui præter accentus nullum in fylkabis discrimen facimus, acque hic ipse accentus frequenter in causa est, nt pro brevi sonemus longam. Frustra tam operose præcipitur, qui pedes congruant initils & clausulis, incisorum, membrorum, & periodorum, si nostri arbitrii est pro brevibus longas, pro longis sonare breves. Quar in mediis vitabant immodicam svllabarum celeritatem, quæ sic offendebat aures, ut puerilium crepitaculorum strepitus, unde Aristoteles ejusmodi compositionem chordacem appellat.

#### me D. BRASMI DIALOGUS

pellat, fi ubiquepque tonus of, licet fonare productam? ut mulier faciat dactylum non tribrachum, & temeritas faciat dijambum non pæonem quartum, qui constat pyrrhichio & jambo. Animula misera periit, si pronuncies ut oportet, offenduntuir aures eruditæ concursu brevium, quasi tu # xielene saltanti canas, aut 4 remand. At nos hic sonamus dijambum in animula, duns dactyles in misera periit. Quur quibusdam visum est durius. quod Marcus Tullius in claufula pofuerit, balneatori & archipirate, Demosthenes, min a zwe, qui finis est jambici Scazontis, con. stans ex Trocheo & Molosso, si nobis licet, balneatori, tribracho & spondeo, archipiratæ dactylo & spondeo sonare? Rursus quar laudatur hæc ejusdem compositio, iisdem in armis fui, quod, in armis fui, spondeus jambo præponitur, aut quod iisdem in armis fui, sint due cretici, si nobis licet, ut ferè facimus, fonare dactylum, & dichoroum, in issdem in, & arms für? Siquidem tono decepti, producimus. Aut qua ratione probatur illa Ciceronis claufula, criminis caufa, quia spondeum præcedit creticus, si nobis permittimus creticum vertere in dactylum, quod improbatur ab artis scriptoribus? Idem dicere possum de clausula Ciceronia, verumetiam nota, in qua spondeus succedit anapæsto, si nobis liberum est pro anapæsto sonare dactylum, ut ferè nunc vulgo sonant etiam docti. Ouur ... : i. •

#### DE RECTA L.GR. at LAT. PRION, 11th

Over illa Ciceronis claufala doctis olim sife: olt felin: patris diffum fapiens, temeritas filii comprobavit, quod ultima dictio dichoseum absolvat, si tum liberum erat pro dichoreo sonare peonem tertium, hoc est pyrrhichium ac trocheum? Sed exemplorum plus fatis. Vides quantum sylvam adserre queam, sed hec declarande rei abunde, ni fallor, fufficiunt. LEO. Mihi fanè supersunt etiam. Caterum nunc aures ista non dijudicant. UR. Quid cause, nisi quia aures habemus asininas? quibus non placet luscinize cantio modulatiffima. Et tamen istæ aures in musarum do nit plus quam asininæ, in saltationibus ineptis, in ebriis cantionibus sentiunt longæ, brevis, acutæ, demissæ, mediæque vocis discrimen. LE. Sic est: ubi intenderis animum, ibi valet. Si hæc funt vera quæ narras, ut funt profecto verissima, nullus hoc tempore sonat Latine. UR. Adde, ne Græce quidem, utcunque nobis placemus. LE. Multi querant in vocibus Græcis, quas usurpatione, fui suris secerunt Latini, que ratio accennum fit observanda. UR. Ifthuc expedire perfacile est. Si vox desexa est ad normam Latinæ declinationis, servetur acceptus Latini regula: id præter quam quod justius est; etiam commodius est. LE. Quamobrem? UR. Quia apud Latinos perpetua ratio eft; Græci variant, cò quod Latini ferè spectant penultimam in polyfyllabis: in diffyllabis tonus pro-

propè semper est in priore, nec aliunde aliomigrat, quemadmodum apud Gracos, LE, Exemplo rem feceris dilucidiorem. UR. Quidam malunt dicere Grammatice, Grammatices, Grammaticen Græco more, quam Latino. Atqui Latine si dicas, tonus sempererit in ea quæ tertia est ab ultima, alioqui Grammatica, ultimam habebit acutam: Grammaces paternus casus, & Grammatice dativus, circumflexam: rursus ô Grammatica acutam. quanquam in septimo casu cogeris esse Latinus. Item qui Timotheus dicit Latine semper acuit antepenultimam, & hactenus convenit cum Græcis quoties ultima corripitur. Cæterum quoties ultima sit longa, tonus migrat juxta Græcos in penultimam, ut Timothéi, Timothéo, in Timotheum remigrat in locum LE. Expeditius itaque dicemus fophia prima acuta, & philosóphia antepenultima acuta? UR. Sic opinor. Nam quod Christiani quidam tantum tribuerunt accentui Græco, ut in metro quoque syllabam natura longam corripuerint, velut in idola, & paraclius, eoclesia, & si qua sunt alia, condonandum arbitror pietati potius quam imitandum. LEO. Explana, queso, crassius, quo sono difcernatur natura longa vocalis à brevi. UR. Id ne putes rem novam, dilucide patet in linguis vulgaribus, quæ & fono & scriptura discernunt longam a brevi, longam aut geminata vocali scribentes, aut addita vocali vertentes

### DE RECTA L. GR. ET LAT. PRON. 113

tentes in diphthongum. Dic Batavice album.\* sentis unicum i: dic latum, sentis geminum, quum tamen dictio sit monosyllaba. Audis apud machinas quibus onera tolluntur è navibus, quoties iubent volvi rotam, simplex i: quoties vinum poliulant, geminum. Rursum dic Batavice lagenam, audis unicum e: dic Flandrice carnem, audis geminum. Idem discrimen in optimo, & bestia: ultimo & forma calcearia. Dic Batavice pellem, audis unicum e: dic multum Brabantice, audis duo. Item Batavice puteum, audis u simplex: dic extra, audis geminum, ni si mavis hic esse peculiarem diphthongum. Item dic Anglice panem, audis e breve, dic Batavice asserem, audis e breve, dic Batavice latum, audis ee geminum. Dic obesum Batavice, audis e breve, die simultatem, audis porrectum. Dic Batavice rotam, audis a breve: Dic confilium, audis diphthongum æ. Idem fit in foramine, & vadite: in balneo, & luero. LE. Jam mihi succurrunt istius generis exempla innumera. UR. Quo magis mirum est nos hæc omnia confundere seu Græce, seu Latine loquentes, he vox natura longa excepta

\* Wit, wit. Win, wijn. Vles, vlees: Best, beest. Lest, leest. Vel, veel. Put, buuten. Bret, breed. Vet, veet. Rat, ract: Gat, gaet. Bat, baet.

cepta prima litera, quid aliud fonat hodie quam apud Latinos vir? quæ natura brevis est. Item me nos sequuti Græcos, male pronunciamus, quum Germani vocem eam à Græcis sumptam recte sonent, nisi quod tenuem vertunt in aspiratam, Batavi in u confonans. mas nos male fonamus, Galli recte, quum \* humile dicunt aut passum. est profecto. UR. Jam in 3/2, quod ipsum ad nos fluxit à Gracis, Batavica lingua dum sonat dier. 9 mutato in 8 declarat quid sonuerit apud Græcos Sie. Ad hæc quid aliud fonat syllaba mus in animante longa, quam in dictione mimus brevis? Nihil prorfus. UR. Atqui discrimen docet Batavus sonans animantis vocabulum, in quo audis geminum u: fi fones fimplex, nullus quid velis intelliget Latine nesciens. Tantum est discriminis in mora fyllabæ, quod nos, perinde ac fi nullius sit momenti, planè negligimus. Nihil enim aliud fonat nobis hodie in puellas, quam in Pallas: es in res, quàmin verbo es: lis in facilis, quam in lis, unde litis: or in Extue, quam in vincor: lus in nullus quàm in palus & falus. Atque item de cæteris, nec ullo modo dubitandum quin veteres distinxerint manifesto vocis discrimine. Ne quis autem existimet hoc usque barbaricum esse, de quo loquimur, præter alios Grammaticos & Quintilianus

<sup>\*</sup> Bas, pas.

# DE RECTA L. GR. et LAT: PRON. 115

lianus ipse prodidit, Latinos usque ad Accii poetæ tempora & ultra, vocalem productam, per eandem geminatam notare solitos, veluti fi scribas, vaanus pro vanus, turbaas pro turbas, rees pro res, liis pro lis, doos pro dos, faluus gemina vocali pro falus. Si nullum erat discrimen, unde priscis tanta hujus rei cura? Nunc vero quid interest inter priorem syllabam in mála adjectivo, & mála substantivo quod illis erat maala? Inter finalem is, hujus verbi legis, & finalem audis, quod illi scribebant audiis? Inter legi à legor, & legi à lego, quod illis erat leegi? Inter vivis verbum & vivis nomen, quod illi viviis, inter Græcum verbum, & dos dotis, quod illi doos? Inter ultimam, manus genitivi, & ultimam, vulnus? LE. Deum immortalem, quantum à recta pronunciatione degeneravimus. UR. In Græcis propè gravius etiam aberratum est. Quis enim distinguit inter พิทีอนุล indicativum & พิทีอนุล ในก็บุทธิเvum? Aut quis inter aç in aireiac, & as in xau-หน่ง: inter หลุงจิ๋ง nomen & หลุงตึง adverbium: inter nies & nues us, si tonum tollas, quum ipsum w ex duobus o pusillis conflatum admonere nos debuerit & productionis & soni? Quod si nihil aliud sonabat o quam o, quid sibi vult quod Grammatici tantopere prædicant w, veluti grandius quiddam resonans è specu oris? Quid autem facilius quam eandem vocalem duplicatam, non ictu vocis, sed productione sonare?

Id facillime percipiet, qui primum pro una sonarit duas, quemadmodum solent non absoluti mulici, quo certius canant ad ictum manus, longam diducunt in duas breves: rurfus cadem mora, perpetuo sono pronunciant eandem longam, animo tantum imaginantes geminum vocis ictum. Simili ratione complures breves, aut etiam longas continuo fono pronunciant nec errant in moris, animo supputantes intervalla, non voce. Sic apud Latinos ex tibijcen factum est tibrcen. Igitur ut recte sones legi præteritum a lego, primum fac vocem trifyllabam, & dic leegi prima aenta, deinde pari mora, fed voce continua lêgi, ut hæc vox quatuor temporibus extendatur, quum légi à legor constet tribus. Ut recte sones lege à lex, dic leege, mox inflexa priore, lêge, ut dictio conflet tribus temporibus, quum lege verbum constet duobus. Item die kúctuus trisyllabas, mox luctus extento u. Dic máala, mox mâla, quum arboris fructum indicas. LE. Tu quidem crassissime doces. UR. Nimirum crassis tradenda. Itidem qui volet assuescere pronunciandis diphthongis, primum dividat, deinde contrahat in eandem vocem: primum sonet musaë. deinde musæ: primum foënum, mox fænum: primum audio tetrafyllabum, mox audio trisyllabum, primum euge trisyllabum, mox euge disflyllabum, sic ut utranque vocalem liceat agnoscere, quamvis sono consuso. Idem

# DE RECTA L.GR. ET LAT. PRON. 117

dem in diphthongis Græcis, ut mis mis, Inuodivei, Inpudird, end., in publice, per u Gallicum uson. Similis in Græcis productis elt exercitatio. Primum die eineleus, mox conflato fono in longam airlac. Item a divide: in duo ce ore diductiore, aur in duo a. Scotica, & dic yequuamies, mox perpetua voce Grammatians, memor prioris fori, ut me id fonet quod apud Gallos fonar, sed apad Zelandos \* caseus. Similiter pous per u Galicum, deinde pis. Item zaklo, mox metes. LE. Video facillime discerni vocalem longam à brevi, si consonans finiat syllabam, ut in audis, legis: at non perinde facile, quoties vocalis claudit syllabam. Quam enan dico is abeo, sic enuncio quemadmodum Batavi glaciem: quum lis unde litis, fic effero quemoddum Gallus fonat lifia. At minus est evidens discrimen in colo verbo. & colo nomine: in mala fubstantivo & mála adjectivo: in púter à puto, & psitet à puteo verbo. Acceptus enim obscurum habet discrimen, nisi mora prolationis accesserit, nec ea facile sentium, nisi in contextu, quam, ut dixi, Græci vocant evinear, veluti si dicas, da bona mala, ex duabus brevibus præcedentibus & una sequence. fentitur a, productum in mala. Item ex bo. acuto fentitur ma circumflexum. Hinciocus Ille Plantinus, quum Sosia heræ mi-

Kees meys his

H 3

nanti magnum malum, mutato accentu respondet, prægnanti potius esse dandum målum, ut quod obrodat sit, animo si male esse occoperit. Verum his in rebus emendation est Germanorum lingua quam Gallorum, qui finales syllabas omnes ferè producunt, nisi si qui vulgatam pronunciationem dedidicerunt: ita sonant caput, quasi geminum haberet u, & audit, dicit, similiter, maxime vero quum dictio definit in s. Itaque recte pronunciant falus, virtus & fructus gignendi casu, quæ nos confundimus: at non recte eodem fono pronunciant, dominus & fervus: mus & Jesus recte sonant, at non recte minus & læsus. Recte fonant audis, venis, nescis: at non recte, audit, venit, nescit, aut non recte, scribis, legis, dicis. Bene sonant, os, mos, flos: at non bene eros, xeads, xues . Estigitur hic quod discamus à Gallis, est quod illi vicissim discant à Germanis. In mediis item ac primis fyllabis amant porrigere vocales, velut quum dicunt, arma licet a, sit positu longa, tamen perinde sonant quasi sit geminum a, aarma sono con-Id quo possint commodius, elidunt è duabus sequentibus mutis alteram, sonantes mama pro mamma, & alium pro allium, aduco pro adduco, atero pro attero, valo pro vallo, anuus pro annuus. LE. Suggeris animo quiddam, de quo frequenter addubitavi. Grammatici distinguunt vocalem natura longam, & positu longam. At apud Latinos quum

### DE RECTA L. GR. et LAT. PRON. 119

quum omnes fint ancipites, eoque dicantur natura longæ quæ positu longæ non sunt, est ne ratio qua per sonum possim dignoscere? UR. Ethoc te docebit vulgata Gallorum pronunciatio, qui omnes fere sonant ut natura longas, duas confonantes aut unam geminam voce separantes à vocali præcedenti. Nos enim vidilti, sonamus, ut penultima syllaba desinat in s, ultima incipiat à t. Gallus penultimam finit in i, & ultimam incipit à ft. Rex, lex, fex, & pax & natura & positulongas Galli recte fonant: at fax tantum positu longam non item. LE. Sed præter discrimen soni, unde liquet positu ne, an natura sit longa vocalis? UR. Ex cognatis dictionibus hocelacebit, in quibus abest altera consonantium. velut in amalti, a, natura longum esse declarat, quod & in amare sit longum, & in amati, quum absunt consonantes. Idem apparet in regis, legis, fecis & pacis: Contra in face, in noceo, unde noxa, in Arabe & trabe declararatur vocalis recti esse positu non natura longa. Rurfus in muo & n'co: manifestum est . positu non natura longum esse in nisto nisto & similibus. Eadem estratio in zoxi @ priore ancipite: proinde qui duas consonantes separat à præcedenti vocali, si producte pronunciat. declarat natura longam esse: sin alteram partitur priori vocali, alteram posteriori significat positu longam. Qui in mimos sonat priorem brevem, consonantem utranque jun-H 4 xit

xit posteriori vocali. Sic Horatius Donatura cygni si libeat sonum: &, Forma captivæ dominum Tecmessæ: cmes, separandum Quanquam est nonnullis sua quædam pronunciandi ratio, quæ jubet confonantes posterioribus vocalibus annectere, seu diducere velut in Atlas, & aruspex, quoniam prius compositum est à τλάω, & a, particula vehementiæ; rectius 7A separatur à prima vocali, quemadmodum in assexus. Posterius compositum ex ara & specio sive specto, sp rectius annectitur vocali sequenti. Contra est in abstemio, quoniam dictum est ab abstinentia temeti, f, melius annectitur primæ syllabæ. Quanquam hac magis pertinent ad orthographiam quam ad pronunciationem. vocalibus & accentibus videor mihi fatis instru-Superest ut de cæteris item consonantibus nobis edisseras. UR. Referam quod memoria suggerit. Tres sunt mutarum ordines, primus est p tenuis, b mediæ, ph aspiratæ, quam Græci propriam habent φ: fecundus c tenuis, g mediæ, &ch sive x aspiratæ: tertius tenuis, g mediæ, th sive faspi-Atque hæ potissimum mutæ dicuntur, guod ne fibilum quidem, aut stridorem, aut strepitum ullum edere possint, nisi vocalis addita fonum expediat. P fonatur dum compressis labijs, spiritus ex arteria prorumpens diducit os addita vocali, quæ si præcedat mutam, vocalis velut obmutefcit: exempla sint, pa,

#### DE RECTA L. GR. ET LAT. PRON. 128

pa, ap: unde Fabius hoc tribuit felicitati linguæ Græcanicæ, quod nullam habeat vocem desinentem in ullam mutam, nec in m, quæ & ipsa velut obruit vocem ore compresso. Consimili ratione promitur b, nisi quod leniore compressu labiorum vox exit, sed paulo largiore spiritu: largissimo o sive ph. Evidens discrimen senties, si continenter pronuncies, pe, be, phe. c. vero reducta introrfum lingua, & hinc atque hinc ad molares illifa, hærentem intra os fonum propellit in palatum superius: nec aliter fonatur g, nisi quod lenius exit, & paulo largiore spiritu, quum chi plurimo slatu proferatur: discrimensenties si sonueris co, go, cho. T. fonabis, si summa lingua pulfaris supernos & infernos dentes, eos quos Græci, ni fallor, muss appellant modice diductos. D. crassius erumpit: th crassissime. Eadem est sonandi ratio in duplicibus, ut dana, Elvos, jaza: aut in compositis, velut in alua, πνίω, Φρφίζω. Item in κτώομαι, κτύμα, κνίσσα, grava, χνές, τλάω, βδέω. Rurfus in τμήμα, τμώλος, δμώες, θλάω, Amtics, & aliis hujus for-Nunc expendamus quantum in his à Germano fono degeneraverimus: Graci pro \* sonant b Latinum si m litera præcedat, ut έμπιχος emboros, συμπαίζομαι fymbæzomæ, ovumour symbolion. Id durius fit quam idem faciunt in diversis dictionibus, mutato etiam fono, ν in μ, ut έμπεωτω embroto, έμπυελ embyri. Et hoc mutuamur à vulgi deliciis. Hs Nec

Nec enim hujusce rei ulla mentio fit apud veteres, usque adeo in cæteris minutiis tradendis penè dixeram superstitiosos. Rursus pro B fonant u nostrum consonans, Barpayos vatrachos, auteboios amvrosios, quum probabile sit & apud priscos Græcos idem sonuisse quod apud Latinos fonabat b. LE. Quibus in hanc sententiam duceris argumentis? UR. Primum est, quod ex tot Grammatices scriptoribus nemo varietatis hujus facit mentionem. Hoc si leve est, dicam aliud. M. Tullius in epistola quadam ad Petum, ut demonftret eandem vocem apud alios obscænam esse, quæ apud alios sit verecunda: nec in verbo turpitudinem esse, sed in sensu loquentis, producit bini, & Bld, quæ Latinis sit pudica, Græcis obscæna. Atqui si Bird sonabat tum Græcis, quod vulgo fonat hodie, non erat vox eadem apud utranque gentem, nihilo magis quam apud Latinos bini & vini. LE. Probabile est quod narras. UR. Arguit idem Græcanicarum vocum ufurpatio. Quod enim Græci dicunt æ, nos dicimus bos: & quod illi Boar, nos boare: quod illi ruecar nos turbare: quod illi Badario, nos balneum. Quid autem infinita persequor? Et si quid detorquemus, in diversam partem id facimus citius, veluti quum pro Bassal dicimus papæ. Hic peccant & eruditi, vulgus autem, & qui vulgatam pronunciationem non dedidicerunt, interdum pro b pronunciant u consonans, & con-

### DE RECTA L. GR. ET LAT. PRON. 123

contrà, ut bibit pro vivit, & vivit pro bibit. Id peculiare dicitur cuidam Hispaniarum regioni. Audivimus & Gallos aliquot ad eundem modum sonantes. Sunt & apud Germanos, qui prob sonent p, & contrà, ut pipere pro bibere, & biper, pro piper. LE. Frequenter istiusmodi voces audisse memini. UR. Imo & in libris manu descriptis hujus pronunciationis vestigia sæpe deprehendimus, ut paptismus pro baptismus, & velle pro belle, & bictus pro pictus, βάτος pro πάτος. Sed plus etiam est erroris in c, cui respondet apud Græcos z. Aliud enim fonat Latinis quum præcedit e, i, y, æ, c, quam cum antecedit, a, o, u, ut in ceres, cinis, cynicus, cœlum, cæcus; aliud in canis, colo, & curo. Nam in illis vulgus nostratium pene nihil discernit inter c & s, ut vix aures dijudicent cœnæ dicas à cœna, an sene à senex: & utrum silicem pro lapide, an Cilicem pro gente: citum à cio, an fitum propofitum. In Sicilia, primæ fyllabæ fonum ægre dignofcas à fono proximæ. Qua quidem in re minus peccant Itali, præsertim Romani, qui tametsi non prorsus eodem modo sonant c ante vocales omnes, tamen ita pronunciant, ut manifesto discrimine dignoscas c literam ab f, linguam in latus dentium lævum intorquentes quum fonant Cicero, Cæfar, & Cyrus: in aliis tamen minus est crassitudinis ut in canis, colo & cura. Difficilior autem est hujus literæ

ræ distinctio, quoties præcedit s, ut in scio & Scytha, resciscit asciscit, quam tamen evidenter ac feliciter exprimunt Romani, nos mire confundimus. Nos hic & alio peccamus modo, spiritum addentes c, quoties antecedit s, & sequitur a vel u, schando sonantes pro scando, & schutum pro scutum. Quin & Græci z suum crassius sonant, quasi vergens ad y, ac fibili nonnihil meditans, quoties præcedit vocales aut diphongos e,s, n, v, au, es, a, q, quam in cæteris. Nec dubium quin hæc differentia profecta sit a vulgo, quando nemoveterum id scripto prodididit, quum tamen aliis de rebus minutissimis plurima conscripserint.. Ex linguis autem popularibus, quas constat olim lingua Græca permixtas fursse, conjicere licet, a ante vocales quassibet perpetuum suum obtinuisse sonum. Sic Germani vulgo fonant Cæsarem, Batavi silicem, sic Picardi ici, quod imitatum est à Græco Nec me fugit hanc Galliæ partem ob pronunciationem rideri à cæteris, retinet tamen manifestiora Græcæ Latinæque linguæ vestigia. Rursus si quis audiat Anglum petentem osculum, agnoscet Græcum xvew, in qua voce nos pro v Græco sonamus u Gallicum. Et in nostrate lingua, quoties illud tenue volumus exprimere pro c scribimus k, non aliter sonantes eam in ky, quàm in ka, veluti quum diminutive dicimus puellam \*, aut pue-

\* Meiskin, kind, kennen, kemmem, kinne,

### DE RECTA L. GR. LAT. ET PRON. 125

rum non diminute, aut nosse, aut pectere, aut mentum. Et quum Angli dicunt jugulo, aut regem aut serva. Nec defuere Latini. qui non patiebantur, c præponi a, ut ca, sed no scribendum censuerunt, quod ab eruditis rejectum est, negantibus hic opus esse litera Græcorum commodaticia, quum c suum narivum sonum ad omnes vocales deferat. Probabile est igitur & apud Græcos, & apud Latinos c, eodem fuisse sono, quacunque voca-li sequente. Nam Latini k propemodum pro supersua duxerunt, quemadmodum & q, quibus vix utebantur, nisi quum unica litera signarent totam dictionem, ut Q. pro Quinto, K, pro kalendis. Atqui supervacanea non est, si nostrum c, crebro proxime accedit ad vocem s. Postremo vel à ranis discere licet quod narro. Nam his hæc litera peculiaris est, quum audimus illas quotidie modulantes illud suum Beenenens noak noak, in quo non percipitur illud crassus, & ad y sibilumque vergens, quod nunc audimus in vulgata Græcorum pronunciatione. Certum est argumentum. Nam ranænon mutant cantionem suam tot jam seculis, quum homines nihil finant esse diuturnum. URS. Non absurde dicis, siquidem ranis lingua summa religata est, postrema quæ fauces spectat libera, ut aliter sonare non possint. Jam mediam quæ est y, vel g, Latini non semper eodem enunciant sono. LEO. Qui sic? UR. Quum

Ouum dicis vaga, vago, exiguus, nónne aliud audis, quam quum dicis, vage, vagi? LE. Prorsus. Nam in ga & go & gu, audio nescio quid crassius ac spirantius. UR. Item aliud audis in lego quam in legis, legit, in longas quàm in longis. LE. Sentio. Similiter in Græeis aliud audis, quum dicitur, Geordyw, Geordyw, Geordow, quam cum Geordore. 9εολόγοι. LE. Ut nos quidem fonamus. UR. Huic malo fuccurrit Germanorum pronunciatio, qui fono per omnia simili dicunt, lego legis, legit. LE. Video quemadmodum ex corruptis libris, itidem ex linguis quamlibet vitiatis posse quædam depravata restitui. UR. Atqui nos Batavi ridemus hic Germanos, quasi vitiosum sit, quicquid diversum est. Ad istam rationem nihil non eslet vitiosum inter homines. Verum ut hic recte sonant g. ita perperam fonant quum dicunt, caudeo pro gaudeo, & cades pro gades. UR. Ita fanè sonant quidam, qui vulgatam pronunciationem dediscere aut non potuerunt, aut neglexerunt. Verum ex malis si quid inest boni, decerpere sapientis est. Nos tamen gravius peccamus in aspirata & sive ch. Tantum ne peccatorum? Exspectandus est annus Jubileus. UR. Fortassis excusabitur ab aliquibus quod pro mij sonamus mihi, rursus pro mihi michi quo jure veteres in Hebræis usi sunt, quo sonus sit vegetion, ut in Joahim, & Joachim. Verum quod pro was even sat-REVOUY.

### DE RECTA L. GR. ET LAT. PRON. 127

pro Christe sonamus criste, pro chrisma crisma, quis feret? LEO. Nemo, nisi qui nescit discrimen inter Christum & cristas. UR. Sunt ex adverso qui aspiratum pronunciant etiam cribrum. LE. Ilto nomine Germani superiores male audiunt, quum & id si quod est, vitii multis modis compensent, & ab Italis profectum videatur. UR. Scio quid dicas. Arrium sentis quem epigrammate ridet Catullus, qui pro commodis dicebat chommoda, pro insidiis hinsidias, ex cujus immodico flatu tantum erat discriminis, ut poeta timuerit, ne posteaquam ille Syriam petens navigasset Ionium mare, jam nonIonium diceretur, sed Hionium. Et olim fuerunt apud Græcos, qui vitabant aspirationem, Iones opinor, & apud Latinos priscos. Et ne quid existimemus sub sole novum esse, sunt hodie qui spiritum addunt ubi nihil opus, & spiritum adimunt ubi erat addendus. Quorum hoc posterius Flandriæ parti gentilitium est, qui mira constantia spiritum addunt tenuibus, & adimunt aspiratis. Is error velut agnatus hæret illis etiam Latine Græcéve sonantibus. Quemadmodum enim vulgata lingua dicentes herum, fubtrahunt spiritum, & sonant honorem, ita quum dicunt honorem addunt: Latine loquentes ululam vocant hululam, & humilem umilem. LE. Pulchre pensant vitium vitio. UR. Audivi Florentiæ in professione publica constanter pronunciantem. chor-

chorpus, chalidus, & champus, quum tamen ea civitas procul absit à mari, etiam si plus fatis ventorum immittit imminens Appennini dorfum. Arbitror tamen non fuisse Florenti-Contra cæteri Itali vix distinguunt honum. minem ab omine, quod nos ingenue distinguimus, & utrique alteros ridemus, quum peccemus utrique. Ac ne foli nos in pronunciando labi videamur, funt apud Italos, qui ex publico fermonis usu pro laudo sonant laldo, pro audio aldio, rursus qui pro deus degus, pro eum egum, sive echum: ad hæc, qui more Hebræorum plerasque fyllabas extremas acuto sono pronunciant, Bergomates ni fallor. Mentior nisi his auribus audivi Romæ sacrisicos ad hunc modum pronunciantes, quumque narrarem in convivio quid audissem, existimans id inscitiæ vitium esse, risere quidam, & protinus agnovere cujates essent qui sic pronunciassent. LEO. Equidem arbitrabar nos folos barbaros fonare barbare. UR. Hodie vulgus nusquam non est barbarum. Quin & chi non prorsus idem sonat in xaige, χειρας, βραχύ, χοῖεω, χω, χερρόνησος, quod in xaegi, xoeos, & direxos. Illic enim audis nescio quid sibili, quod in posterioribus non audis. LE. Num id recte? UR. Non ulla ratio, fed deliciæ morem hunc invexerunt, mea quidem sententia. LE. Apparet. Quod dicam à priscis traditum est, y si sequatur aspirata x, aut alterum y, aut g, sonat mea

### DE REGTA L. GR. ET LAT. PRON. 129

medium quiddam inter , & y, ut is meister, plixes, alpenos, with, oplit, enchiridion, rhonchus, angelus, lynx, fphinx. Adeoque non convenit his literis in eadem dictione, ut si prior syllaba desinat in, vertatur in s. Nam ab en xule compositum est, iszueidur. Quod si post ssuccedit z, utriusque literæ sonus mutatur, velut in avaling, rulkelis. Nam in his propemodum fonat , & x, propemodum f, propemodum dixi, quod non ad plenum exprimitur & & f. sed medium quiddam inter utrunque. Simile quiddam auditur & apud Latinos, si literæg, succedat n, aut alterum g, aut c, aut q, velut in magnus, agnus, pignus, cygnus, magnes, agger, aggero, ancora, anquiro. Ac veteres, quorum est Victorinus, adeo putabant nobis hic deesse literam, medio sono inter g, & n, ut pro aggerem & fuggestum scribendum existimarint, angerem, & fungestum: Rursus pro ancora, agcora: pro ancylia: agcylia. Verum n, litera nostris auribus blandior vicit. Illud certe conitat, Italos emendate loquentes, aliter fonare magnus, agnus, quam nos fonamus. Nec enim fonant agnus, ut a per se sonet, necag, nus, ut g hæreat priori vocali, verum pro g, audis quiddam quod neque sit prorsus n, neque prorsus g, sed è duobus medium quiddam. Ex eodem fonte nascitur, quod quidam scribere maluerunt anquiro quam acquiro, quod q, vim obtinet eanders cum c&k. Ea varietas ....

rietas declarat illos, nec prorfus fonuifie g. nec prorsus n, sed medium quiddam. censebant de ecquid, nunquid, namque, tanquam, quanquam, & fimilibus. Vis enim literæ, q, sic m, vertit in n, ut g, sonum admisceat. LE. Hæc mihi videntur argutiora; quam pro nostra regione. UR. Simile quiddam tradunt de sono medio inter m, &n, si fequatur p, b, aut ph, ut in ampullis, Lycambes & Amphimachus. Aufculta ut fonos auribus dijudices. Quid audis quum fono lycanbes. LE. n. UR. Quid quum Lycambes? LE. Prorfus m. URS. Quid nunc? Lycanbes. LEO. Nec m, nec n, fed quiddam utrinque mixtum. UR. Bene habet quod hæc inter nos aguntur lingua: nam calamo non possint exprimi. LE. Nisi vocalis esset calamus, quales erant illi plus fatis loquaces, qui Midæ auriculas sic traduxerunt ut hodie quoque proverbio celebrentur? UR. Sic est. Sed ut pergamus in t, d, & th five 9, vide quot modis peccetur. Germani superiores th subinde sonant & scribunt pro t, Protheus pro Proteus. Contrà nos fonamus t pro th, ut in Theologus, Timotheus, & Phaeton, Phlegethon, aliisque innumerabilibus, sed multo magis quum aspiratæ adhæret consonans alia, 9mis fonamus runtis, pro ethna, etna, pro Selfo zelψω, pro Thraces Traces: & in totum ægre affuescimus huic aspiratæ sonandæ, quam feliciter exprimunt Angli in initio, quum fua lingua

## DE RECTA L.GR.ET LAT. PRON. 131

gua dicunt furem : \* in fine, quum dicunt fabrum ferrarium. Nam his vocibus velut inimitabilibus solent hospitem provocare. Qui crasse docent, monitrant & propemodum sonare, quod nobis sonatts, quam syllabam nostra lingua facillime fonat in tsa, quum duabus syllabis dicimus, simul. LE. Agnosco. UR. Quin frequenter d&t, differentiam confundimus, veluti quum pro David sonamus Davit, & ad Petrum, adte, at Petrum, at te: quodidem facimus in b, nonnunquam sonantes pro abste, apste, quum d, & b crassius sint sonanda. Porro quod Græci r sonant, ut nos d Latinum, quoties præcedit v, in erros & errea, arbitror eos eodem jure facere, quo pro w sonant b Latinum in Eume. Nam quod pro ti, sonamus ci, quoties excipit vocalis, fortassis veterum autoritate probatum est in Laurentius & patientia, quum idem apud Græcos nequaquam fiat. De duplicibus duobus & & ... iam per occasionem diximus, quas Galli ægrè pronunciant duntaxat in initio dictionis, salmus sonantes pro psalmus, & senia pro xenia: nos hic certe sumus feliciores. Et Gallorum quorundam vulgus hic addere folet e, exenia pro xenia, epsallo pro psallo. Idem faciunt in st, sp, pro sto sonantes

\* Thief. Smith. Tsamen.

1 2

esto, prospecto expecto. LE. Isthuc non in Gallis tantum animadvertere licet. Scio & ante dictum esse, cum quibusdam Hispanis hoc illis esse commune. Et una tanrum Galliæ pars habet quod dico, ne totam in me concites. Tertia duplicium est 2, complectens in se & & 8, si & crasse pronuncies. Unde Græci quidam pro 22/20 scribunt 20/08a. pro merilen merioden. Alii rurfus dia vertuni in Ca: inde nobis etiam Caleros pro Ala Genos. Hanc literam, quoniam non reperitur nisi in Græcis dictionibus, Latini ferè vertunt in geminum si, ut in patrisso zwiella, & in musso uila. Eam Germani & feliciter & frequenter usurpant lingua vulgata, quemadmodum & Sarmatæ videntur ea delectari. Nos tamen loquentes interdum usurpamus illius sonum ubi nihil opus. id ferè perpetuo quoties s, incidit inter duas vocales, pro læsa dicentes læza, pro vise vize, pro illuso illuzo, pro risi rizi: quod unde venerit in nostram consuetudinem non satis queo conjectare, quum Romani non varient in hujus literæ pronunciatione, nec causam video mutationis, nec ab ullo veterum tale quicquam sit traditum. Nec enim sa debet aliud fonare in musa, quam sonat in salus: nec fo allud in vifo, quam in folus: nec se aliud in vise quem in sedeo: nec si aliud in risi quàmin Nec hujusmodi rei quicquam est apud Græcos, quibus o fonum suum perpetuo obtinet locis omnibus. LE, Atqui quosdam audia

### DE RECTA L. GR. ET LAT. PRON. 133

dio pro simplici f, sonare geminum. URS. Atque adeo scribunt quoties antecedit longa vocalis, ut in caussa & læssio. Ad eum modum scribere solitum ferunt M. Tullium. LEO. Fortaffis hinc nata est varietas. Fieri potest, quanquam reclamat Romanorum consuetudo: at nos idem facimus, etiam si correpta vocalis præcedat, ut in nisi'& miser. Quibus autem hic usus à pueris inolitus est, similiter peccant & in Græcis, sonantes picor pro μέσον, & μέζα pro μέσα. LE. Video rem operofiorem effe quam putaram emendate pronunciare. Verum nondum explicuisti quo pacto fonandum sit ¿. UR. Recte mones, nam exciderat, olingua ponè dentes superiores appressa profert lenem sibilum, qualem edit serpens minitans & erectus, ubi quis imprudens, propius ad nidum accesserit, unde litera S figuram habet ejus animantis sibilum edentis & inflexo corpore deterrentis. Unde & exsibilandi verbum deductum. Huic sibilo accedit fonus 8, fed crassior aut lenior potius. quemadmodum in cæteris duplicibus sibilum antecedit halitus oris quo sonatur p, aut c. Demiror autem quur hæc litera tantopere displicuerit Dionysio rhetori, qui tradit eum ferarum esse fonum, & vix homine dignum, quum Græci in plerisque dictionibus  $\epsilon$  vertant in  $\sigma$ , sicut attigimus supra: rursum quoties incidit A geminum, malunt in geminum as vertere, pro γλωτία γλώσα, pro Hilano Hosano, pro

fonantes. Nam si ideo displicer, quia hunc fonum à serpentibus didicerunt homines. displicere debet &k, quæ ranarum est & coccycis: & b. quæ est ovium: & m, quæ est boum; & , quæ est asinorum: & , quæ est canum rixantium: & a, quæ est puerorum vagientium. LE. Atqui ne desit omnino patronus Dionysio, prisci Latini videntur illam elidere soliti, Quod genus illud ex epigrammate quod refert Plinius in Historia Naturæ, Reginæ Junonis supremi coujugis templum. Item illud ex Ennii versibus quos adducit Aulus Gellius: Doctus, fidelis, suavis homo, facundus, suoque contentus atque beatus, scitus, secunda UR. Quid mihi narloquens in Tempore. ras Ennios, quasi non idem hodie faciant in oratione foluta Galli, quod Ennius fecit in carmine; prorsus elidentes f, quum incidit inter vocalem & confonantem: in fine vero fic obscurantes porrecta in immensum vocali, ut vix fentias, velut in est & dominus, in quorum priore, elifo f, sonant geminum, aut triplex potius eee: in posteriore, u trium vocalium habet spacium. LE. At mihi videntur viri justi pariter ac prudentes Hispani, qui quod Galli peccant, in f, abunde penfant, nihil sine hac litera pronunciantes, ac fæpius eam in eandem dictionem infulcientes. UR. Vera narras. LE. Si ludere vacaret, dicerem Gallos, quoniam non affueverunt fibilis ob serpentium illic raritatem, metu ac reli-

## DE RECTA L.GR. BELAT. PRON. 135

religione vitare literam, ne provocatum cognato fibilo noxium animal frequentius eò de-Contrà Hispanos, ut viros fortes, & serpentium sibilis assuetos, adeo contemnere illos, ut etiam obsibilent, quo absterreant, quomodo solent quidam oppedere tonitruis. Quod si nunc in re etiam seria fas effet jocis indulgere, poteram & illud adversus Dionysium proferre, quod matres ac nutrices hac litera quam ille vipeream vocat, femnos accerdunt infantibus. Sed mittamus & jocos, & recentiorum delicias ac fastidia. quot homines tot sententiæ. Magis me movet, quod priscis illis tantopere displicuerit. qui parce literam hanc admiscuerunt, in tantum ut quidam totas odas conscripseriut aoiyuns, hoc est nusquam admixto o. Quin & Pindarus fertur hanc literam infamasse versu, ה אנו שלט אושבתו בשריבות שוויובות שוויובות בשוום או שליו עליו ויום או שליים או שלי อนึก พ่ออินุเลง ลังมิลูผสน. Jam & illud admiror. quum ¿ respondeat gemino sigma, in hoc enim vertunt Latini, quur tantopere probetur eruditis, ut Quintilianus, homo minime furdus, vix aliam putet spirare suavius, ut in zephyris & zopyris. LE. Dicam quod venit in buccam. UR. Ut luber. LE. Ipfa se mollit, ut quædam si modice sumas lædunt: si copiose prosunt, ut de lactucis & restudinibus est proditum: quemadmodum n, in manna jucundius fonat quam in maneo: & m in mamma mollius est, quam in lama. Tum vis literæ 3, 14

admixta temperat afperitatem fibili. LE. Nihil absurdi loqueris. Superest f, de qua superius per occasionem nonnihil attigimus. Sed pleniorem explanationem data opera in hunc distulimus locum. Et hanc quidam judicarunt supervacaneam, scribentes philius, phacio, phacies: mox ph fervata est Græcis dictionibus phama, Phaeton, Phæbus, Philippus, Pamphilus: Latinis dicata f, felix, facio, fibra. Quanquam ne hic quidem fatis constantes sumus. Nam famam, sugam, & furem per f, scribimus, quum Græcis sint Φήμη, Φυρή, Φώς Quod si prorsus idem sonat  $\mathbf{f}$ , quod ph, five  $\phi$ , constat literam esse supervacaneam. Rursus si nihil interest in sono, qui convenit, ut φ numeretur inter mutas. £. locus datus fit inter femivocales? Ad hæc quid opus erat Aeolibus digamma, quum haberent  $\phi$ : aut nobis quum suppeteret s? Fatentur enim omnes Claudium Cæsarem jure addidisse digamma Aeolicum, quod nostro f, inverso notabatur a, utcunque vicit consuetudo. Ad hæc, quum autores quidam tradant apud nos u conforans eam habere vim quam apud Aeoles habet digamma: fequitur has literas fono variafse, quandoquidem constat u consonans, sonare diversum quiddam ab f. LE. Sic apparet. UR. Jam Priscianus, non omnino malus autor, scripsit nonnihi! esse discriminis inter ph Quod evidentius facit Quintilianus libro primo, referens jocum Ciceronis ex oratione

### DE RECTALL GREET LAT. PRON. 137

tione pro Fundano, testem Greecum opinor, irridentis, quod primam ejus nominis literam sonare non posset, Phundanus dicens pro Fundano. At M. Tullius magis erat irridendus fi Græcum o, & Latinum f, nihil fono discrepant. Idem Fabius libro, ni fallor xir, commemorat hanc literam Latinorum inter eas, quæ parum felicis funt foni, quod inter dentes effletur, unde fieri putat, ut sermo Latinus ne possit quidem ad jucunditatem Græ-. canica pronunciationis aspirare. Atqui si in hac litera paria faciunt Latini cum Græcis, ridiculum est quòd Fabius hoc argumento persuadere conatur, nos Græcis inferiores esse vocum suavitate. Adde his quod Terentianus docens hujus literæ pronunciationem, evidenter indicat discrimen inter ph, & f. quum enim docet aspirationem in initio vocalibus additam, aut consonantibus quatuor à tergo adjectam, non mutare litera fohum, sed tantum aspirationis gratiam addere. Sotadeo mepro lie rem explicata

Quia non adicit literalis novum fonorem,
Sed Gracula quadam scholita nitela vecis.

De f, longe aliter loquitur, referam enim illius carmen:

Imum superis dentibus apprimens labellum,
Spiramine leni, velut birta Graja vites,
Hanc ore sonabis modo que locata prima est.

An

An non hic duplici nota discernit of ab f? primum quia in f, labium inferius apprimitur fuperioribus dentibus, deinde quod spiritu leniore profertur, veluti studio vitandi Græcam aspirationem, quæ est in φ, cujus sono labiis utrisque diductis spiritus vehementior erumpit. Et haud scio an probabile sit, percontatorem illum qui ex Amphione sustulit aspirationem, de quo supra meminimus, ex Amphione fecisse Amsionem, quemadmodum alter ille Græcus ex Fundano fecit oundanum. Quæ. si vera sunt, triplici varietate distincta sunt, ph, f, & v consonans. LE. Qua ratione possunt auribus discerni? UR. In, ph, magis stringuntur labia, prius quam erumpat spiritus, is erumpit vehementior labiis ac dentibus latius diductis: inf, lenius, dentibus penè coeuntibus, & inferiore, ut dictum est, labro superioribus dentibus affixo, ut inter hæc litera velut effletur: in u consonante, multo etiam mollius effertur aspiratio, quam vel in o, vel in f, diductis & labiis, & dentibus in exitu vocis. Nunc auribus observa sonos. & oculis os meum intuere. Dico pha, fa, va, rursum phama, facio, vado. pæ manifestum video discrimen. UR. Superelt scrupulus, quid Aeolibus sonuerit digamma, tum autem an hodie recte sonemus u, consonans. Primum ubi jaceo fonamus conflatis primis vocalibus, præter ea nihil audimus in sono novi. At quum idem facimus in

## DE RECTA L. GR. et LAT. PRON. 139

in vadit, velo, vino, volo, vulnus, aliud quiddam settiunt aures. Sona ia, duabus fyllabis. LE. Ia. UR. Contrahe. LE. Ia. UR. Facidem in ua. Le. Uä. UR. Con trahe fimili modo. LE. Va. Sentio fonum primæ fyllabæ in nostratibus verbis, quum dicimus, \*vigilare, molle, vinum, & habitare. UR. Una igitur nobis deelt, fi recta efthorum temporum pronunciatio. LE. Dic cla-UR. Inter ph & f, nonnihil interesse in confesso est. LE. Est. UR. Inter f vero & u confonans multum interesse res in the loquitur. LE. Ut nos quidem fonantus. UR. Atqui cum Batavus sonat, album, aut latum, aliud audis vi, quam quum Latine dicis, vide: rursus aliud quum Batavus dicit percontari, aliud quum ulcisci, aut stringere. LE. Recte. Verum id scribunt per geminum UU. URS. Nimirum differentiæ caufa. Nam & illis est u consonans eo sono quo Latine loquentes efferimus, veluti cum dicunt, pinguem, aut, simultatem. Contrà quum dicunt, scito, aut legem. Alioqui que vocalis dufficatur initio dictionis; nisi mutet maturam? Nunc accipe & illud argumentum. LEO. Hic fum. URS. Quum Grammatica diligenter indicent affinitatem literarum inter iplas.

<sup>\*</sup> Walken weeth, win wohen, wit wet, weet wet.

ipsas, veluti quum pro i, ponitur u, ut in optumus: pro aspiratione f, ut in fordeo pro hordeo: pro f, t, ut in mertare & pultare, pro u, o, ut in dicont pro dicunt, ac similibus innumeris, nusquam mentionem faciunt affinitatis inter f & u consonans, tanta est soni vicinitas, ut si paulo lenius sones f, fiat v, si paulo pressioribus labris v, fiat f. LEO. Non leve, per Musas, argumentum. SS. Ad hæc apud Aulum Gellium libro decimo quarto capite quinto, Grammaticus ubi præscripsisset legem, per quam nomina desinentia in us, si proxime antecederet i, vocandi casum inflecterent in i, non in e, ut egregius egregi, quemadmodum Virgilius Virgili: divus, rivus & clivus & hujus generis alia hoc lemmate excepit à regula, quoniam non simpliciter desinerent in us, quemadmodum Virgilius, sed in eam quæ per duplex u scribitur, ad cuius literæ sonum declarandum repertum effet digamma Aeolicum. Quod si id tum sonabat, vus in rivus & clivus, quod hodie nobis, nihilo magis erat opus exceptione in rivus quam in Rufus, quum esset manifestus confonantis fonus ante u posterius. LE. Perfuades alium fuiffe fonum. Quid igitur cenfes? UR. Cenfor esse non ausim, at divino veteribus propemodum fonuisse f, quod Græcis fonat  $\phi$ , & quod hodie f, fonat Phrysonibus, sonant enim asperius quam nos, qui & u, consonans propemodum uti nos f, veluti quum

### DE RECTA L. GR. et LAT. PRON. 141

quum dicunt, \*muscam, volare, metuere. que nos per u consonans sonamus lenius. Porro u confonans sonuisse quod apud Aeoles & Claudium Cæfarem digamma. Id denique propemodum sonuisse, quod apud nos hodie fonat uu geminum. Nam quod in vulgata pronunciatione, u consonans sonamus aliquanto lenius qu'am f, apparet ex iisdem deliciis ortum, quæ pro sume sonant emboros, & pro Bird, vini. LE. Quibus indiciis isthuc colligis? UR. Ex iis quæ jam commemoravi, tum ex linguæ nostratis vestigiis, quam constat Græco Romanoque sermone permix-Innumera funt locorum vocabula tam esse. à vico dicta, ut cum dicimus, + comitis vicum, pastorum vicum, fontium vicum, in quibus ultima scribitur per u duplex, unde colligere licet quid olim sonuerit Latinis u consonans in vicus, vanus, rivus. LE. Verisimillimum est quod narras. UR. Item quum vulgata lingua nominas vinum, deprehendis quid in vino sonuerit prima syllaba. Idem arbitror esse quum dicimus 1 violentiam, quanquam corruptis, ut folet, literis aliquot. Rursus quum pro vacare dicimus vigilare, & quum Similiser fonamus ventum & ventosum.

\* Fliech flieghen fresen.

4 Ghewelt. Waken wint windich

<sup>†</sup> Contrayck Harderwyck Bruynswyck.

quim apud nos velut evanescit u, illi scribunt per geminum w, ut quum dicunt \*grave, ju-rare, vexare, fatuum, duos. Nam apud nos pluribus literis addicur, quam apud Latinos. Contra quum apud Latinos habetur f. Phrysones & Angli quidam vertunt in f. nos in u consonans, ut hodie sonant Latini, velut in + fluere, fluctu, pisce & similibus innumeris. Nam in pisce, & hinc derivatis p, tenue mutavimus in ph, pro qua scribebant f, nos rursus f, vertimus in u consonans, ut nunc quidem profertur. LE. Certa narras, mira tamen, & haud scio an omnibus credenda. UR. Hinc est quod Germani spirantiores, Latine loquentes confundunt interdum has literas, u consonans & f, quum efferunt convidit pro confidit, & fideo pro video. Nec mirum videri debet, si quod tradidimus non est perpetuo verum, sed fallit in quibusdam dictionibus, quum non ignores quanta sit sermonis vulgo crediti volubilitas & inconstantia. LE. Cætera facile corrigerentur, nimirum ut aliqua discrimine sonemus f, in filius, & ph, in Philippus. Cæterum illud durum, si quis pro vanus sonet vvanus, aut pro rivus rivvs: atque item in cæteris, quæ per u consonans efferuntur. UR. Nec est necesse, ut prorsus exprimamus vulgatam Germanorum pronunciationem: satis est si paulo longius receda-

<sup>\*</sup> Swaer sween qwelen dwaes twee. † Vloeyen vloet visch.

### DE RECTA L. CR. ET LAT. PRON. 143

cedamus à sono-f. & aliquanto propins accedamus ad fonum u, vocalis. Nam inter f. & u consonans fuille dissonantiam evidentiorem quam nunc est & illud arguit, quod nusquam altera in alterius vicem succedit, quod tamen in cæteris fit passim, inter quas vel tenuis intercedit cognatio, velut in Boursum & volo: rursum in eo que veteres, teste Fabio. pro hodo dicebant fordus, pro hordeo for-Verum non occurrit ubi vel f, mutarint in u consonans, vel u consonans in £. LE. Nondum animum omnibus scrupulis liberasti. Veteres qui meminerunt de digamma Aeolico, veluti Quintilianus, Priscianus, Aulus Gellius, & ni fallor, Victorinus, exempla proferunt, in quibus u antecedit seipsam. ut in vulgus & servus, rivus, & divus. Quod fi litera Aeolica non alibi locum habet, quid fonabit u, in vanus, Venus, vino, & volo? UR. Et in his eundem sonum indicat epigramma, quod Joannes Tortellius, vir fuo seculo magnus, Romæ sibivisum suisse testatur, in quo bis fixit, scriptum erat pro vivit. LE. Nil miror, fortalle Germanus quispiam aut Phryso posuit: quasi nos Rome non deprehenderimus in hujusmodi monumentis infignes folocifmos. UR. Atque non fic elaberis, ô bone, Terentiani versus audi.

Ut vade, veni, vota nefer, teueto vultum: Crevisse somm perspicis & coisse acassum: Unde

Unde Aeoliis litera fingitur digammos. Que de numero sit magis una consonantum, Vocalis in istum mage quam versa sit usum.

Audishic in exempla va, ve, vo, vu? quo minus autem posuerit, vi, metrum obstitit, quanquam dicere poterat, videto vultum, atque in his u mavult effe novam literam Aeolicam, quàm ex vocali mutatam, LEO. Nondum exemisti scrupulum. Præ A. Gellio & Quintiliano contemnere possem Terentianum, & quod ait de digammo, potest ad ultimum exemplum pertinere, videlicet vultum. Nam epigramma nihil me movet. A. Gellii fententiam retuli. Quintiliani verba subtexam. No-Asi, inquit, præceptores, cervon servonque u & o literis scripserunt, quia subjecta fibi vocalis in unum sonam coalescere & confundi nequiret, uanc vu gemina scribuntur, ea ratione quam reddidi, neutro sane modo vox quam sentimus efficitur. Nec inutiliter Claudius Aeolicam illam 3 ad hos usus literam ad-Ex his Quintiliani dictis perspicuum est, fuille quendam sonum quem nec o redderet Græcum, nec f Latinum, nec u con-Rursus constat u contonans aliud sofonans. nuisse in vado, venio, video & volo; quam in rivus aut servus: & hunc sonum: Latinis literis notari non potuisse, eoque peregrinam literam à vicinis Aeolibus mutuo sumptam, quam d'annum appellant, quæ ne videretur eadem

### DE RECTA L. GR. ET LAT. PRON. 145

dem cum f Latina, inversa est a. Ealoco utriusque u, ponebatur in seras, nec alias videtur habuisse locum. Nos autem nihil difcernimus u, consonantem, sive præcedat u. sive alias vocales, etiamsi hoc discrimen Quintilianus significat fuisse perquam tenue. Sentimus inquiens, & tamen erat aliquod, cujus gratia Romanus Imperator putarit literam aliunde accerfendam. UR. Sic urges, quali meditatus ad hoc certamen accesseris. Cogemur itaque quartum addere sonum, phu, fu, vo, vu, ut ph in phuga spiritum obtineat Græcanicum: f in fundo flatum Latinum: u in volo & crassius quidem quam f: u, in servus longius absit à sono f, quam u, in servos, ac propemodum fonet, quod apud Barbaros & olim sonabat u geminatum. Qua de re fatis, opinor, ante dissertum. LE. An fatis non liquet? Nam Victorinus tradit Aeolicum digamma eandem esse literam quam Hebræi dicunt Vau, eamque respondere nostræ u, consonanti/: sed libet quod in scholasticis disputationibus solenne est dicere, acquiesco, quo reliqua peragas. UR. De g, igitur dictum est, inter illius cognatas. De h, propemodum convenit inter Grammaticos, è literarum catalogo jure submovendum esse, nihiloque justius videri ut inter literas numeretur, quam si apud Græcos spiritus tonive nota in literarum ordinem accerseretur, quum interim, invitis Grammaticorum centuriis propě

pè dixerim, regnet în mediis literis, præpo sita vocalibus lenius sonans: rarius enim postponitur in aliquot barbaris & interjectionibus. veluti in ah, vah, oh, & proh, non fine rixa tamen Grammaticorum, cavillantium id per apocopèn fieri, quum integræ voces fuerint, aha, vaha, ohe, & prohe: aliis dicentibus nihilo magis præcipi posse, quomodo scribendæ fint interjectiones, quam præscribi potest allenis affectibus quorum illæ funt notæ: consonantibus vero postposita vehementius sonat. Postponitur autem c, t, p. Semper autem e apud Græcos, si consonans hæc sit vocis initium, rursus in medio geminatis #, additur posteriori, ut in choris, thymum, phyllis, & rhetor, & catarrhus. Nec raro mediis vocalibus interferitur, quo fonus fit vegetior. Siguidem Aulus Gellius citat pervetustos codices, quos existimabant fuisse Maronis minyeafque, in quibus ait se vidisse versum hunc ex secundo Aeneid.

Exultat telis, & luce coruscus abena.

ita fuisse scriptum, ut superne inter a & e,
h litera suerat annotata, abena. Similiter in
illo versu,

Aut foliis undam tepidi despumat abeni.

Quod idem in nibil & mibi factitatum, jam prius admonuimus. Adeo vero non est supervacanea, ut Aeolum exemplo Lavini quoque hujus vice subjiciant f, dicentes, ut modo

## DE RECTA L. GR. er LAT. PRON. 147

modo dictum est, pro hordeo fordeum & pro hoedus foedus. Latini in Græcis usurpandis non raro vertunt in f, quum pro E, dicunt sus, pro & superbus, pro true ferpo, pro tala leptem, pro & fex. LE. Mirum istos adeo contempsisse spiritum, quum videamus & arbores diffringi, & tella subverti, & mare intumescere, & terræ metus cieri spiritu. Verum illud adde, quomodo promendus hic flatus? UR. Quid ni fuperne? LE. Non hinc ambigo, quanquam & ructus superne erumpit: Sed quibus & quomodo temperatis organis? UR. Id in arteria, musculis & faucibus situm est, tam morigeris, ut animo nonnunquam aliud agenti tamen obsequantur. Puer virilem vocem edere non potest, sicut nec mulier, nimirum ob angustiam transitus. At vir constrictis musculis, quum libet, vocem edit puerilem. alioqui contractis aut dilatatis faucibus & arteria pro suo arbitratu, magis exilem aut grandiorem emittit. Nec igitur fummis labris edendus est flatus, qualem sonent, qui pultem plus æquo ferventem refrigerant, nec ab um= bilico ducendus, ut solent Germani quidam, tantum efflantes venti, quantum molæ fañinariæ circumagendæ sit satis, sed moderate proferendus è faucibus neque fatigandus pulmo, velut in spiritosis, ac labore anhelis. Sunt enim in quos illud è satyra possisdicere!

Tunc immensa cavi spirant mendacia folles. K 2 Et

Et sunt rursus qui moleste ferant sibi inhalari spiritum alienum, qui nonnunquam obolet allium, cepas, aut salsamenta, aut polypum, ut absit scabiei contagiosa, aut pestilentia, alteriusve morbi periculum, quum nullus sit facilior quam per halitum transitus. LE, Unde mihi videtur modestiæ causa natum, quod quidam ore presso loquuntur, quæ res apud Gallos mulierculis versa est in jocum oris pusilli. Ab eadem modestia natum arbitror, quod olim oculis femiclusis invicem intuebantur. Id indicant picturæ nostrates ante annos fere centum editæ, tali forma nobis exhibentes, si quos intelligi volunt ab improbitate vehementer alienos. LE. Emoriar, nisi istuc in picturis mediocris antiquitatis sæpenumero miratus sum. UR. Verum ut hoc ineptum sit, tamen est in oris & oculorum diductu quædam decora mediocritas. Me puero sese sic stringebant mulierculæ, ut infectas diceres. res quum esset inepta, videbatur quum primis elegans, simulque quod erat consequens, verecundum habebatur quam minimum cibi capere. Ad id enim confert medii corporis strictura. At è diverso parum decorum est mulierem discinctam videri.

> Virtus est medium vitiorum utrinque redactum.

Idem observandum in diducendo rictu, in dilatandis faucibus, in promendo spiritu. Peccant

## DE RECTA L.GR. et LAT. PRON. 149

cant qui nihil aspirant, peccant qui aspirant omnia, peccant qui lenius quam sat est, peccant qui plus fatis, sed gravissime peccant qui præpostere id faciunt. Nec quivis slatus est aspiratio literaria. Concitatus, anhelus, aut qui procul femotis loquitur, ut folent nautæ rusticique, majore spiritu loquuntur, quam qui cum proximis confabulatur. Verum hoc nihil ad grammaticum. Alioqui nullius literæ sonus absque spiritu promitur. De spiritu satis videmur nugati. Addamus his, si videtur, reliquas semivocales l, m, n, & r, inter quas e Dionysius Appellat, quum sit asperioris soni. Nam linguæ sastigio in palatum superius vibrato tremulis ictibus fragorem reddit, qualem audimus in lapide magno impetu perpulso sunda, aut jaculo balista excullo, aut baculo virgave celeri motu per aërem acto. Unde in dictionibus quibus celeritatem, impetum, aut asperitatem significare cupimus, hanc literam admiscemus, veluti Græcis in ρεώ, μπή, κρούω, χειμαρίκε, τεέχω, τραχύς, τεόμ. βείμω: Latinis in rapio, ruo, roto, fulgur, tonitru, torrens, ructus, horror, fremo firido. LE. Itane voces ad rerum quas significant, similitudinem effictæ sunt? Arbitrabar fortuito natas, aut certe pro arbitratu instituentium repertas. UR. Imò referunt ipsis elementis ipsoque sono quod signisicant, verum nihil est necesse rem totam, ut est, voce repræsentari, satis est aliquam similitu-

litudinem apparere, quæ si non appareat, tamen aliquid causæ subest, cur huic rei vocabulum hoc fit impositum. Bellum apud nos ominis gratia blanda voce fonatur quemadmodum apud Græcos Furiæ dicuntur Eumenides. Îta qui lenitatem, aut lentitudinem declarant, amant l, ut Græcis λείζειν. Latinis, lentus, labi, lenis, lubricus. Quæ vero magnitudinem, m, qua nulla spacio major litera, gaudent, ut Græcis μέρας, μακείς, apud Latinos magnus, mons, moles. Quur igitur leonem dicimus potius quam reonem? UR. Vel ominis causa, vel quia in longum porrectum est animal nullius proceri-LE. Si vera narras, oportebat cujuslibet rei in quavis lingua idem esse nomen. UR. Nihil est necesse. Quum enim sufficiat qualiscunque rei repræsentatio, potest eadem aliis atque aliis modis effingi. veluti quum Græce dicis xáuva, Latine bio, Batavice chapen; in singulis sentis expressam oris diductionem. LE. At quur mangely & mungely, quum diversa significent, eandem habent consonantem? UR. Affinitas inter contraria poscebat hoc, fed per a, quod ample fonat: & i, quod exiliter, notatur discrimen. Ad hæc quoniam ejusdem rei multæ sunt qualitates, satis est si ab una quapiam harum fumatur vocabulum, nec absurdum sit, si res eadem lingua pluribus vocabulis signetur. Verum satius est ut hanc disputationem in aliud tempus rejiciamus.

## DE RECTA L. GR. ET LAT. PRON. 151

mus, vel quia vix habet exitum argutatio, vel quia ad id quod instituimus nihil habet momenti: Alias dabitur otium si libebit. LE. Tuo arbitratu, sed absolve quod orsus es. UR L De l, dicam, itaque si linguam valide rendas in eam palati partem quæ dentibus supernis est proxima, moxque diducas os, erumpit blandus ille tinnitus, sonantior tamen in medio ac fine quam in initio dictionis, ut fol, mel, volo, lego, nisi quum finit syllabam, ut solvo, salvus. M, vero compressis inter se la-M biis, mugitum quendam intra oris specum attractis naribus edit, sonantissima in medio duplicata, ut mamma: in fine prorsus obmutetescens, unde pulen dicuntur Græcis & Lati-/ ne mussare, qui tacite loquintur, necaudent vocem claram edere. Hinc & mutum dixerunt Latini. Superest n, quæ ad palati con- N vexum inharente lingua, gemino naris & oris fpiritu vocem explicat, maxime tinniens in medio geminata, & in fine dictionis, aut syllabæ, ut in manna, mandragora & nomen, unde & tinniendi verbum Latinis, elementi vocem exprimens, fortass & ganniendi. Docet autem Fabius, olim diu fuisse rarum semivocales duplicare, ut in alliis, lallare, Tullius, manna, sanna & curro, & probabile est veteres sic fuisse loquutos ut scribebant. Nam eam rationem Quintilianus indicat optimam, ut ita scribantur dictiones, quemadmodum sonantur. Contrà vocales, ut dixi,

productas geminabant. LE. Isto pacto Gallos video posse defendi, qui palium dicunt pro pallio, mama, pro mamma, fana, pro fanna, anum pro anno, panum pro panno, torens, pro torrens. Quanquam hoc non in liquidis tantum faciunt. Ex concursu quarumlibet consonantium aliquam elidunt, aut certe obscurant, dum capa dicunt pro cappa, lipus pro lippus, batus pro battus. UR. Ridiculum sit nunc in nostram pronunciationem asciscere, quæ Ciceronis etiam ætate erant obso-Nec minus tamen peccant, licet diverso vitio, qui pro simplicibus sonant geminatas, comma pro coma, commedo pro comedo, comminus pro cominus, collo pro colo, bonnus pro bonus, curro pro curo, rippa pro ripa, pro pene penne, pro anus annus, camellus pro camelo, mustella pro mustela, suadella pro suadela. Si vetustas patrocinatur errori, antiquum est & hæc ita sonari. Etenim ni fuisset hic error, Victor non rixaretur cum fuis discipulis, quod in dictionibus consonantem perperam geminarent. Quanquam idem autor indicat, consonantem duplicandam Sicilica notula signari solere, quæ cujusmodi suerit, nec mihi satis liquet, nec refert, quum is scribendi mos jam olim exoleverit. Nihil, opi-Y nor, superest præter y, qua Latini non utuntur, nisi in Græcis dictionibus. Sonum illius fuisse medium inter i & u Gallico more pronunciatum jam indicavimus. Unde non defuerunt,

## DE RECTA L. GR. et LAT. PRON. 153

quorum est Victorinus, qui y literam nobis necessariam esse judicarunt, gyla, mysera, proxymus, optymus, Sylla: pro quibus nos gula, misera, proximus, optimus, & Sulla sonamus. quanquam Sylla est usitatius. LE Utinam. libeat & illud addere, quod solent literarum doctores. UR. Quid nam? LE. Ut exemplo proposito præceptiones, velut in speculo nobis oftendas, exigasque, num faris vel intellexerim, vel meminerim quæ tam multa UR. Nihil gravabor, verum id lingua fieri non potelt, nec est unde peramus calamum, atramentum, & chartas. LE. Imitabimur veteres paltores, qui teneris arborum corticibus inscribebant suos amores, spina, opinor, utentes pro stylo. UR. Non committemus ut cuiquam in nos damni dati Est mihi vagina recens, ac versit actio. fuum aliquot capax, & itylus adest, quanquam non in hune usum paratus. nam sic abuterentur omnes suis armis. UR. En scribo.

O'ptima quaêque di'és mi'seis mortalibus

Prima figit, subeunt morboi, tristisque senéctus.

Et labor, & durai rapit inclémentia mortis.

Nunc audi pronunciantem, oculis in vaginam defixis, auribus ad vocem attentis. LE. K 5 Ad-

Adfum, sona. UR. Vides & audis in optima & primam longam acutam. LE. Naturane, an pofitu?UR. Id hoc loco nihil refert, quandoquidem tonus est in antepenultima. LE. Recte. UR. In fecunda syllaba ti, audistine fonum medium inter i, & u Gallicum, quemadmodum in beri? LE Plane. UR. Tertiam vides brevem, addita veluti semicirculi nota, sursum porrectis cornibus, ne putetur auferendi ca-LE. Video, sed quur media non habet notam? UR. Quoniam accentus arguit illam esse brevem, Latinis duntaxat. Quur in quæque prior habet circumflexum? UR. Quoniam natura longa est, nimirum diphthongus, & fyllaba fequitur natura brevis. LE Quin hic addis notam productionis ? UR. Quoniam tonus ipse demonstrat esse porrectam, qui nisi in longis non habet locum. idque vel in fine, vel in proxima finali. dem de causa, que, nullam habet notam. quoniam inflexus accentus in eadem dictione non antecedit nisi natura brevem. LE. Sed præstat ut tu me perconteris. UR. Agam si lubet, grammaticum, tu discipuli personam sustine. LE Hoc sane malebam. UR. Dies quur priorem acuit? LE. Quia sequitur natura longa. UR. Adde, & præcedit brevis. Quoties enim ultima natura longa est, non refere qualis syllaba præcedat, secus esset si prior effet longa, non positione, sed natura. Nunc sona mini politeriorem syllabam, es. LEO. Dies. URS.

### DE RECTA L. GR. et LAT, PRON. 155

URS. Probe, quasi sit geminum ee, & sono Gallico. Atqui vulgus non discernit es in eo unde elt aris: in dies & fames, ab es à sum. Quur in miseris prima acuitur? LE. Quia penultima natura brevis est, eoque notam non habet. URSUS. Rurfum fona mihi miferis. LEO. Miseris. UR, Sentis ne to hic bis peccasse? LE, Qui, UR. Primum le, non oportebat aliud sonare inter duas vocales, quam sonat in sedere. LE. Exciderat. UR. Deinde ris, sonandum erat veluti duplicato ii quemadmodum fonas Batavice glaciem. Nunc denuo fona, LE. Miseris, UR. Pulchre. Sequitur mortalibus. In mor, quam vides notam? LE. Brevis, & ejus notulæ dimidium. UR. Quid sibi vult? LE. Quia fyllaba mor, positu longa est, non natura. UR. Unde id doces? LE. In promptu est, quum dicimus émori. UR. Quid in ta? LE. Virgulam jacentem, quæ doceat natura longam. UR. Quur præterea nihil? LE. Quoniam fyllaba non definit in confonantem, eoque non habet nisi duo tempora. UR. Li, quur nullam habet notam? LE. Quoniam accentus præcedens, indicat esse brevem. UR. Quid si dicas mertalis? Lk. Circumflectam td. natura longam, sequento lis natura brevi. UR. Quomodo somas bus? LE. Non u Wesphalico, sed Gallico, mist quod non itidem porrigo labra, neque profero fonum. UR. Docilem agis discipulum. Ævi.

Ævi, quar priorem non circumflectit, sed acuit? LE. Quoniam sequitur ultima natura longa. UR. Quid si positu tantum esset longa? LEO. Circumflecteretur. URS. Da exemplum. LE. Ut si dicas ævum. UR. natura brevis est posterior, ut in Sorex, Sôrex. Prima, quur inflectit tonum? LE. Quoniam natura longa fequentem habet natura brevem. UR. Quid si dicas, prima luce? LE. Acuam primam, & ma addam virgulam, prima. UR. Quanquam & hoc fupervacuum æquè atque in brevi, sed fúgit, quur acuit priorem? LE. Quoniam brevis natura brevem præcedit. URS. Quid si dicas fugit beri? Inflectam fû. UR. Quur? LE. Quoniam natura longa proximam habet naturabrevem. UR. Quur prior in morbi, caret nota brevis? LE. Quia producitur. UR. Ouin igitur addita est nota porrectæ, sed brevis & semis? LE. Quia positu longa est non natura. UR. Quur prior acutum habet potiusquam inflexum? LE. Quia & ipsa positu longa est, & sequitur natura longa. UR. Unde scis esse positu longam? LEO. Quia deduci videtur à moriendi verbo. Quid fibi vult diphthongus in posteriore? LE. Ut discernatur à genitivo singulari. UR. Tratisque, quur priorem habet circumflexam? LE. Quoniam natura longa est. UR. Verum, sed sequitur longa. LE. Positu, non natura. UR. Unde tonus alter? LE. Ex què

### DE RECTA L. GR. et LAT. PRON. 157

and conjunctione, que proximam è gravi facit acutam, quod idem faciunt ne, & ve. UR. Senétius, vides longe aliud fonare ultimam quam in mortalibus. LE. Quid ni videam? Hic Gallos imitor excepto tono. UR. Et, Quur nullum habet accentum? LEO. Opinor quod ut conjunctiuncula adhæret illi quod connectit, quod idem accidit in nonnullis præpositionibus, quæ sic annectuntur suis casibus, quasi situnica dictio, ut inarmis, inbello, exædibus. Item in disfyllabis, ut superomnia, præteromnes, antediem. Nam in vetustis codicibus etiam scriptura conjungit hæc. UR. Commodus es discipulus qui vicissim & doces. Quid si labor inflexisses? LE. Jam ex nomine fecissem verbum. Dirai, quur acuit priorem? LE. Quia longa natura præcedit longam. UR. Qui fit igitur ut Græci circumflectant pison? LE. Quia' w, & a in fine dictionis, pro brevibus habentur, duntaxat, quod ad accentus rationem attinet. Ea lex non est apud Latinos. UR.Quur igitur non scribunt procus inflexe? LE. Obstat addita consonans. URS. Ouur in dirai pro æ scriptum est ai? LE. Ut distingueres genitivum à nominativo plurali. UR. Quum mortis longam habeat ante brevem, quur non inflectitur prior? LE. Quia positu longa est, non natura. UR. Unde id conjectas? LE. Quoniam à Græco μίρω. & inde mori. ut

ante dictum est. URSUS. Nunc rursus silibet ausculta me sonantem hos versus:

Optima queque dies miseris mortalibus evi, Prima sugit, subeunt morbi tristisque senettus, Et labor, & diræ rapit inclementia mortis.

LE. Auscultavi non oscitanter. UR. Primum, animadvertisne qualdam productas fonare tono acuto, ut ævi: quasdam inflexo. velut in prima & triftis. LE. Sensi discrimen. URS. Deinde breves, aliquot acuto tono, ut dies, mî/eris, fûgit, labor, rapit. LE. Qua in re peccant Latini quum Græca pronunciant? UR. Nec illud te fugit, me aliquanto productius sonuisse natura quam positu longas. LE. Sensi, verum admonuisti, subrile discrimen hoc non servari in metris. que suis current legibus. UR. Et in queque, sensisti elidi u, licet non penitus. Sensi & hoc. URSUS. Jam in evi, duo sensisti & diphthongi vestigium, & sonum Acolicæ literæ. LEO. Sensi tenue guoddam. URS. In prima fugit, arbitror animadvertiffe te discrimen inter inflexum tonum & acutum. LEO. Non hic tantum. URS. Quin in, subeunt, non te latuit, opinor, aliud sonare u, quam in mortalibus & senectus. Videbar audire ov diphthongum. URS. Itidem audis in funt, legunt, audiunt. dentius erit discrimen, si tollas liquidam, & funt

### DE RECTA L. GR. ET LAT. PRON. 139

sumt vertas in sutor, & eunt in oter. LE. Papæ quantum interest. UR. Verum hocut ante dictum est fortassis excusabit vetustas, quæ in hujusmodi ont pro unt solet, scribere, legont, cupiont. Rursus in optime, deprehendisti o semoveri à pr. Sic efferunt Itali. nec liquet quam ob causam, quum sint dus mutæ. Et incertum an ab opto deducta vox sit, nec fatis constat naturáne producatur prima an positu. LE. Quid igitur? UR. Eas in quibus nec ipfa vocalis, nec diphthongus, nec cognatio dictionum dissolvit ambiguitatem pro natura longis habemus, quemadmodum in tratis. LE. Pergratum feceris Urse, a Græcum distichum tantum, ad eundem modum excusseris. UR. Est disticho locus, en tibi carmen Hesiodi:

Aidwis औं एक्स बंद्रवीन अध्यक्तामिक बंदिल अव्यक्ति. Aidwis में बंदिलक मार्ट्स क्षार्टी, निर्दे क्षांमात्र.

Nunc oculis observa scripturam, vocem auribus. LE. Istic sum.

Aldeis र डिंग्स बीजानी सक्तृत्वाधीरिक वैष्ठेला सक्सीर्थ Aldes में वेष्ठीमार मार्ग्य कांग्यी मेर्ड वेष्ट्राकार

LE. Novem pronunciandi genus. UR. An non alium audis fonum in es quam in es, aut in es? LE. Quid ni audiam, ai furdus fim? UR. Audis propemodum cam vovem quam, edunt

edunt Suevi sonantes Cæsarem sua lingua. LE. Maxime. Nec a prorfus, nec i prorfus, fed tamen utramque agnosco literam, UR. Deinde in Sois, audis 8, aliquanto sonare crassius quod d, vulgo sonant Latini. LE. Planè. UR. Ad hac in due, non idem fonat os quod in idle. LE. Audio longam ex dua-UR. Quid on bus oo minutis conflatam. audisne Gallicum u? LE. Minime. Italicum? LEO. Non. Wesphalicum? LE. Propemodum, nisi quod o magis resonat, ut quum nos dicimus frigidum. UR. Quid in 3/? LE. 9 feliciter aspiratum & pro 1, propemodum a Zelandicum. URS. Quur 3 gravatur potius quam acuitur? LE. Quoniam sensus nullam ibi concedit interspirationem. Alioqui transisset gravis in acutum. CR. Quid in xe? LE. Idem ferè sonat x quod reull, nisi quod lingua nonnihil lentescere videtur ad v. UR. Tantulum sanè dare sas est confuetudini. Nec te fugit hic ze præter naturam fuam porrigi, quod à muta liquidaque excipitur. LE. Teneo. UR. Neclideo produci per quod habeat tonum acutum. LE. Utranque corripis where priore clarius fonante, posterio-UR. Quur in avocat prior re fummithus. acuitur potius qu'am inflectitur ardes? LE. Quoniam positu longa est, non natura. UR. Atqui Homero oft anceps. LE. Sat est alicubi corripi, ut hanc legem effugiat. Nam in airie a breve est. URS. Jam in mould, nonne

## DE RECTA L. GR. ETLAT. PRON. 102

ne aliud fonat vocalis penultima, aliud diph? thongus ultima? LE. In & audio sonum ex & conflatum. UR. Atqui nostro vulgo nihil distinguitur inter 91, 44, 44. LE. Sic.est. UR. In altero carmine, in it rursus audis a Scoticum, & in when præter y & jota quod fuo utcunque sono dignoscitur, quum nos confundere soleamus, on nihil aliud sonat quam in five), aliis fonaturis solyc. LE. Memini. UR; Nec ideo corripio penultimum q, quod præcedat acuta brevis, quemadmodum nec in ulas priorem porrigo, quod tono intendatur, non extendatur. LE. Nihil evidentius, si quis affuescat. Jam ne satis dissertum est, quod at4. tinet ad rectam pronunciationem? UR. De rhetorica pronunciatione non institueramus dicere, de grammatica non ita multum arbitror superesse; si junxerimus distinguendi, rationes. Nam & in his peccat vulgatus usus; Nec jam loquor tantum de incisis; quæ commata vocant Graci, deque membris, qua cola nominant, & de periodis, que conclusiones aut circumacta dicas licebit, deque notis horum si scribas: silentii modis, si pronuncies: verumetiam de morulis respirattonum, quæ tradi arte non possunt: quando quidem nec in illis tradendis admodum consentiunt Grammatici, nec perpetuum est quod tradant. Nec enim semper æquale silentium dirimit comma à commate, nec colon à colo.

Nec quamvis periodum sequitur æque prolixà respiration Quoties enim articuli constant singulis verbis accuberus, neque nihil, & minimum moræ debet interponi, ut veni, vidi, vici. Sin duabus ac pluribus vocibus, plusculum interponitur moræ, ut rem familiarem prodegit, famam prostituit, genus dehonestavit, amicos alienavit, patriam prodidit. Hic commatum cursus quidam & congeries est. Rurfus quum prius comma proponitur velut à percontante, & posterius accinitur velut à respondente, paulo longius silentium intercedet, ut, Quæ tandem spes est illum fore frugi? Num pudor corriget? Jam pridem depuduit: Amicorum consilia? Ne parentibus quidem. unquam auscultavit: Aetas grandior? Ea semper addidit nequitiam. Interdum ipsa incisa habent levem incisionem, velut in illo Musonii dicto: Si quid turpe feceris cum voluptate. voluptas abit, turpitudo manet: Si quid honeste feceris cum labore, labor abit, honestas manet: Hic quanquam in utroque membro; post voluptate & labore est diastole, tamen post feceris, & post abit, & manet, nonnihil est respirationis, quo magis sentiatur comhwois. Rursus idem fit in secundo membro. Subtilius est autem quod indicat Fabius in, Arma, virumque cano: Primam dictionem arma, per hypodiastolen separandam à sequentibus, quum uterque casus referatur ad idem

# DE RECTA L. GR. ET LAT. PRON. 163

idem verbum cano, cæterum quoniam virum refertur ad sequentia: nimirum hæc, I rojæ qui primus ob oris, brevissima interspiratiun. cula monendus est auditor, sic ut minimum accedat silentio, minimum decedat brevi Tyllabæ. Unde comoson dicitur, quod brevi quoque non nihil detrahitur. Quoties enim ex longa fit brevis, ut, urbemque Fidenam, systolen vocant Grammatici, hoc hyposystolen appellat Fabius, quæ dimidium temporis detras hit syllabæ, & addit silentio. Rursus post hanc clausulam, Atque altæ mænia Romæ. quatuor aut quinque temporum spacio vocem suspendere licebit, ut velut novo exordio subjicias: Musa mihi causas memora. Interdum & vox nonnihil immutatur, ubi particulam à sensu divulsam interseris, ut: Hos illi, quod nec bene vertat, mittimus hados: quia nec bene vertat, voce nonnihil immutata fonatur. Obscurius est in illo, quimalum; alii. Malum enim, quoniam interjectionis vicem obtinet, levi submissione vocis distinguendum est, nec non morula, sed brevissima. Cæterum in Adelphis Mitio quum dixisset. Storax, clariore voce fonuit, nimirum accerfens servum, interposito justo silentio, reliqua mutata voce veluti secum loquitur. Verum hæc persequi non est hujus instituti; & exstant autores unde hæc qui volet possit petere: quod hic agimus illud est, pueros arcen-

cendos à more quorundam, qui totum sermonem perpetua linguæ volubilitate, & ut Græci dicunt, involsi pronunciant, quod in Gallis potissimum mihi videor animadvertisse. nonnullis etiam hoc ceu virtutem affectanti-Rursus alii singulas penè voces longa interspiratione, aut etiam tussi gemituve dirimunt, nec ullum tam leviter incisum occurrit, ubi non diutius interfilescant. Sunt autem voces quæ se nullo silentio interposito patiuntur conjungi, ut cumprimis, & homo prædives, oratio benelonga, vir malefanus, quasi compositæ sint. Rursus aliæ non patiuntur, ut uxor justit suo nomine tibi salutemi dicerem: uxor à justit, tenui discrimine separandum est, atque etiam justità pronomine suo, ob collisionem consonantium : suo nomine, pro-At id magis faciendum in be fibi cohærent. duplicibus; duplicatis, aut concursu duplicatarum, ut syncera pax xenia non moratur, & pons struendus: inter pax & xenia, inter bons & struendus distinctio verè duo requirit tempora. Et, Declarant studium in nos shum: Inter declarant & studium, vix sufficit interposuisse tempus unum. LE. Deum immortalem, quam operosa res est emendate loqui. UR. Ex his conjicias licebit cætera. Nam, ut diximus, innumeræ sunt causæ quæ vel continuationem suadent, vel incisionem dictionum & partium. LE. Haud prorfus aliemum

## DE RECTA L.GR. ET LAT. PRON, 164

lienum set ab hoc argumento, de distinction num notis nonnihil attingere. UR. Optarim in his typographos consenure. Nunc varise feruntur, nec pares tamen varietati diltinguende vocis. Theodorus Gaza eodem puncto distinguit triplicem pronunciationem, perfectam puncto in medio spacii posito, impersectam in imo, mediam in summo. Verum hie ut facilis est scribarum lapsus, & ita & pronunciantium falli possunt oculi. Malim notulas variam habere figuram, ut minima interspiratiuncula, qualis est post vocandi casum interdum signetur puncto inflexo, ad imum dictionis: paulo major distinctio duobus punctis, quorum alterum ad latus additum modice flectatur deorsum: principale vero comma quod secat orationem notetur duobus punctis, quorum superius inferiori immineat. Cæterum ubi jam non pendet constructio, sed additur aliquid sententiz, punctum addatur imæ dictioni. Totam periodum absolutam, signent duo puncta quorum inferius fluat deorsium, que Græcis nota est interrogandi. Si quid extra ordinem interjicitur quod velut ab alio interloquente dictum, submissiore voce sonari solet, lunulis duabus dimidiatis signant quidam. Interrogationem nota Gracorum inversa signant Latini. Hic existit scrupulus, quæ sit era interrogatio. Quoties negamus per interrogationem, quidam non putant addendam L 3

notam. Multo minus quum percontandi specie dubitamus aut miramur. Hæc differentia vi detur & alteram notam desiderare, que sie fingi posset; unico puncto sursum inslexo. fam si illud quoque conveniat, et omnes ad fingulas notas vocem accommodent, non parum eric commoditatis vel iis qui dictant ahis scribenda, vel iis qui collatione, codices emendant, vel iis derrique qui publice recitant aliquid. LE. Et breviter & dilucide rem expedisti, nec ampirus abs te requiram, st exemplum subjeceris. UR. Ausculta ergo. Si mihi chariffime nepos, daretur optio, malim brevem vitam cam honestate, quam longam cum infamia. Propterea quod nullimortalium vita possir contingere, memorial vero (qua vera est homini vita) in multa fecula porrigatur. Quid vero humana vita fugacius: contră quot seculorum milibus quorundam fama durat? LEO. Nihil prætermissum. UR. Illud tamen admonendus es. ut commata, ita & hypodiastolas & hypostigmas posse plures in eadem periodo incidere. Nam quemadmodum ea pars quæ præcedit. comma principale, aut etiam colon, potest habere plures minutas distinctiunculas, ita & ea quæ sequitur: omitto nunc illas notulas. quæ monent syllabas ac dictiones dividendas que male conjungerentur. LE. Recte, sed probas ne quorundam, meo judicio, moro-

## DE RECTA L. GR. et LAT. PRON. 167

fam diligentiam, qui Gracorum exemplo Latinis dictionibus afficribunt spiritus ac tonos, ac præter illorum exemplum, etiam porrectionis aut correptionis notas addunt, hi quoqua è literarum ordine submota, hujus vice notulam superscribunt aspiranda, literae? UR. Superstitiosum scribendi genus audio. LE. Non desuere tamen apud Italos, qui genus hoc invehere moliebantur. Si pateris addam ezemplum tuæ vaginæ. UR. Vel totam occupa. LE. Distichon sat erit.

ómnia su'nt o'minum t'enu pende'nua si'lo; Et su'bro casu que valuère ruant.

Quid tibi videtur? UR. Hic ilind vetus occurrit, partir a jan. Primum h, jam tot seculis receptam, quid attinet tollere? Deinde signare temporum minutias, nimis curiosum mihi videtur: tonos & productiones aut correptiones in his notare, in quibus causa quæpiam hortatur, probo. LE. Quot causas adferunt? UR. Tres potissimum, distinctionem, ambiguitatem, & necessitatem. Distinctio & ambiguitas, quarum illa videtur habere locum in unica dictione, altera in duabus, pluribusve, suadet addi notam mutati accentus, ut quum dicimus, ponè ratem, ultimæ

## LE D. ERASMI, DIALOGUS

elmæ tonum addimus, ut ponè intelligatur esse prepolitio, idem valens quod juxta: non imi perativum à pono. Nam pône metum, hae bet priorem circumflexam. Rurlus, penà rem patriam perdidit, quum adverbium intelligi volo, posteriori tonum addo: quum membrum obscanum, priorem instecto, pene rem perdidit. De lâbor & labor ante dictum est. LE. Memini. UR. Idem licet in palam dedit, adverbium indicans. Addo tonum in fine: fi est instrumentum rustica. num, aut anuli pars, priorem inflecto. Nec codem modo fono, quum improbum & efferatis moribus ajo féræ similem: & quum cum qui non multum abelt à forma alterius, dico fere similem. Ad eundem modum quantitas distinguit dictionem, cé'do, unde cecidi, longam habet & acutam : cedo unde cessi. non habet quo discernatur, nisi forte tono cedo: sed ab hoc, cedo, quod pro dic interdum usurpatur, sursus nota brevitatis discermitur. - At cécidi à cado, primam habet acutam: à cédo penultimam cecidi. Item profécto participium est sprofectò adverbium affirmantis: & vúlgo vérbum elt, & vulgò nomen sive adverbium. Cêrto verbum, certò adverbium. Fálso nomen, falso adverbium, tametsi quidam hoc malunt circumflectere: una nomen, unà adverbium: os unde oris: & os, unde ossis: & ôra, ab os, & óra verbum: ergo conjunctio; &

#### DE RECTA L. GR. et LAT. PRON. 169

ergû nomen pro gratia. Illius ergô venimus. Ita diltinguimus raûce & spûrce vocandi cafum, & rauce, spurce adverbium: lége verbum à lêge nomine: vénimus & vénit præteritum à venîmus, & vénit præsenti: & divûm à divum, & deûm à déum, & numûm à numum genitivos ab accufativis. Hujus generis exempla sunt infinita. Necessitatis exempum adferunt, quum dicimus interea loci. in adverbio transferentes tonum ab antepenultima prioris dictionis in ultimam, & proximam dictionem suo tono spoliantes, ut auditor admoneatur, intereá loci, nihil aliud valere quam interea. Nam loci festivitatis causa adjungitur. Hujus sarinæ sunt, malésicus, malefânus, ficut malefuada, admodum, propémodum, invicem, propédiem, indies. Idem fit quoties ex præpolitione & adverbio conflatur dictio proinde, déinde. Similiter in conjunctionibus enimvero, eténim siquidem, quandoquidem. Nec ideo statim corripio, ve penultimam in enimvero, si nim, præcedentem fyllabam acuo, Alii necessitatis exemplum producunt quam dicimus, homo probus doctusque, ut intelligas que, coniunctionem adhærere proximæ dictioni præter rationem accentuum: posteriorem svllabam acuo: & si plurium syllabarum sit dictio, geminum addo tonum, ut omniumque. ter enim effero, omnium quæ fecit rationem

## AN DERASMI DIALOGUS

reddidit : aliter, patris omniumque cognatorum favorem amisit. LE. At vereor ne quis nos ebetes flupidosque vocet, si non queamus ex iplo sensu dijudicare, in, Falso queritur genus humanum : falfo adverbium fit. n nomen, an participium. Aut in illo. Nune scio quid sit amor: amor, nomen sit an verbum. UR. Sit hoc fanè perspicuum mediocriter eruditis, at frequenter fic incidunt ut semidosti labantur, dosti nonnihil hæsitent. An non rectum fuerit illorum errorem, horum contatiunculam exiguo negocio redimere & Vulgo quantum operæ perit in adjectitiis literarum flexibus & lascivientibus lineis? Quanto facilius est addere virgulam? quæ ut doctis mitil officit, ita pueris & illiteratis est neces-Rudis enim ætatis hic negocium agithus potissimum. His quum dictamus, ab his quum exigimus dictata, quum scripturam emendatam exposcimus, tum hac supervacanea videri non possunt. Nec tamen in his mihi probatur anxia superstitiosaque cura, præferem ubi res agitur seria, quod non hic tantum præcepit ille scriptorum omnium diligentissmus Quintilianus, sed eum qui bene scribere nititur Feuriosum non esse, sed suisse oportet, quemadmodum, ut ait Seneca, quædam didieisse oportet, non discere. Tum demum gratiam habet in arte negligentia, si successit immodice diligentiæ, ita ut remissam.

# DE RECTA L. GR. ET LAT. PRON. 174

remissam sentias non omissam. Hæc nimirum est illa docta negligentia, quam Terentius mavult æmulari, quam aliorum obscuram diligentiam. LE. At funt qui putant à mad guis autoribus rectissime dictum, scientiam mihi servans, usum sequor? & sapiendum! ut pauci, loquendum ut plures. UR. Isthuc tum fortassis erat aliquid, quum sermonis jus adhuc penes populum erat, quumque ritu foliorum cadentium viciffim ac subnascentium nova verba gigneret, dejiceretque quæ fuerant in honore vocabula pro suo arbitrio popularis ufus. Quamquam nec Cicero, nec Quintilianus loquuti funt ut plures. Nec enim vulgo receptus error, usus nomen promeretur. Nunc vero nihil rei nobis elt cum populo, à doctis petitur omnis loquendi ratio. LE. A quibus tandem, & quo seculo natis? UR. Hic tibi pro me respondet vetus Græcorum proverbium, se mirre, se mirre, se கில் எய்ரமா. 'A Cicerone nemo negat optimuni loquendi exemplar peti, nec inficiari possumus eo seculo dicendi genus incorruptissimum suisse, quo jam & horror ille himium priscæ vetustatis abesset, & nondum degenerallet Romanæ linguæ fynceritas. Non tamen ab uno Cicerone petam omnia, nec statim quicquid illi placuit, pro optimo duxerim, ut rissi dicere malim quam risi, quia sic ille fertur scribere solitus, nec rejiciam si quid

vetultiores aut recentiores porrexere melius. LE. Nunc quibusdam putet quicquid in libris Ciceronis non deprehenditur. Rursus alii si quam scripturam in cariosa charta, aut in saxo vetustate semeso, aut in nomismate pervetusto reperiunt, eam vocant in exemplum dicendi scribendique. UR. Equidem hoc hominum genus ridere soleo, non odisse, Delectant enim nos antiquitatis lludio, nonnunquam & profunt. Non permittam autem illis, ut è suis deliciis, loquendi leges nobis præscribant. Siquidem orthographiæ ratio nec eodem feculo fuit eadem apud om-Et tamen obsoleta loco intermixta fuam habent gratiam, veluti quum citamus priscorum dicta, aut ad illa alludimus. Tum fi quid desiderabitur in supellectile Romani fermonis, quod apud Ciceronem non reperiatur, haud verebor ex Catone, Varrone, Pliniis, Quintiliano, Seneca, Suetonio, Quinto Curtio, Columella, sumere mutuo: Si ah his quoque destituor, superest Græcorum sacra ancora. LE. Nihil ne igitur petendum ab horum temporum consuetudine? UR. Quid ni, si quid habeat recti? Vides quam multa sumpserimus ex Gallorum, Germanorum, Britannorum, Italorum vulgari pronunciatione. Et si mihi disputandum esset in scholis publicis, ineptus essem si nihil tribuerem ibi receptæ consuetudini: Præstat enim balbutire

# DE RECTA L.GR. ET LAT. PRON. 175

butire cum balbis, quam & rideri, nec intelligi. Attamen ita cedendum est consuetudini, ut medicus cedit morbo, paulatim allevians, quando semel non potest tollere. Et nunc in scholis feruntur, que ante annos triginta fuissent explosa: Adeo quædam facilius elabuntur quam expelluntur. Quis olim tulisset in templis pronunciantem Timotheus antepenultima acuta? Aut kvrie eleeson, septem syllabis, & absque diphthongo? Aut Christe sonantem pro Christe? Nunc probantur etiam, non modo feruntur. Cæterum illa debet esse curarum prima ne puer Græce Latineve profuncians, ex vulgari sermone vitia trahat, quorum minimum esse ferunt apud Romanos, plurimum apud Gallos, plus fatis apud Germanos, nonnihil & apud Hispanos. Anglis in ratione pronunciandi, secundum ipsos primam laudem uribuunt Itali. Sed quid rissifti Leo? LE. Rugire leonum est, non ridere: Dicam tamen quæ res in mentem veniens mihi risum excusserit. UR. Narra te quæso, ut ipse quoque tecum rideam. LE. Dicam. Non admodum diu est, quod me forte præsente Maximilianus Cæfar, ab aliquot oratoribus falutaretur, quod ex more magis quam ex animo nonnunquam fieri folet, quorum unus erat Gallus, natione Cenomanus, nomen non exprimam, ne videar hominem notare cui benc

ne volo. Is orationem ab Italo quopiam. us arbitror, compositam, nec male Latinam a deo Gallice pronunciavit, ut Italis aliquot eruditis qui tum aderant, Gallice non Latine dicere crederetur. Nominare possim ex illis aliquot tipi non ignotos. Quum is peroraffet, non absque incommodo: Nam in media dictione fibrexciderat, turbatus, ut conjicio, rifu circumitantium: quærebatur qui ex more responderer, idque ex tempore. Nam Galli oracio præter exspectationem acciderat. Protrusus est ad hoc negocii Doctor quidam aulicus. UR. Unde id liquebat? LE. Pileum gestabat suffultum candidis pellibus. Hoc figni., Is hunc in modum orfus est, Cafarea maghestas penè caudet fidere fos borationem festram lipenter audisit; aliaque tanto spiritu, tamque Germanice, ut nemo pulgari lingua dicens, possit magis Germanice. Hunc major excepit risus. Sequutus est orator Daniæ, quanquam is qui dicebat videbatur Scotus, mire referens eius gentis pronunciationem: Huic oppositus est Zelandus quidam, dejerasses neutrum loqui Latine. UR. Quid interea Cæsar, potuit ne tenere risom? LE. Assueverat hujusmodi fabulis, nec erat ullius linguæ rudis. Verum hæc eo dico, quo tua dicta confirmem, nihil prius curandum quam ut puer dediscat vitia linguæ gentilitiæ. Supercst ut indices qui-

# DE RECTA, L. GR. ET LAT. PRON. 172

bus id rationibus quam ocyfline & quam shis cissime fieri possit? UR. A psistaco licar exemplum fumere. Crebro occinitur meditanti, ac subinde exigitur quod didicit. Si indocilis est, domatur ferula, reddenti quad accepit, cibus præmii loco est. Adhibendue qui linguam habeat emendatam, is admonitus quomodo præeat, conantem adjaven, feliciter reddentem collauder ; relabenteme in veterem confuctudinem crebro corrigat: mensis unus totum hoc negocium absolvet. fuerit si puer sodalibus utatur minime belbis sed incorrupte explanateque loquentibus. L.E. Rationem probo, nisi quod interim periculum est ne, quoniam perpanci sunt emendate loquentes, polt cogatur quod magno sudore didicit dediscere, itaque fiet ut nec Italis placeat, nec fuis. UR. Quod scholis agcidit, idem eveniet omnibus cæteris, optima placebune si non omnibus, certe quam plurimis. Et tamen non improbarim, si cui tanta naturae dexteritas obtigit, ut quemadmodum Polypus colorem ad loci subjecti speciem, ita rhetor vocem ad auditorum aures pro tempore accommodet. LE. Quibus rebus fiet. ut contingat emendata pronunciandi celeritas, præsertim in Græcis, quæ sere grandiores hodie discimus? UR. Quid assequatus sim nescio, quid quomodo conatus sim aperiam. Quur enim quicquam arcani celem talem amicum?

cum? LE. Muto dixeris. UR. Ut tamen aurito. Posteaquam literas, syllabas, ac dictiones Græcas fatis eram meditatus, ad parandam inoffensam celeritatem his artibus utebar. Adjunxi me quibusdam, quos exiltimabami caltigatissime sonare, finxi me codicum duorum collatione velle castigare librum; persuasi id utrisque fore commodo: quum in hoc. nt utriusque codex ex alterius comparatione fieret emaculation, quemadmodum manus manum fricat! tum ad eruditionem. Sic autem convenit; ut alternis vicibus recitaremus & auscultaremus. Principio lentior erat recitatio, deinde, quemadmodum folet, incalescens paulatim lingua sponte ferebatur ad celeritatem. Si mihi cum doctiore res erat tantum orabam, ut secus quam oporteret sonantem admoneret: Ipse recitantis linguam arrectissimis auribus observabam, oculis in codicem fixis. Si quid recitatum difficilioris foni, fingebam me non fatis percepisse, rogabamque ut repeteret, quo certius eius fyllabæ fonitum infigerem animo. Quum ille jam recitando defessus esset, & ad me recitandi vices redissent, illius linguam pro viribus imitabar, reprehendenti gratias agebam. Si cum pari negocium esset susceptum, æquis legibus pacificebamur, ut uterque alterum revocaret errantem. Ad hoc munus interdum natione Græcum mercede conduxi ; licet alioqui

# DE RECTA L. GR. ET LAT. PRON. 177

qui parum eruditum, propter nativum illam & patrium fonum. Tametli doctos aliquot nactus fum, quorum pronunciationem ego fanè Gæcorum quorundam eloquutioni non dubitem anteponere. Huic exercitationi datum est trimestre spacium. Nec ullius operæ me minus pœmituit unquam. Nec enim simplex erat hujus laboris utilitas. Excepta siquidem exercitatione pronunciandi, primum ipsa lectio præterquam quod erat alacrior ac vigilantior, quam si solitaria susset, habebat & illud commoditatis, licebat sciscitari; si quid parum intelligerem. Nam & imperitior sæpenumero tenet, quod doctiorem fugit. Et nescio quo pacto fit, ut acrius meminerimus, quæ recitari audimus, quam quæ taciti legimus, interdum semisomnes. LEO. Nihil verius. URS. Hac arte evolvimus seu revolvimus potius totum Demosthenem, totum Plutarchum, totum Herodotum, Thucydidem, Homerum & Lucianum. Nec his: contentus, ascivi mihi sodalitatem aliquot di-Ashlwar. Condita leges ne quis super connam, nisi Græce loqueretur, Berina multa dicebatur pecuniaria, si quis Latine dixisset absque veniæ præfatione, assis: si Græce quidem, sed inemendate, assis dimidium: fr bis ad eundem impegisset lapidem, hoe est, si delaberetur in eum errorem, cujus

fuillet admonitus, drachma. LEO. Quomodo successit res? UR. Initio submoleste, ne dicam dolo, verum pauculis diebus successit facilitas, mox & jucunditas non sine fructu maximo. His artibus hanc quantulameunque dicendi legendique promptitudinem sum adeptus, ad quam tuendam plurimum confert aliis prælegere bonos autores. LE. Optarim tibi fortunam exiliorem. UR. Etiam ne exiliorem, quum pene nulla sit? Quo meo merito mihi precaris tantum mali? LE. Præficerem te meo. leunculo. UR. Næ tu planè, quod dici folet, bovi clitellas, aut si quid est ineptius. Quod si literator esse possem, habeo domiquos doceam. Verum hanc operam tibi polliceor mi Leo: Tu quod potes dispice si quem nancisci poteris idoneum huic provinciæ, ego vicissim circumspiciam, si quid queam: & collatis in commune noitris confiliis prospiciemus catulis nostris, ut ex hominibus nati videri queant. LE. Haben gratiam Urfe, quantum possum maximam, relaturus etiam ubi dabitur & opportunitas & facultas. Quam tibi Leonis occursus suerit felix nescio: mihi tales Ursos optarim sæpius occurrere. Onultus tuis officiis domum redeo. UR Nec non ego nomihil anfero bonz farcinæ. Par pari relatum est. LE. Unum te

# DE RECTA L. GR. ET LAT. PRON. 179

velim asjungere tam multis in me benefactis. UR. Quodnam? LE. Utam vaginam optarim esse meam. UR. In quem tandem ufum? LE. Ne mihi excidant illi versus tam belle picti. UR. Quidni? ut cum Samiis ridearis literatus miles. LE. Ego verò sic vel literatissimus haberi cupiam: & si proficifcar in bellum, nolim ullam armorum partem esse mutam, sed & vaginam, & ensem, & capulum, & arcum, & sagittas, & lanceam, & bombardam, & galeam, & thoracem : & baltheum, & clypeum optarim habere literarum nonnihil, quod me alicujus bonæ rei admoneret. Sin domi sit agendum. cuperem totam undique loquacissimam esse, fic ut & postes, & ostia, & senestræ, & singulæ tesselæ vitreæ, & trabes, & laquearia. & pavimenti lateres & parietes, ad hæc & fupellex universa, lodices, cortinæ, aulæa, mensæ, sellæ, mancilia, disci, canthathari, cyathi, cochlearia, pelves, ollæ, chytropodes, aliquid loquerentur quod expediret non oblivisci: tantum abest, ut me puderet istius vaginæ. UR. Ajunt inauspicatum esse, siquid hujusmodi rerum, quæ adversus hostes gestantur, amicus donet amico. Hoc ominis ut vitemus, ex donatione commutationem faciamus. Da tuum ensem, & accipe meum, sitque hoc pignus inter nos initi

## 180 D. ERASMI DIALOGUS &c.

initi literarii fœderis. LE. Quod nobis utrisque, nostrisque catulis bene vertat, accipio quod offers, Musis, uti spero, bene fortunaturis.



# JOANNIS CHEKI

ANGLI

DE

# PRONUNTIATIONE

## G R Æ C Æ

POTISSIMUM LINGUÆ DISPUTATIONES CUM STEPHANO WINTONIENSI EPISCOPO, SEPTEM CONTRARIIS E PISTOLIS COMPREHENSÆ, MAGNA QUADAM ET ELEGANTIA ET ERUDITIONE REFERTÆ.

# COELIUS SECUNDUS

CURIO AMPLISSIMO VIRO ANTONIO COOKO, EQUITI AURATO,

S. P. D.

T non est cujuslibe uris, exi-U 🖔 gere nervorum in 📆 cis instrumentis sonos, sic non cujusvis esse arbitror de recta literarum verborumque pronuntiatione judicare. bine factum est ut tanta in pronuntiando varietas extiterit, ut pauci inter se in literarum sonis consentiant. Quod quidem mirum non effet, si indocti tantum à doctis in eo, ac non ipsi etiam alioqui eruditi, inter se magna contentione dissiderent. Videmus enim M. Tullium Ciceronem quàm varia de literarum verborumque sonis in Oratore commemoret, qua non modò à vulgi consuetudine, verum à do-Etorum quoque præceptis quorundam abborrere videantur. Quid Julius Casar? quid Augustus? nonne ostenderunt se non modò. à corrupta loquendi consuetudine, verum etiam à nonnullis, qui in eruditorum numero baberentur, longe dissentire? Quid Messala Corvinus? qua fuit caussa cur de unius litera sono, integrum librum M 4. con-

#### ERISTOLA

conscriberet, nisi quia videbat, etiam literatos aliter sigma pronuntiare, quan ipse judicaret esse faciendam? Mitto alios non paucos qui idem factitarunt. At in musicorum nervis & vocibus tantam discrepantiam videmus: quia scilicet ars semel constitutà est: quam qui tenent, in musicis cantibus aberrare non possunt: in literarum autem & syllabarum appella. tione, nulla tam certa ac perspicua ratio à Latinis potissimum relicta est, que in scholis traderetur: ut quomodo nostra pronuntiatio ad veterum rationem conformanda & revocanda esset, intelligere omnino possimus. Atque hæc in Latina, ac non multo secus in Graca, in cujus quasi viriditate & robore quadam inter doctos controversa fuerant: quadam ita certa & constituta, ut de iis nulla dubitatio esset, nullaque contentio. Qua controversa fuerant, ea cuivis pro suo arbitratu pronuntiare sonareque semper licuit: quæ autem quum linguæ ipsæ vel Roma, vel Athenis florerent, ita firma erant, ut de iis perpetuus tum eruditorum, tum populi consensus esset, illa sic accipienda retinendaque sunt, quemadnodum illa optima tempora, atasque longe.

#### NUNCUPATORIA.

ge eruditissima, serebant. Sed cum Græria vastitatem, lingua quoque nobilissimæ contemptio sequeretur, factum est, ut contemptionem ignoratio comitaretur, ignorationem perversa consuctudo sequeretur: atque ita optimarum ac nobilissimarum artium studia exarescerent. Cum autem bac quasi revirescens atas multa persequeretur, studioque & scientia complesteretur, Græcarum literarum diu intermissa, ac penè emortua studia rursus effloruerunt. At verborum quidem ratio facile à libris & doctoribus petebatur: literarum & fonorum vigor, quibus quasi lingua animabatur, aberat: eo tum recepto, qui in consuetudine jam degeneris lingua consederat: quò fere contenti erant qui suos conatus omnes ad Graca modò intelligenda, cogno/cendaque converterant. Itaque quasi alieno 🥰 peregrino ornatu vestita Gracia, dissimilis sui non cultu modo, sed robore aç viribus fuit. Consuetudo tamen banc pronuntiandi rationem pro legitima babuit, haberique voluit. Diligentius hominum genus postea sequutum est, qui majore studio atque exercitatione non modo Graçorum scientiam, sed etiam linguæ usum ĥbi

# EPISTOLA

shi compararunt. At it ipsi cum linguam ad scribendum amplissimam, ad dicendum & agendum languentem, & effœminatam esse cernerent, neculla sonorum varietate ac magnificentia distingui, 🔗 quasi animari, fraudem subesse existimarunt. Hanc rem veterum Rhetorum pra: cepta & grammaticorum confirmabant. qui sparsim multa de sonis inserverant: 6 multa ex antiquis observationes... qua ab boc adulterino sono abborrerent. Hinc contentio inter confuctudinem & antiquitatem, utra in antiqua, & Jui juris lingua anteponenda elfe videatur: outrum ut vulgari jam lingua, avitos Jonos adjungere non debemus; sicantiqua Es constanti, novos Es alienos affingere, liceat: 🚱 ab iis temperibus à quibus verba, ab eisdem & soni petendi sunt. Quæ cogitatio nonnullos excellenti ingenio viros ad inquirendum atque investigandum excitavit, possent ne ex veterum Graço. rum Latinorumque monumentis alique emendatæ pronuntiationis vestigia inveniri: quibus inventis & patefactis, ada bibita quasi obrusa quadam, rationis, qua mutari non potest, regula, certa singularum literarum simplicium & conjunctacum.

#### NUNCUPATORIA.

rum pronuntiandi lex constitueretur. 🗛 tametsi alii boc tentarunt, duo tamen inter reliquos omnes majore quodam spiritu, naturæque & doctrinæ adjumentis suffulti, id sibi trastandum sumpserunt, Erasmus Roterodamus, & Joannes Che çus Anglus. Sed de Erasmi opere quod de recta Latini Gracique sermonis pronuntiatione inscripsit, tot jam annos per omnium ora manusque volitante, nibil boc loco dicam: de eo agam quod nunc in tuo Cooce nomine apparet: non quidem ut te vel de auctore, vel de ipso opere doceam, qui 😌 bominem, 🚱 banc de pronuntiatione désputationem totum antè cognovisti, quam ego de utroque vel suspicari possem. Vobis e-nim duobus Regis Eduardi pueritia, hteris, moribus, religione instituenda, tradita & commissa erat. Vos communibus votis, confiliis, industria, summa ac plana divina spei Regem formabatis: à vobis ille divinus puer institutionem eam hauriebat, qua neque Cyrus, n'e Achilles, neque Alexander, neque ullus unquam regum politiorem sanctioremque accepit: qua si adultus uti po-

#### EPISTOLA

suisset, fi ad regni gubernacula cum ea pervenisset, & ante tempus immatura morte præreptus non fuisset, quodnam regnum in terris felicius? quæ gens beatior unquam extitisset? Sed ostendere bunc terris tantum fata voluere, neque ultrà sinere. Nimium enim gens Angla vija felix, propria hæc si dona fuissent. Sed hanc querelam in aliud tem-Voluit, ficut nosti, vir pus differamus. eruditissimus, collega & amicus tuus, Joannes Checus, corruptam Graca linguæ pronuntiandi pravamque consuetudi-nem emendare; & juventutem ad veterum incorruptum rectumque morem re-Ejus studio seje Vintoniensis Pontifex, atque Anglia, ut vocant, Cancellarius, opposuit: & pro vulgari consuetudine certamen suscepit: homo literis, opibus, & auctoritate potens. Haud tamen, ejus potentia territus Checus, rectissimo studio susceptam caussam sibi esse deserendam duxit, sed fortiter in ea persistendum i illud cogitans, nibil esse veritate potentius. Itaque inter eos epistolis aliquot utrinque res acta est, adeò ornatis, copiosis, & doctis, ut 2013

## NUNCUPATORIA.

non epistola, sed clarissimorum orationes. oratorum contraria esse videantur. Has epistolas, cum post Regis luctuosum fatum bâc iter, in Italiam contendens, faceret eques ornatissimus Joannes Checus, mibi ostendit: Sed cum illas legere temporis angustia non possem (properabat enim ipse, ut dixi, in Italiam) bominem bumanissimum mibique amicissimum rogavi, eas mihi relinqueret, ut commode legere, & totam caussam posfem expendere: id quod ille recufare Itaque eas apud me jua, & noluit. Vintoniensis manuscriptas, quod ipsemet Vintoniensis recognoscere poterit, reli-Has cum diligentius perlegissem, vidissemque nibil in eo genere perfectius unquam scriptum fuisse, illico tantum bonum communicandum cum omnibus. studiosis literarum esse cogitavi. rum cum etiam mecum reputarem, in cujus nomine eas emitterem, tu mibi statim Eques Splendidissime occurristi, quo, cum Checi studiorum, confiliorumque & bonestissimi muneris particeps fueris, patronum meliorem, amantioremque babere certe non possunt. Huc accedit tua erga

# EPIST. NUNCUPATORIA.

erga me benevolentia, tuaque ista singularis bumanitas, quæ mibi bic uno atque altero congressu (nam & ipse in Italiam non multo post Checum contendebas) nec non aliquot tuis ad me literis perspectaest: Accedit ețiam generi mei charissimi Hieronymi Zanchi, de tua bonitate testimonium: qui apud me non cessat tua in se prædicare merita. prætereo literas, prudentiam, sinceramque pietatem. Has. igitur ob caussas & de boc opere tibi mittendo cogitavi: & tibi gratum & jucundum fore, speravi. Recognosces enim quas ante vidisti: & videbis, nibil in eis epistolis aut additum , aut detrastum, aut immutatum, sed ut ab ipso Vintoniensi, & Checo perscripta fuerant, ita in tuo stlendidissimo nomine apparere. Quod si forte Checus eas nos edidisse moleste ferat, atque in alieno opere banc meam libertatem incuset: oro te ut eum, nobis placatum efficias. Cur ego quod ipsi nihil obsit, multis autem prosuturum sit, audere non debui? Quanquam spero æquissimum bominem, nostrum boc studium in meliorem partem accepturum. Vale. Basilea, M. D. LV. STE-



# STEPHANUS VINTONIENSIS E P I S C O P U S,

CANTABRIGIENSIS ACADEMIAE
CANCELLARIUS,

# JOANNI CHEKO

S. D.

ret, ut hascivientem in re literaria inconsultam temeritatem insultam retundat & comprimat, id ego per amicitiam tentandum putavi, ut quod à rudibus ac barbaris imperium exigeret, hoc à miti ingenio, & humanioribus literis mansuesacto impessem per gra-

#### 194 STEPHANUS VINT. EPISC.

gratiam. Agam itaque tecum his literis non ut Cancellarius cum scholare, sed homo in literis nonnihil versatus cum homine literarum perttudioso, & ut minimum dicam. optimæ certè spei adolescente, si modo fervor ætatis luxuriem non addicerit, noxiam illam dico, quam multi in te improbant, & nintium audacem. Moliris enim, ut audio. omnium ferè non dico cum irrifione, sed cum indignatione eriam, novum chim in Græca, tum in Latina lingua literarum sonum inducere, & apud juventutem confirmare. que tradende lingue munus Regia munificentia es assecutus, idem ipsius linguæ usum novo sono extinguis. Atqui hujus tui conatus gloriam (fi quam expectas) præripuit Erasmus, edito libello de Pronuntiatione, & ante eum alti, qui mulcis argumentis oftendere conati sunt, asium fuisse veteribus literarum sonum, quam qui hodie obtineat vel apud Græcos, vel apud Latinos. Qua in re & tibi & illis litem remitto. Sed ut sonum in multis literis usu jam receptum a vetustioris seculi pronuntiatione omnino alienum esse, ac bis per omnia, ut ajunt, distare, illis & testibus & autoribus, docere queas, illumi tamen verum, si ita vis, & genuinum; ac cum ipsis literis nativum sonum, quo pacto nobis queas referre, ut eundem omnes & sequamur, & retineamus, omnino non video. Sanè quidem in v, in v, in ipsis denique diph-

# DE MONUNT. LING. GRÆCÆ 191

shongis alium fuille fonum primorum literarum parentum, alium hodie nostrum, ipsa ratio indicat, & summorum virorum autoritas clarissimè confirmat. Sed neque in ea ro aliqua ingenii laus esse poterit, ut in perpetua rerum ferè omnium mutatione sonos etiam probes non eosdem manere. Ergo, inquies, restituatur quod verum est. Hic te rogo per literas, Cheke, cujus munere decuriæ hoc tibi arrogas, ut sedeas nobis prætor & arbiter honorarius, qui tanquam ex edicto fonum restituas literarum proprium & nativum? Sed sit hominum consensu prorogata jurisdictio. Hic etiam atque etiam videndum est tibi, ne litem facias tuam. Et quandoquidem cibi nunc tanquam judici loquor, sententiæ illius admonebo, quam tradunt jurisconsulti: videlicet, non si probo rem tuam non esse, sequitur continuò esse meam, quum possit neutrius esse. Ut simili modo, quum receptam improbaveris pronuntiationem, nihilo magis statuis & confirmas tuam, quum possit primus & genuinus literarum fonus, longe alius & diversus ab eo fuille, quem superiores quos nos legimus, & quos tu habes autores, tradiderunt. Ut ubique valeat quod Academici docuerunt, susceptam quacunque de re opinionem convellere non paulo sit facilius, quàm statuere verum. Concedo itaque tibi, sed dialectico more, ut mihi fas sit repetere errorem nostrum in pronunciatione esse mani féstá

## 194 STEPHAN. WINTON, HPISCOP.

festarium. Hunc the corrige, si potes: interium tamen illius Horatiani memor,

In vitium culpse fuga ducit; fi caret arte-

Et quis unquam sonorum artem literis descripsit tam exacte & dilucide, ut unam & eandem imitationem, quod artis & natura est proprium, omnes assequantur. Nam ridiculum est quòd ad oves & boves confugias: ac pecora campi, ut doceas nos quo pacto. βλήχω, βεάω, & κόκκυξ a nobis pronuntien rur: præsertim cum ovis, verbi causa, quæ fua voce tuis auribus infonat Bas, aliis omnis no non blere, sed balare videtur. At verò error, si quis est, non misi vero corrigiture Nam alioqui error non tollitur, sed mutatur. Etsi in tanta rerum caligine omnino errandum sit, longe tolerabilius est, veterem ertorem cum reliquis omnibus retinere, quam te uno autore, novo errore admisso, omnibus nos deridendos objicere. Atque hactenus tecum ago, quasi in linguæ pronuntiatione omnes hodie erraverimus, & in vero restituendo tu navaveris operam. Sed vide, quæso, ne quem tu putaveris errorem, non omnino fit error, fed ipfum verum. Neque enim quod ab antiquitate alienum, & omnino dissentaneum est, continuo falsum est, aut minus verum, præsertim in lingua, in qua verum ab mu petitur, non ab origine aut ratione.

## DE PRONUNT. LING. GRÆCÆ. 199

rione. Recte locutus est Emmus seculo suo: à que tamen nos in verbis rechissime dissidemus. Quin & in structura quoque & casuum varietate, quod apud veteres obtinuit, nos citra errorem rejicimus ac reprobamus. que aliter illi locuti sont, aliter nos. Sed uterque verè : ut restituere antiquitatem lingua. non sit verum repetere quod dessit esse, sed quod esse jam cepit, abrogare. Verum Enimeero in lingua illud eft, non quod prima inventio rudius eduxit, sed quod doctorum usus perpolivit, & tenet. Quod si in verbis obtinct, quorum præcipua sit ratio? quanto magis in fono, qui in verbis sedem & stabilimentum habet. Quod se oro Cheke, ne autor esse velis juventuti, ut lingua Latinz Grzcz've, alium sonum affingat sua conjectura quam à majoribus recepit, aut quam docti hodie retinent. At inquies, quem sequar, aut quos? quum nec Germanus cum Gallo, nec cum alterutro eorum Italus omnino consentiat. Hic appello equitadem tuam, ut quum omnibus per omnia consentire nequeas, ne ab omnibus per omnia vehis differeire. Nec confugias, oro, ad illud quod Greci vocant si anestis, ut automnia probes, aut rejicias omnia. Quisquis soluta ancora, in alteruttum litus illidit,, mirum m naufragium faciat. Ne sis in excutiendis sonis nimium Stoicus. Atque illud meminerie, ut verborum, sie etiam sonorum arbitrium Nz àb

#### 706 STEPHAN. WINTON. EPISCOP."

ab usu autoritatem non la ratione accipere. Jam exspecto ut tu mihi objicias proximi seculi barbariem, quæ & literas & sonos, ut tibi quidem videtur, scaissime contaminavit. quam purgare præstiterit, quam imitari. Hoc si negavero, & statum reddidero coniecturalem Erafmum sat scio provocabis & doctorum gregem. At verò il non contaminationem in literarum fonis; sed mutationem ostendunt. Quod equidem non eo inficias. Sed non omnis mutatio improbanda est, & literarum sonus à doctis verisimilius, qui magnam euphoniæ rationem, folent habere, quam à crassis & illiteratis copit immutari. Itaque in suo Oratore Cicero refert, mulieres Romanas, indoctas illas, & quæ intra parietes domi continebantur, veram & genui--nam latinæ linguæ pronuntiationem folas retinuisse: quam jam inter doctos & eruditos non maneret perinde integra & naturalis. Et si quæras, nihil ferè relinquent in profanis immotum majora ingenia. Aedes, vestes, lingua, & musica denique tota à vetere illo rudiore & agrestiore schemate defecerunt, & cultu hominum in novam ferè faciem transformantur omnia. Quæ utcunque ab antiquorum austeritate, sive mavis gravitate, dissentiant: hoc uno tamen constant & valent. quòd cum præsentis ætatis ingenio consentiant, & politicæ urbanitatis delicias referant. Congreffum hominum, collocutionem, fermonem

#### DE PRONUNT: LING. GRÆCÆ. 197:

nem quotidianum, familiarem appellationem, quam subsiliter hodio concinnavit & perpolivit hominum ad fummum ferè perducta civi-Et quibus aurium deliciis, o vocali ali-, cubi rejecta, quod vastus videretur sonus & & rudis, a substituta oft. Nec amplius font, fed funt : & fervus, non ferves dicimus. Verilimilius est ejustiem ætaus homines delicatiores, quo tenuiorem & exitiorem forum efficerent, diphthongi fonos pronunciatione confudisse, & in unum coegisse. Ut quemad-1 modum apud Hebraos scribæ Care habebant, & Catheb, ut aliad fcriberent, aliad legerent: fic etiam turn apud Græcos, turn apud: Latinos, diphthongos quidem feriptas retien nere placuit, ad internofcenda vocabula: nece scriptas tamen pronuntiare, ne aures offensi derent. Quid, quòd apud Latinos etiam simile quiddam videmus observatum ab eo qui carmine id teltamm reliquit:

Scribe Dii, sed lege De, st vis urbanus ha-

Hoc carmen si minus ad præjudicium valeats, editum ab insimæ classis homine, valebit certè ad testimonium; homines omni seculo urbanitatis rationem semper habuisse. Neque ignorantia tapsos, aliud pro alio induxisse; sed scienteis ac prudenteis ad seculi rationem, ut cætera sere omnia, sic etiam & numeros, N 3

#### 128 STEPHAN WINTON BPISOOR

& modos, & fones attemperalle, ac cos à priscorum austeritate nonnihil data opera, deflexisse. Hune hominem barbarum, cujus carmen modò citavi, hac quidem in parte scientia haud superas Cheles, quod ideo dico, ne omnino spernas & contemnas auto-Novit enim duas in di esse vocaleis. ac proinde re ipla duos fonos: hoc una fuperas, quòd ille modeltia quadam, scientiam reticendam censuit, nec intempeltive proferendam, quum aures soni diductione offenderet: Tu nulla urbanicatis ratione hebita. ridicula de usu scripture collectione persuasus, enuntianda censes omme, que scribuntur. & nostri feculi auribus fonum ingeris abfardum & absonum illum, videlicet quem princis olim placuille fallacibus conjecturis vis videri comprehendifie. Attenim dices ve, ritatis amore ducor, & trahor. Postulas era go ut credamus tibi te venua repetific. verò in sonis non verum est quod olim suit. fed quod nanc eft, ut idem whi ferius repetam. Una est Dei veritas, que nunquam esse desinet. Mortalia facta peribunt, nedum Sermonis flet honos & gratia vivas. Utere moribus antiquis, inquit ille, verbis verò præsentibus, & multo magis sonis. Vide queto apud nos in nostra algazza, utrum osculum jam kusse dices, vel kysse. Quod exemplum ideo tibi propono, ut videas apud nos fonum litera v Graca, qua antiquiaribus &: rudi-

## DE PRONUNT. LING. GRÆCÆ. 199

endibus sonabat u, urbanitate quadam loquendi in sonum i litera extenuatum. Sed & hujus u litera vastitatem notavit olim per jocum æqualis meus, homo doctus & saceatus, atque ingenio admodum amoeno, & urbano, humanioribus etiam instructo, Nicolaus Ropule, quum ego adhuc essem Cantabrigia. Hic enim inter congerrones, cum de virgine desormi sermo incideres lusis hoc carmine:

# Si pulchea off 2 wirgo 3 fin turpic y vargo was

Nimirum ut rei fignificatæ deformitatem, voca. buli sonus valtior aliqua ex parce referret, atque exprimeret. Adeò quidem fonorum mutatio, non temere aut ignorantia, ut tu putas, sed judicio quodam & urbanitatis causa facta videatur: scilicet ut mitioribus & mansuetioribus ingeniis, sonus verborum aliqua ex parte, responderet. Habet lingua suam musicam, in numeris, cantu, & fonis. Quorum numerus quidem & cantus, syllabæ videlicet depressio, yel elevatio, notis & literis exprimi possunt, sonus non potest. Quòd si potest arte & literis tradi forus, agè artem sonorum suscipe tibi verbis explicandam, ut certam normam omnes habeamus quam sequamur & imitemur. Explica dilucide quid soni intersit inter & & sjudicio tuo. Primum autem utriusque. N 4

#### 200 STEPHAN. WINTON EPISCOP.

que literæ sonum seorsum definias suis regionibus, ne quis oberret. Deinde si quid sit cognati, illud adde. Postremum demonstra. quantulum interlit. Hec fi præstare non potes, noli jactare te ex literis mutis didicifie. quod mutis literis nequeas exprimere. fonat, inquies, y ut nostrum : non pugnabo. Sed tu mihi non quid y fonet, sed quid non sonet, conaris ostendere. At ego à te peto, ut non quid non fonet, fed quid fonet; doceas. Hic hærebis, & confugies ad ovium balatum. Ergo te relicto præceptore, quæram oves. Ego definitionem volo & tu conjecturam affers, incertam quidem illam, & plane ridiculam. Hic verò præ indignitate exclamare fubit, quod habet proverbium, Lingua quò vadis? Video morbum invalescere quem divus Gregorius concinno vocabulo γλωσωλγίαν vocat: & exicum exspecto brevi, ni succurratur, tristem & gravem, ut ex Cantabrigia nobis deflenda utποιορφώσι Babyloniam reddas, aut si quid est Babylonia confusius. Et tamen quo movearis ut contra doctorum virorum, qui tecum hac de re egerunt, sententiam obstinate pergas, non possum deprehendere. Siquidem gloria in re tam inani quæ potest esse? utilitas certè nulla est. Sed quid non mortalia pectora cogis veri quærendi fames? Cætera, inquies, nihil moror. Sed quam Fabii partes jam suscepero, & non cuactando, sed auden-

#### DE PRONUME LENG. GREECE. 201

do rem , id elle infin verum reflituere conor y quod Fabius exam fecit, non ponam rumores ante faktem. Exemplum placet. Sed cunctationem delidero in constituendo vero, ne nimium praceps, provero arripies. and est obscurum. Hoe unum disee ab Acadermicis, ex fua luce & propriis notis diffini gui & comprehendi verum, unde scientia nas ickur. Quod ideo dico, ut fe quod temere agpressus sis, usque tuendum putaveris, ne frustra in eo labores, ut poulos convellas nofira, quam ut confirmes tua. Nam quod ad me attinet, non contendam vel de origine fom, que antiquata est vel de oratione. que nulla est: alias est sonus nunc quam qui olim fuit. Bouiders non difficeor. WHabet diphthongus fonos duos duabus vocalibus convenienteis. Acordo. At egovoqua modulatione illes concinnerant veteras, omnino hareo ... Et hic ab ore pendemus tuo, ut aliquanto charlus distinguas xophi & xipos; quam apud Aristophanem Apollo, ut pronuntiatione clare audiamus verbis propriis & fonantibus à te expressum. Deinde cum fenos eviceris & Ratueris antiquos, illa inter nos manebit controversia, an euphonia caufa, eas posteris aux tollere liquerit, aut variare. Quod si quum nostros improbaveris, tuos adhue ambiguos & incertos reliqueris, desine (queso) nobis negotium sacessere, & suas possessionibus permitte possessiones, ut

#### 20% STEPNAN WESTON ERISCOPI

ne aliie quate veris dominis codere consusur? D'oli committeres ut te autore malum bene politum de loco moveature, præfertim quum hac fublate quod su malum vecas, boni nibil habeas grod reponas. Nam bonum nulla ex parte attingit, qued nec authoritatem has bet, qualia tua in fonis funt omnia, videlicet ex te primum, nata : nec: etiam veritatem. quum fint incerta. Auctoritas predentis fei culi tota à nobis est: &, ut ego ajo, etiam veritas, quam non in sonorum continua & certa observatione ponor cujusmodi nec ula ell, nec elle aux notelle aut debet : fed in destorum hominum tum judicio, tum placito collecatem affirmo. Sit omnibus rebus firem fenipm, fue jeventes: & ut verba verbismile etiamischis sones succedere permittamus. Cerro quidem inter legendum nihil prohibeo que minus mos, ut de verbis antiquis, sic etiem de sonis priscorum diligenter admoness videlicet ut seint tantum. non etiam atantur, ne ridiculi omnibus fiant, & cum libi ipsis, tum & amicis & patrim prorfus inutiles. Egregii fanè oratores nobis prodibant, quos nemo intelliget. Et quem non facile dedifcunt que imbiberunt pueri, An tu hoc fato nobis natus es, au usum literarum auferas, tanquam malè meritis aut indignis? Nihil to commovet patrium folum, in quo genitus, altus & educatus es, parentibus probis, atque adeò optimis? Considera tecum.

teorem fahillie quites aggerflies as de Mireau de manuscrafia. De spirali houristidennes , cone, tennones & querelas inhomanas barri. Sier eft ingenium humanum, ut dekultzut zeige. matis ac annadonis, immaturo protectim inco dicio: de aulle merum miu confirmato. I au fulcant, in ambo; in fence pheri, icrofice, promunications aplorismes de afferenses feleac areo delectramento fore habene à majoribus nata mon intelligit. Onter, facto charits perfinati pst, dono quodam novo , & obligico. In: ventuti accrescit arrogantia, ice bentempena Senes invenilem temeritatem non sevent: di prout quifque doctifimus est, its maxime indignatur verum à fallo zam valide imaugnaria tanta oune perinacia, un fivera lum qua favi runtur, tu ipie olim quan de eo apud se aped rent wini dochi & probi, setione tendem elos stitutus ad illud ryminnicum conference sic volo, fic jubeo, sit pro ratione voluntas. Hæc me coegerunt ut ad te scriberem, omniaque per literas obsecrationibus & obtestationibus apud te experirer, si quo modo possem hoc obstinatum animi tui propositum frangere & retardare. Itaque deposita persona magistratus, tanquam privatus cum privato sic caufam tractavi, ut nihil veritus sim, etiam infirmiora quædam, & persona quam ssustineo indigna admiscere: sed hoc ago, ut si quid reliqui sit in animo tuo molle & tenerum, illud commoveam, ut aliqua saltem pateat persuasioni accessus.

# 204 STEPH. WINT.EP. DE FR. L. GR. &c.

ceffus. Audi paulisper Cheke, Melius est, ut habet proverbium, de media via recurrere, qu'am semper currere male. Me clamitante, faltem fifte gradum, atque illud tecum cogita, si tibi homini privato equum videatur cum pertinacia inlistere in eo quod aggressus sis vel hoc solum nomine, quòd id punz tes esse verum, quanto magis mihi incumbendum sit, ut pro jure magistratus omnino impediam, & coerceam, quod ad perniciem Ha terarum spectare videam. Idque nulla firma ratione, fed temeritate natum. Nam hoc. tibi persuasissimum cupio, si admonitione amica nihil profecero, non defuturum me officio meo, ut hanc temeritatem comprimam, qua licer autoritate, ne malum hoc. latius serpat, & evagetur. Tibi in manu est ut amicum me habeas, aut tue pertinacio Cancellarium infensium. Bene vale. 

than grand and the comparation of the com-

en etak biri tempila Kanadaran biri tempilan

 $(S_{ij}^{\mu})_{ij} = (S_{ij}^{\mu})_{ij} = (S_{ij}^{\mu})_{ij}$ 

en la gali atti da vigo en en en la como en en

EDICTA

#### DICT

#### TEPHANI VINTONIENSIS EPISCOPI, CANCELLARII CANTA-BRIGIENSIS.

DE

#### PRONUNTIATIONE LINGUÆ GRÆCÆ ET LATINÆ.

tephanus, Vintoniensis Episcopus; Academiæ Cantabrigriensis Cancellarius; cum mea, tum fenatus universi auctoritate legirima rogatione ad me delata, quid in litera-

rum sonis ac linguæ tum Græcæ tum Latinæ pronuntiatione spectandum, sequendum,

tenendum sit, ita edico.

Quisquis nostram potestatem agnoscis, sonos literis five Græcis five Latinis ab usu publico præsentis seculi alienos, privato judicio affingere ne audeto.

Quod verò ea in re major auctoritas edixerit, jusserit, præceperit, id omnes ample-

Etuntor, & observanto.

Diphthongos Græcas, nedum Latinas, nifi id diæresis exigat, sonis ne diducito, neve divellito, quæfitam ufu alteri vocalium prærogativam ne adimito, fed ut marem fæminæ dominari sinito, quæ verò earum in communionem soni usu convenerunt, iis tu negotium ne facessito.

Arab ., a&aob. sono ne distinguito, tantum

# ica stephan. WINTON EPISCOP.

tum in orthographia discrimen servato. i i i imo eoderique sono exprimito; cujusque tamen propriata in orthographia sedem diligentes notato.

In a & y quoties cum diplithongis aut vocalibus sonos i aut i referentibus consonantur, quoniana à doctis etiammuna in usu variantur, aliis densiorem, aliis tenuiorem sonum affingentibus, utriusque pronuntiationis modum discito, ne aut horum aut illorum aures offendas, neve de sonis litem inutiliter excites: exterum qui in his sonus à pluribus receptus est, illum frequentato.

B literam ad exemplum nostri b ne inspissato, sed ad imitationem v consonantis mol-

lius proferto.

Liveras  $\pi \& \tau$ , item  $\gamma \& \pi$ , pro loco & fitualios atque alios fonos admittere memento. Itaque  $\tau \& \pi$  tum demum  $\beta$  quum proxime locantur, hac post  $\mu$ , illa post  $\nu$ , his locis videlicet litera  $\tau$  referat noltrum d,  $\pi$  verò b nostrum exprimat.

Litera porrò y cum proxima fedem occupet antexx, aut aliud y, huic tu non fuum, fed fonum y literæ accommodato. z autem

post y positæ sonum y affingito.

Ne multa. In sonis omnino ne philosophator, sed unitor præsentibus. In hiis si quid emendandum sit, id omne autoritati permittito. Publice verò prositeri quod ab autoritate sancita diversum, or consuetudine loquendi recepta alienum sit, nesas esto.

Quod

# DE PRONUNT.LING. GRÆCÆ.

Quod hic expainauf; il confectuaili confentaneum ducito, hactenusque pareto.

Si quis autem, quod abominor, secus fei cerit, & de sonis, re sanè (si ipsam spectes, levicula: si contentionis inde nate indignitatem non ferenda: controversiam publice moverit, aut obstinato animi propolito receptum à plerisque omnibus sonorum modum abrogare aut improbare pentexerit, quive sciens prudens ad hoc data opera, quod hic fancitum est, verbo factove publice palam contempserit, hunc hominem, quisquis is erit, ineptum omnes habento: & à senatu, siquidem ex eo numero jam fuerit, is qui auctoritati præest, nisi refipuerit, expellito. candidatos verò si sit, ab omni gradu honoris arceto. Ex plebe autem Scholarium si fuerit, quum ita haberi id ei commodo esse possit, pro scholari ne censeto. Puerilem denique temeritatem, si quid publicè ausa fuerit. domi apud suos castigari curato. Postremò Vicecancellarius & Procuratores qua hic præscripta sunt ne contemnantur, neve edicto fraus aliqua fiat, pro modo jurisdictionis finguli providento. Ab his si quid adversum hæc admissum sit, aut omissum, mulcta est quam dixerit Cancellarius. In fumma, hoc edictum omnes sacrosanctum ita habento, ut nec contumacibus remissum, nec resipiscen-tibus severum esse videatur. Datum Londini 18. Calend. Junias, anno Domini, 1542. IOAN-

# JOANNES CHEKUS

REVERENDO IN CHRISTO

OF BATRI AC DOMINO,

D. STEPHANO EPISCOPO

VINTONIENSI, AC CANCELLA-RIO CANTABRIGIENSI

S. P.

uantum ex primis literis tuis ad me privatim missis voluptatis cepiquo me tam humaniter ac benigne tractatum esse viderem, Præsist ornatissime, tantum ex alteris lite-

ris molestiæ & acerbitatis habebam, quod essem tam severè & crudeliter abs te accusatus. etsi enim pro certo ante habebam, me nonnullorum hominum delationibus graviter apud te esse accusatum: tamen quanto majorem semper de gravitate ac modestia tua opiniosiem habebam, tanto minus illorum querelas atque impetum extimescebam: & plus mihi præsidii in æquitate tua positum, quam reprehensionis in illorum querimoniis collocatum esse arbitrabar. nunc quoniam in me tantum timoris ac verecundiæ suerit, ut non auderem tibi, nisi cognita voluntate tua, respondere: & tantum occupationis & negotii, ut

ut quo tempore maxime volebam, minimè possem studio tuo & desiderio etiam meo satisfacere: nescio quomodo quum intervallum temporis considerares, impedimenta verò mea non prospiceres, probabiliter certè, sed non satis justè tamen exardesceres, & nimis vehementer in me invehereris. quum nulla mea culpa, sed aliorum gravi invidia depressus, tantum molestiæ ac miseriarum habeam, quantum pauci alii æquales mei pertulerunt: tamen cætera sic perpetuò ad ea assuefactus fero, ut non facile in mentem intrare permittam, & ea cum volo rursus deponam. tuæ autem literæ in tantum me mærorem ac mœlliciam conjecerunt, ut ejus magnitudinem eximere ex animo meo nullo modo queam. Nam cum de emendata Græca pronuntiatione, que ceteris studiosis omnibus utilis & jucunda, mihi soli, ut videtur, invidiosa est, si non gloriam quam non sequebar, certè diligentiæ meæ, quod sperabam, aliquem fructum percipere debebam: tamen cum mutationem esse factam audis caussas mutationis, & opportunitatis ex ea aliquot jam annos inventas non audis: in quo debebam diligens, officiosus, utilis Academiæ studiisque vocari, temerarius, audax atque arrogans esse dicor. Sed neque me temeritatis convinci posse arbitrabar, si eruditissimorum atque antiquissimorum virorum judiciis acquiescerem : neque puerilis audaciæ ,

#### 216 JOANNES CHECUS.

ciæ, si omnium penè ztatum consensionem approbassem: neque arrogantiæ, si ea quæ injulté atque inutiliter irrepferunt, ea possim spectatorum ac scientium hominum auctoritate minuere. Et certe vehementer dolet mihi cò rem esse delapsam, ut si quid pro studios rum utilitate contra corruptam Græcæ linguæ pronuntiationem loquamur, contra auctoritatem tuam videamur loqui: & si de re aliquid dicamus, illud statim ita accipiatur, quasi eo imminuta dignitas tua fuerit, & quafi omnis inveterati erroris tu acerrimus propugnator & defensor existeres. Mihi autem contra hoc femper spei in re aggrediunda suit, ut quanquam imperitorum atque ignorantium hominum voce & conviciis multum jactarer, & illusione ac indignatione eviam exagitarer: tamen cum à bonis & eruditis viris probarer, & à studiosis hominibus ad hoc persequendum animarer, me multum in tota hac antiquitatis caussa redintegranda autoritate tua sublevandum fore, cum te constet omnis antiquiratis habitum fuisse perstudiosum, & à recentis memoriæ novationibus omni animo ac voluntate abhorrere. Itaque adverfus maledicta commiseratione, adversus institiam eruditione, adversus hanc confusam irruptionem. antiquitatis studio, adversus illorum impetum autoritate me tua pugnaturum confidebam. Videbam enim nihil mihi ad causse tam iustæ & legitimæ defensionem præter voluntatem

#### DE PRONUNT. LING. CR. 211

tem tuam abfuisse, ut cum omnia mihi suppeterent, autoritas antiquorum, grammaticorum veterum perpetuus consensus, utilitas ad discendum, fuavitas in eloquendo, perspicuitas in pronuntiando: ad ilta omnia fi favor, si benignitas, si approbatio tua accederet: cumulate me omnibus in tota hac pronuntiandi ratione potuisse satisfacere. Quid enim mihi abelle potuit, aut quis externus est quem ego in toto hoc genere formidarem? aux à respondendo in causa præsertim tali refugerem, quæ genere toto humilis & abjecta, reipfa utilis ac fructuofa existit. Ac sanè mihi sæpe numero in causam diligenter intuenti admirari subit, quodnam sit hoc fastidium hominum, aut quæ sit tanta perversitas, ut rejectis doctissimis in utraque lingua grammaticis & rhetoribus; fese ad inanem quandam & erroris plenam consuetudinem; nullo judicio susceptam, nulla utilitate fretam, nulla auctoritate commendatam vehint convertere, & ad earn tanquam ad scopulos Sireneos consenescere. Et tamen ejus defensio sic est à te fuscepta, ut nemo neque plura, neque graviora, neque acutiora possit dicere, ut nihil vel quod pro ea, vel contra nos dici possit; à te prætermissum esse videatur. In quo facillimè cernitur quanta gravitate & copia ex contraria parte usus suisses, si te ad emendatam pronuntiationem constituendam adjunxisses. Nihil enim fuisset, quod vel DIO pro antiquorum auctoritate!, vel pro studiorum utilitate, vel pro suavitate dicendi, vel pro claritate pronuntiandi dici potuisset, quod non & verbis & sententiis exaggerasses, & argumentorum multitudine nos & magnitudine penè obruisses, & vi quadam dicendi invitos ac penè reluctanteis in sententiam tuam pertraxisses. Nunc quanquam caussa hæc bonum patronum & defensorem perdidit, de veritate atque utilitate tamen nihil amisit : è quibus alterum in ingenio dicentis, alterum totum in re ipsa est positum, & ego nimis graviter in hoc & severè reprehendor: dicam equidem pro meipfo & pro caussa simul: & ita planè ac breviter dicam, ut manisestè intelligas, me nihil neque obscurare voluisse nimis conquisitè dicendo, neque occupationes tuas impedire multa respondendo.

Objicitur mihi pronuntiationis Græcæ ac Latinæ novatio. Magna fanè res & odiofa. Quid, quasi scelestum objicitur, an quasi temerarium? Certè ejus quod objicitur dimidium est fassum. Nam nihil unquam neque novum, neque vetus in Latinam linguam introduxi. Quod si fecissem, tamen cum antiquorum hominum auctoritate illud sirmare possem, non est quòd me puderet, si consueti erroris approbationem elevassem. Nunc quanquam quod de Latina lingua dicitur non est valde magnum, tamen aliquid est partem accusationis tantam esse inanem. Sed in

Græ-

# DE PRONUNT. LING. GR. 213

Græca lingua si novum sie dicitur quasi inauditum & recens à me fabricatum, ne novum quidem quicquam ibi est à me constitutum: sin intermissum & ad tempus depositum, novum nunc dicitur, fateor equidem aliquid in Græca lingua esse novum. Sed hoc non elt quicquam novare quod vetus est atque utile introducere: sed pristinam, hoc est pronuntiandi rationem revocare: & antiquitatis studium, quod in hac lingua spectare debemus, redintegrare. Magnum igitur vitium erit, & intolerabilis cujusdam arrogantiæ fignum, si antiquos sequimur? Et quod unum in omnibus studiis & disciplinis persequendis laudatur, id in sonorum ratione vituperatur? Quise ad theologiæ aut medicinæ aut philosophiæ studium adjungunt, non se ad ætatis nostræ homines, fed ad antiquos conferre debent. Et qui Græcæ aut Latinæ linguæ facultatem quærunt, ildem à Platone & Demosthene, à Cicerone & Cæsare ista petunt. Et omnium cæterarum rerum studium sive in re, sive in férmone sit positum, ab optima magistra antiquitate dimanat: una fonandi ratio à nostris quantum video hominibus hauriri debet. Sed sanè non video cur si sonorum usus ab autoritate antiquorum quasi à magistro recesserit, non debeamus eum quasi fugitivum servumretrahere, ac constringere. Nam usus iste qui tantopere jactatur, si recta ratione reputetur, quid aliud quam inveteratus error est &

#### 214 JOANNES CHECUS

Nam qui mihi hoc concedunt, aliam antiquorum, aliam nostrorum sonorum rationem esse: iidem sanè hoc mihi largiuntur quod ego maximè volo, & eum errorem in dicendo custodiunt, quem ipsi minimè debent retinere. Videant enim ne nimia arrogantia sit tantum sibi ipsis assumere, ut præ se omnem antiquitatem, omnes eruditos qui ante fuerunt, velint contemnere. Nam quantum video, hoc unum maxime caussam facit, utrum usus præsens an autoritas antiquorum plus valere debeat. Ac si usus quidem tantam habet autoritatem quanta à nonnullis prædicatur, miror cur sit consuetudini Academiæ nostræ nihil datum, quæ sic jam aliquot annos invaluit, ut omnes qui Græca legerent vel cognoscerent, præter admodum paucos, qui Græculi videri quam esse mallent, hanc nostram emendatam usurparent. Et ea quidem initio suscepta magnam claritatis commendationem, postea etiam utilitatis approbationem habuit: nunc verò etiam tantam suavitatem. ut altera nimis putida, nimisque insuavis esse Et cum non satis ex usu nostro sit, hanc receptam pronuntiandi rationem, quæ se in animos omnium nostrûm penè immersit, propter multas opportunitates dimittere: tamen quidam invidiosi conantur eam quasi de gradu dejicere, & auctoritatem tuam ab ea quantum possunt abalienare. ipso in quo usum commendant, tamen usum nonastrum cum utilitate conjunctum, & à veterum auctoritate non abhorrentem profligare fludent. At sane non video cur si ab antiquorum via deflectere liceat, non in hoc noftro quasi in diverticulo quodam ameeno conquiescamus. Nam si utilitas queritur, usus eius tam late patet, ut anno plus proficiamus quam ante biennio profecimus: & citius ad dicendi scribendique facultatem perveniamus quam qui longissimum tempus in ea re consumpserunt. Et hac aliquot jam annorum experientia sic declaravit, ut pronuntiationem nostram tollere, nihil sit aliud quam facilitatem consequendæ linguæ auferre, & eius discendæ laborem conduplicare. oblectatio, tanta suavitas in Homerico carmine, aut Sophocleo, propter sonorum varigtatem & numerorum modificationem adfluit, ut nullus musicorum cantus, nullus cithara pulfus numerofior aut jucundior effepossit. Et hec consuetudo tam utilis, tam ructuosa quanquam alte radices egit, & se ipsam ita profudit, ut non modò effloresceret. & viriditatem haberet, sed etiam fructus copiosos uberesque serret : tamen à quibusdam sic attentatur, ut concidi eam atque ad terram adfligi cupiant, & omnes præterea radicum fibras ita extrahi, ut nihil quod in posterum emergere possit, relinquatur. Sed ji nimis invidiosi sunt, & alieni mali plus juto appetentes, qui ita commodis nostris angun-

#### ale JOANNES CHECUS

guntur. & malis oblectantur, ut in corruptam pronuntiationem quali in gurgustium aliquod obscurum nos detrudi & compingi cupiant. Quod nisi hoc conentur ut studia Græcæ linguæ, quæ nunc vigere & florere cæperunt, iterum deprimantur, & ad pristinam inscitiam traducantur: non video cur res quietas & pacatas commoverent, & in vitam ac statum suum conquerentem Academiam ad obsoletam jam confusionem revocarent. Atque utinam certè omnes qui tam vehementer pro usu disputant, quid ex usu nostro potius quam quid in usu sit constituerent, minus multo in rebus necessariis queruli rixosique essent, neque aliorum utilitates tantis opibus tantaque animi contentione everterent. Sed confuetudinem Academiæ nostræ, quæ tamen aliquem locum apud nos habere debebat, prætermittamus: neque tantum consuetudini ulli in Græcis sonandis tribuatur, ea ut non auctoritati priscorum cedat: neque tantum nobis, temporibus, hominibus nostris, vel urbanitatis, elegantiæ demus, ut non pu temus illos ingenii, eloquentiæ, disciplinarum gloria longe præstitisse.

Nunc quoniam multa de usu præsentis seculi, multa de urbanitate, multa de facultate mea disputas, in iisdem ego vestigiis insistam, & eisdem me limitibus circundabo, quibus à te circumseptus & inclusus sum. Ac primum de usu nihil nove, nihil inique

diçam.

dicam. neque enim vellem, si possem: neque si vellem, deberem certè de tali re turbulentè aut absurdè loqui. Nam omnem nsum ita probare, ut ab eo nulla de caussa discedendum sit, amentiæ est: nullum usum bonum, nullum laudabilem existimare, magni certtè stuporis est. Si enim semper in consuetudinem intueremur, & eam conservandam constanter affeveraremus, magno labore hominum vita & disciplinæ cultus leva-Tum enim quid fit, non quid faciendum sit quæreremus, & unum quodque quo sæpius fieret, eo melius esset: quo rarius usurparetur, co esset deterius: neque rei natura, fed utentium confuetudine omnia metiremur. Sed Græcarum literarum studium in eo est pofitum, ut non quid docti nunc velint, sed quod antiquorum libris continetur, id optimum ac præstantissimum habeatur. Neque enim quicquam mutare in lingua possunt aut debent, quæ è consuctudine loquentium quasi è servitute exiit, & libera jam suæque spontis est, neque sub uulgi dominatum subjecta, sed emancipata jam liberalique asserta caussa manu est. Nam ea nunc nemini patria est, neque à populari dicendi ratione petitur, sed ex antiquissimorum & optimorum auctorum libris cognoscitur: neque ad vulgi judicium accommodatur, fed in antiquitate majorum tota continetur. Et cum non temporum mutationi subjiciatur, aut futura respiciat, sed scriptorum 0 6 aucto-

#### 318 JOANNES CHECUS

austoritate nitatur., & à præteritis pendeats non debet valere quod fine auctoritate est introductum: neque auctoritatem habere, quod illorum scriptis est contrarium. Quis enim mutare in Græca lingua quicquam potest, aut verborum sensa in alias significationes traducere, quis Græca addere, quis Græcis de trahere quicquam potest? Nam si unun pro curru, aut alesmo pro scamno nunc ponerent, num ideo auctoritas hodie loquentium hoc Gracum faceret: ut non liceret mihi venins & melius illa eadem in vera & antiqua fignificatione fine reprehensione retinere. Satis enim in verbis atque in omni sermone mihi ad probationem erit, hoc modo locutum Demosthenem, Platonem, Thucydidem, aut aliquem alium ex antiquis, quorum auc-· toritas inter Græcos magna in loquendo aut scribendo fuit. Neque me præsentis vel sequutura atatis confensus movere debet, non si totum doctorum vulgus sua in unum conferant consilia, ut non optime Græce Demofthenem, Platonem, Isocratem, Xenophonem, fingulos in fuo dicendi genere fcripfifse putem: aut quenquam nasciturum qui melius quam illi scripserunt, græce scribat aut loquatur, aut par in aliquo dicendi genere esse possit, nisi si naturæ quadam incredibili bonitate & singulari quodam in Græca lingua studio totum se ad illorum imitationem componat, & in iisdem verbis dicendique ornamenmentis hareat. Quod si ad aliud quoddam genus se conferat, & verbis illorum non conientus, alia nava, & ab illa antiquinte remota, conquirat: fieri non potest, ut non in toto dicendi genere sit perridiculus. Quis igitur hor genus arrogans doctorum hominum sequatur, qui sibi assumunt, se in alienam linguam, eamque liberam, impetum facere polle, & sonorum antiquorum ubertatem imminuere velle, & totam dicendi concinnicatem. sicita libeat, perventere posse, quum ips ne minimo quidem digito illam attingere debeant, neque auctoritatis sibi quicquam aut potestatis attribuere: nam ista contra jus. contra fas, contra antiquiratem, sine auctoritate, fine dominatu, fine aliquo munere velle patrare, non æquitas esse, sed vis, sed. tyrannis haberi debet. Et malè certè dureque cum Græca lingua agitur , quando qui docti homines ac linerati conservare illius dignitatem atque integritatem debent, no quam vim aut injuriam ab imperitis malevolisque hominibus accipiat, ea ab illis potifi. mum læditur: & in quorum benevolentia ac defensione debebat conquiescere, ab hiis indignis acerbisque modis tractetur.

In sonis autem quemadmodum in verbisquod ab antiquis accipitur bonum & laudabile est: quod sine illorum auctoritate irrepsit, falsum haberi debet ac temerarium. Soni enim in verbis sedem ac domicilium habent, in qui-

quibus quasi bonæ matronæ in ædibus perpetuò permanere debent. Verba enim à verbis sono distant, qui sonus si in ullis congruat. eadem funt verba: sin variet, diversa esse judicantur. In dicendo enim varietas verborum auribus dijudicatur, quæ fonorum inflexiones ac modulationes cum percipiant, facilè intelligunt quæ vocabula diversa & quæ eadem sint: & intelligentiæ judicio perspiciunt, quæ diversa eandem rem commonstrent, & ouæ eadem diversas res significent. verborum quasi tempestivitatem etiam sonorum ita ætatem adjungemus, ut temporibus inter se non discrepent, sed antiquitate concordent. Ut si præsentis ætatis linguam discamus, præsentes sonos adhibeamus, & ita nos in dicendo temperemus, ut nihil antiquum aut peregrinum afferamus. Nunc antiqua verba quærimus, antiquam linguam indagamus, & illis novos fonos affingemus? recentem depravationem pronuntiationis, antiquorum verborum luminibus assuemus? At si quis Enniane aut Plautine loqui vellet, an non sont, &, non mi aurum. Et vos in vofiris voltis, atque alia ejus generis loqueretur? Et si Ciceroniane loqui vellemus, ad illius temporis consuetudinem nos converteremus: cur non cum in loquendo Græco maxima sit virtus, Platonicè & Demosthenicè loqui, reprehensione etiam carebit illorum in loquendo sonum imitari. Græca jam lingua ne-

#### DE PRONUNT. LING. GR. 221

nemini patria est: & qui ei linguæ se tradunt, antiquorum auctorum clarifiimos quosque legunt, inde fibi ad linguæ percipiendæ facultatem maximum presidium collocatum arbitrati. Que ubi jam desiit vulgo efferri, desiit sub hominum potestate esse, qui dum vulgò verba petunt, vulgò verba mutare posfunt: ubi ab hominibus dochissimis accipiunt. illorum verbis & sonis se tradunt imbuendos. In quo labi mihi videntur illi, & in magno errore versari, qui non distinguere possunt inter linguas patrias, que adhuc vernaculæ in hominum usu & potestate sunt : & linguas liberas, quæ sui juris atque arbitrii sunt, & non ab aliis administrari aut gubernari solent. Nam patriam linguam & vernaculam, quia in loquentium potestate remanet, mutare homines possunt: alienam linguam, quia in illorum potestate non est, mutare non posfunt. aliud est enim linguant vulgo aliud ex antiquorum scriptis petere, quia à plebe quod præsens est, à libris quod in omni ætate optimum est, disci solet. A' quorum igitur temporibus petuntur verba, ab eorum ætate discantur soni. unde qui nos loqui verbis præsentibus jubent, moribus autem præteritis vivere: rectè quidem dicunt, si de eo, de quo ipsi loquuti sunt, rectè intelligatur. rectè quidem hoc de Græca lingua intelligeretur, si alia verba Græca præsentia, alia antiqua essent. Nunc verò vel nulla præsentia

tia funt; & tum ad not illa fententia mentaquam persinere potest. Vel eadem præterita & præsentia sunt, & tum antiquam sonomam rationem non excludit. Que est enim huius zeranis in faciendis verbis aut fonis auct coritas; aut in quo jure gloriani possunt se ab antiquis in alla lingue parce difcessionem facturos? Num loquendi formas variare. num verba magis apta afferre, num propria plura constituere, aut novata quædam introducere possunt? Et ut ad minora veniamus. sum generum constructiones, num cafuum indexiones; num accentuum litus, num spirituum sedes, aut quod minimum est, man conum que noupean & nanc à gracis dicummer, vim & naturam ulla minima ek parte stransferre possunt? Quod si non possunt, nequaquam efferant se, nec potentiam suam venditent, se totam antiquorum sonandi razionem mutare, cum ne minimas quidem & tours lingue abjectiffimas operas ab officio suo abstratere posint. Gracis olim hoc lirebut, cum in flore terum versabantur. & enculuillimi lingua populati & disciplinis ceteris habebantur, nunc alienis non licet quicquam libi in co arrogate, in quo muka illis relinquuntur ad imitandum, nulla restant ad corrigendem. Nam quod maximum est in lingua ad cloquentiam, illed persequi posaunt: quod minimum est in lingua ad ullam Grammatice rationem, mutare non possure. Quid

Quid enim impedit, quo minus sonorum resione concella, aut aliquo alio longe minore in potestatem illorum redacto, non omnium generum inflexionumque antiquitatem abrogare possint, & consuctudine atque usu nova omnia constituere. Nam eandem quam in fonis, cur non in verbis quoque potestatem has bent, cum utraque illorum ex æquo sub consucrudinem cadant. Cujus enim consuctudinis est, sonos convertere, ejusdem consuetudinis est verba mutare. Et si quando quicquam de consuetudine à Cicerone vel Horatio præcipitur, id ita late patet, ut non modò in sonis hereat, sed etiam ad totam dicendi rationem transferatur, & non modò ad verborum commutationem derivetur, sed ad formulas quoque dicendi permanet. Inde illa Ciceronis contra Antonium, Quid of porrò facere contumeliam? quis fit loquitur? sed nemo nunc alia verba afferre debet, quam que antiqua funt, & à prestantissais dicencendi magistris approbantur? Nemo nec nova verba quasi Græca introducere, nec es verba quasi Græca introducere, nec ea verba que in Platone, aut Demosthene sunt optima, vel abjiciendo minuere, vel usurpando amplificare potest. quis enim hoc præstare aut esticere poterit, ut quod prius non Grecum fuerat, nunc Grecum habeatur, aut hoc doctis & sapientibus persuadere, ut non Demosthenes, Plato, Thucydia des,

des, Aristoteles, optime Græce scripserint & pronuntiaverint. Nam quod est aliunde profectum, & non domi quasi natum, illud non Græcum, sed externum est atque barbarum. Hoc nobis adest commodi, quod Græcam linguam discere, non hoc auctoritatis, ut ullam ejus partem constitutam liceat mutare. quod enim tum emergit, quando Græcæ linguæ fieri mutatio non potest, quomodo ullius in Græca lingua auctoritatis haberi debet? Ut Hebraica lingua cum multis verbis deficiatur, tamen quæ Rabbini ad linguam explendam adjunxerunt, non Hebraica, sed alia esse putantur: neque extra Biblia, quicquam Hebraicum est, aut esse potest. Sic Græca quæ olim firmata sunt, vera Græca sunt: reliqua seu verba, seu soni, non Græca, sed peregrina ac barbara sunt, neque ad veritatem aut integritatem linguæ pertinere possunt. Obtrudi enim & ingeri verba externa & foni abfoni abfurdique poffunt, Græca fieri verba aut soni nativi non possunt. Unde non injuria conqueritur Galenus, verbis Persicis & Medicis, & aliunde petitis, medicinam oppleri, verba Græca & antiqua deseri. Et interire quidem fortasse & consumi tota Græca lingua potest, sicut superiori ætate penè abiit è memoria hominum: mutari tamen quamdiu est, & trajici in alios confusos inquinatosque sonos non po-Si igitur in verbis hoc folum verum est

# DE PRONUNT. LING. GR. 127

guod olim fuit, non quod nunc est: cur non idem in elocutione verborum spectari debet? Nam quemadmodum honesta nobilisque fœmina expletis jam ad pariendum annis, ipfa fructu & multitudine editorum in lucem liber rorum oblectata, spem futuræ prolis totam abjicit, & si liberis dare postea operam vellet. quia effœta est; plureis tamen parere non potest: sic Græca lingua quanditu in store hominum & eloquentiæ fuit, tam diu verba mutare & progignere potuit: nunc ubi ab hoc munere conquievit, ne ipfa quidem, si vellet; augere verba, aut aliquid in ea novare potest. Quamvis enith se ipsam suffarcinare vellet, & speciem populo novi partus exhibere, tamen non tam familiare illud, fl producatur, quam ab aliis adrogatum esse vide-Nam si quid in Græca lingua ad usus nostros deficiat, illud quasi nostrum, non quasi Græcum adhibemus: non tamén licebit quæ bene posita sunt mutare, quæ depravata tamen sunt, ea licebit omnino corrigere. Nel que enim quia Evangelista vos desirrito & misis-Mich dixit, hæc Græca statim & non Lati-Neque si Lucilius Græca quædami Latinis versibus immiscuit, hæc Latina continuò, & non Graca fuerunt: sic si nos sonos quosdam in Graca lingua mutamus, eos non vertimus potius quam evertimus. Quod igitur nunc adhibetur in lingua quia faciendorum & mutandorum fonorum potestas nobis

nobis erepta est, illud falsum, corruptum, peregrinum haberi debet, neque ullius auctoritatis in Graca lingua existimari. Facessat igitur in hac libera lingua hæc confuetudinis auctoritas, neque tantum valeat usus ad bona corrumpenda, quantum antiquorum auctoritas ad mala corrigenda. Qui enim usus nulla auctoritate fretus, nullo judicio susceptus, ubi non debebat temerè involavit, is non usus, sed abusus censeri debet. Nam qui ita loquuntur quali omne quod consuetum est, idem in usus rationem cadat, iidem publicum rerum abufum nullum affignare poffunt. Quomodo enim esse porest? cum postquam in multorum hominum manus aut fermonem venit, statim pro usu firmum ac ratum habetur: & quod in usu est, & quod utibile est, idem esse ducitur. Nam qui verum idem quod usitatum esse dicunt, eò videntur prolapsi esse quò olim Protagoras pervenisse dicitur, qui omnium rerum mensuram esse hominem putabat: ut quidquid bonum, malum, verum aut falsum esset, tum, demum ita esset, cum homini sic esse videre-Sed in animo hominis est opinio, nonveritas: neque hominum æstimatione, sed rei ipsa verum cernitur. Et si verum in Græco. aut Latino usu consuetudineque cognosceretur, non quid aut quomodo loquendum esset, sed quomodo loqueremur quæreremus. Atqui ex eo fieret, ut cum jam ante paucos, annos

# DE PRONUNT. LING. GR. 227

annos nulli penè Græca scirent, nulla penè fuifet Græcæ linguæ loquendæ veritas, fianidem ea consuetudine loquentium, non antiqua auctoritate cerneretur. Itali hodie, Galli, Hispani, corrupta quadam mutilaque lingua utuntur. Græći depravatè hodie eam linguam loquuntur, cui nos studemus: quæ none cum maxime usitata sunt, etsi duplo plus etiam ulitata essent, tamen nequaquam aliquod verum in Græca aut Latina lingua Quid mírum igitur, in lingua neefficerent. glecta, & propè amissa, aliquem errorem pronuntiationis irreplisse? & quid magnum elt, in tam deposita & derelicta lingua errorem aliquem elle confiteri? Nam multa ætas nostra, & tacitus quidam hominum consenhis mutavit in melius, hoc quod in sermone positum suit, consuetum certe, sed non verum tamen esse arbitrati. Nam Timotheum. Philemonem; Sátanam; Jácobum; Mariant Magdálenem, Sálometh Jácobi, mulieres, consucta esse cognoscebant, vera esse non judicabant. Quid quod in omni doctrina aliud verum, aliud consuetum suit, & non ad pronuntiationem folam hic confuetus error permanavit. Nam mea penè ætate Aristo? telem, & non commentaria quædam atque ssitata legere, nefas fuit. Et Jacobus Stabulensis cum lucem Aristoteli adferre voluit ramen principiò in ils quæ de Dialectica & philosophia scripsit, ferri non potuit. quid

quid externa commemoro? Cantabrigiæ cum ipse juris civilis studium repurgares, & à quibusdam glossematariis animos studiosorum sapienter avocares, tamen in magnam hominum offensionem incurrebas, & non sine magna disceptationum contentione tam honeitum propositum conficiebas. Latina lingua cum revocaretur, non fine magno motu & indignatione animorum revocabatur. lingua multis odiosa fuit, atque etiam nunc. est. & sunt qui ab ejus cognitione adolescentes retardant: & vereor ut qui animum tuum adversus Græcam nostram pronuntiationem inflammabant, nascenti ejus laudi, & studioforum multitudini inviderint. Hebraica suos reprehensores habet, ita ut in discrimen famæ existimationisque suæ penè veniat. Multa funt ejusmodi errorum commenta, qua tempus minuet. Multa vera atque integra. quæ eruditorum judicia sensim approbabunt donec ad perfectam & expletam antiquitatis formam omnia revocentur. Hæc ideo dicuntur, ut intelligaturaliud esse quod consuctudine est approbatum, & aliud esse quod sit re ipsa verum, ut non tantum nostris hominibus, neque tantum superiori ætati tribuas tur, ut illud statim bonum, & verum esse existimetur, & ut magis docti homines in quærendo vero quam in errore retinendo elaborent: & ut perfectum sibi opus tum esse putent, cum ad illud quod in antiquitate optimum

mum est pervenerint: neque præteritarum ztarum mutationi tantum permittant, ut omnia femper in melius conversa esse credant. At quæres, quid illud sit quod in antiquitate of optimum: & quid fit illud quod quamvis infinitæ mutationes in lingua sunt, tantum nunc perpetuò verum esse debet. Facilis est & inprimis hujus rei expedita ratio, apud te præsertim, qui tantum temporis in studiis consumpseris, quantum tibi per publica negotia & regias occupationes heuit facero. Vulgo enim quod præsens est illud hauritur libris, quod in omni antiquitate est optimum, illud nebis maxime proponitur ad imitatio-Non enim omne quod antiquum est, Hatim probatur: sed quod tempore, quod eruditorum approbatione, in maxima Græciæ quasi viriditate florebat, illud nobis exemplum ac regula dicendi sonandique esse debet. Quod enim in tota antiquitate perfectissimum' cumulatissimumque suit, & quod in optima atate est ab optimis usitatum, illud in Graca lingua verum, folidum & expressum esse debet. Catera quo magis ad hoc accedunt, ranto magis veritati vicina funt: quo longius absunt, eo magis improbanda rejiciendaque: Neque enim una antiquitatis parte repudiata, omnem antiquitatem conculcare debemus: neque si prima linguarum initia non fatis matura concoctaque fuerint, debemus etiam ipsius lingua absolutionem persectionomque immaturam & acerbam judicare. Non

Non enim quia Ennius non admittitur, aut antiqua latine loquentium horriditas, non fatis exornata atque exculta fuit, idcirco ne Cicero quidem probari debet. Non enim quam verè omnes antiqui seculo suo locuti fuerint. dispuramus: sed quid nobis verissimum, & ad imitationem aptissimum sit, quærimus. Et quemadmodum vitæ, sic linguarum est quidam status: qui ubi viguerit, tum se ad senium debilitatemque rurfum inclinat. Ac nemini quidem dubium esse potest, cum oratores illi & philosophi florerent eloquentiæ ac literarum lumina, tum hoc maturum robustumque in Græga lingua fuisse: quò cum pervenisset, ne magnitudine sui se ipsa obrueret, constituse, ac illud perfectum expletumque judicalle. Nam Jupiter sic Græcè loqui velle quemadmodum loquutus fuit Plato à Philosophis dicitur: & Demolthenes sic scripliffe dicitur, ut folus in judiciis atque in fono regnaffe videatur. In quam ætatem hominum doctiffimorum omnis posteritas jure intuetur, & dicendi ab illis sapiendique exemplum studiosi petunt: & ingenis illorum, ac eruditione delectati, totos sese ad illorum imitationem dediderunt. "A' qua ætate si qui se aliò traducunt, & in aliorum Græcorum scriptis volutare malunt, tanto magis temerè illorum studium in Gracorum libris ponitur, quanto magis cæteri Græci se laudandos pusaverunt, si propinqui esse, & aliqua ex par-

### DE PRONUNT. LING. GR. 231

te ad illorum formam dicendi ascendere polfent. Nam si Latini homines Cicerone dimiffo in caussis dicendis totos se ad posterorum hominum ingenia formarent, num quis prudens homo illorum in tali caussa factum probare, aut utile judicare vellet? Neque hæc dico quòd sequenteis vituperem, sed quòd priores magis probem. Etenim fi quis Thomæ, Scoti, aut aliorum, quorum sententiam non improbo, eloquentiam non laudo, dictione delectarus in Latina lingua se venditet, impudens sit oportet. Non enim quamvis remporibus illis maxime ufitatum, tamen maxime verum fuir, ut usitatum optimum indicare nihil fit aliud, quam deterius meliori anteponere. "Rectè Ennius seculo suo, & quia non melius tum quicquam fuerat, fortassis optime, sed non optime nunc: nobis ramen non rectè Thomas, non rectè superius feculum, quia alfud fuerat antea melius: & fi animum induxissent, potuissent ad aliud purius & latinius dicendi genus perducti esse. Nam neque in illis, neque in nobis necessitas, ur Ennio proponitur, qui ne fi voluisset quidem, potuisset melius: nos si 'eo mentem & fludia converteremus, pollemus nobis ornatum latinumque dicendi genus comparare. Nam ut antiquioribus laudi est dandum quòd fecerint, venia est danda quod non potuerint: sic nobis, si optima persequamur, laudabile erit: sin deteriora consectemur, non

necessitatis erit, quòd non poruerimus: sed imprudentiæ erit, quòd nolucrimus. Itaque pronuntiationem hanc corruptam diutius in consuetudine sermonis quasi in officio continere, non est verum quod esse corpit retinere, cum in Græca lingua jam nihil tale contingere potest, sed quod verum est & fuit, abrogare. Verum enim est quod maturum in lingua, quasi in arborum fructibus est, non quod caducum & vietum est : quò cum lingua accedit, providendum est, ne in depravationem aliquam iterum aut vitiolitatem dilabatur. Et quoniam una est Dei veritas, quæ nunquam esse desinet, mortalia facta peribunt, ne dum sermonis stet honos & gratia vivax. Idcirco ubi ad lummum ea pervenerir, ubi quemadmodum in ætate ad vegetius & floridius accrescere non potest, tum demum quali in arborum baccis aliquod putridum & vitiosum consequi necesse est, ne in immenfum aliquod bonum lingua excrefcat, fi femper ad melius evadat, & nunquam in deterius diffluat. Non est igitur hoc pro certo habendum, posterorum hominum ingenia, si quid à superioribus desciscere voluerunt, ca statim meliora & urbaniora fecisse. hac pronuntiatio tam ab illis mutata elle, quam temere & imprudentibus multis irreplisse videri potest. Si enim quia aliquid sequitur, ideo est melius, non quid optimum in rebus, sed quid ultimum esset, quærere-

mus. «An mutatio unquam à quoquam definita est rei deterioris in meliorem conversio? utinam certe hoc esset, ut perpetua rerum conversione lætaremur. Et hoc nostrum quod tibi recens ortum esse videtur, in aliqua approbatione esse deberet. Non enim quia vestes, ædes, aliam in formam atque olim fuerant convertuntur, ideo omnia statim in melius mutari est necesse. Non enim qui post Ciceronem oratores, suerunt, & totum dicendi genus mutaverunt, ideo melio, res fuerunt: & omnes qui se ad Græca ap-plicant, non à Demosthene potius quam Libanio, à Platone quam Luciano, à Thucydide quam Herodiano debent discere? è quibus hi posteriores, non meliores: laboriosiores. non eruditiores habentur. Nam Dialectica, Physica, Mathematica, Hebraica, Græca, Latina, cognoscenda, non mutanda: augenda, non alienanda: confervanda, non depravanda funt. Sed quis non credat in tanta rerum varietate, multa solere in pejus ruere ác retro sublapsa referri? Tempus enim mulța, edacitate ac fenio consumit : que ingenia hominum propter açumen intelligentiæ invenerunt & propter multitudinem inventorum conservare non potuerunt. Multa hominum inscitia & ignoratio minuit, que utilifer constituta vel negligentia amittuntur, vel desidia corrumpuntur. Multa odium, multa invidia, efflorescere non sinit: quæ vel cum

doriola fint delicitintar : Vel Cum dafcenla fune, conculcantur. Multa citam iplo sbulu percunt, & utentium vitio ad offenfiowein prolabuntur, que suo momento stare in hominum oculis atque autibus debent. Cur igitur si quæ mutantur, ea in mesius statim convertuntur? Atqui ahud mutatio, aliud mutatio bona est: msi si forte idem alicui videatur mutari & Bonum esse. Sed prudentes homines non quam multæ, fed quam bonæ mutationes fant, folent quærere : & exemfilm ad quod mutatur, aut finem propter quem mutatio lit, animo porius fequentur, dram de univerla genere intitationis aliquid Aztuant. Sed qui omnium præteritarum convertionum laudatores funt, nollitarum veto Tedintegrationum vituperatores exliftunt, idem coglient, fi is que mutata sunt delectentur, is qua non mutata funt, offendi iffos debere. Nam quæ quia mutantur, probantur, eadem quia non mutamur, impro-Landur: feld this corruptum Graca lingua & vilgo inveteratam pronuntiationem vel lauthe , vel ceinent, lidem hoc maximum, afferant; quod à posterioribus hominibus mutata antiquior forma est, & ipso. inclinavit. Sed ita ut video ista mutabantur, ut posteris quoque suis multas mutandi eatiem caussas dederint, que antea ab illis mutarions protextu depravabantur. five enim. hæc.

hec depravatio hominum errore atque infcitia irreplit, quod quidem fieri fortalle potelt, sed tamen non lubenter dico, sive questius & lucri caussa perfuasit, ut Græculi quidam cum pauci effent, majorem in Italia auctoritatem haberent, for obscuranda impediendeque lingue canssa, ut res per se ptilis & fructuosa, mili his qui magnis laboribus se addicerent, percipi non pollet, deu quomodocumque ad hanc impuritatem defluxerit, wihil causse esse posest, cur ab ansigua forma ha, ad deteriorem transfect. Si entra ignorantia hoc fecerunt, erudiendi funt : sin aliq quo alio animi mom, condemnandi funt. Nam si superioris seculi in linguis imperitiam dissimularem, impudens sim oportet, qui in rebus manifestis obscure agere vallen : sed condonanda tamen illis multa, qui in tali for culo quantum pomerunt ingenio atque indutiria confequuti funt : nobis non condonandum, qui ab en quod consequi possumus. abhorremus. Nam ante Chrysoloram, qui non longo intervallo ante nos fuit. Greca literæ absconditmatque ignotæ jacuerunt, qui, five depravatione fermonis patrii contentus Gue questu commetus, seu obscurande linguæ studio impulsus suit, non movere nos debet, ut in eadem ignoratione, cupiditate, invidia verlemur. Hunc sequuti posteri, quæ ab illo acceperant, impurius sortaffis ahis tradiderunt; nunc imperissima sunt in sono

## #36 JOANNES CHECUS

no omnia, quæ totius linguæ studium mirificè depravant, & studiosorum hominum animos in iplo quali limine & veltibulo offendunt. Sed quacunque de caussa commou fuerunt, unde tandem hoc illis juris in majores sues fuit, quod posteris itidem in illos non est, eum præsertim omnes quod ad Græeam linguam pertinet, barbari & externi fumus? At car barbaris licet à Græcis diffentire, nobis à barbaris non licet? Cor illis lieuit à melioribus discrepare, nobis non licet à deterioribus ad meliores provocare? unde ilhis in majores potestas est, nobis in illos non oft? Nam si singulis ætatikus permittitur licentiola quadam mutandi potestas, infinita incertaque appellandarum literarum converfio erit: fin ad optimam ætatem omnia referantur, cur non licebit in illam non modò non intueri folum, sed eam vultu etiam ac voce quasitracture? si alicubi insistendum sit neque inquandi progressio ulterius sacienda cur non in optimo Græciæ tempore & in velligiis eruditissimorum potius hæremus. quam ad hanc sequentem temporum inclinanonem nos applicamus 3. Neque enim hoci mihi per æquitatem tuam negare potes, ut dum optimos sequi studeo, deteriores repudiem. Cur in imitando non proponuntur optima, & in emendando non auferuntur pessima? cur cum in deterius mutant, non deprayant? cum vitiosa adhibent, non contami-

### DE PRONUNT: LING. GR. 437

taminant? cum in iniquinata confuetudino funt, superiorum hominum integritate non sbutuntur? Nam si illi cederent majoribus suis, nos illis quoque quasi majoribus nostris, locum daremus: sed inique admodum comparatum est, ut in dominos justos illis omnia liceant, nobis adversus injustos possessores saltem ne loqui quidem liceat. Vis quidem hace permagna, ut magis illis antiqua quam nobis sua displiceant : cum præsertim barbari nos Gmus, neque linguarum vertendarum magistri aut auctores: sieri autem potest, ut propter confusionem abusus, propter inquinatam hanc mutationem, contaminatio non; habeatur. Quomodo enim esse usus potest; cum contra doctorum etiam hujus ætatis voluntatem duret? & iniquis etiam animis fe... rant, non esse qui ad ista manum admovere. vellent? Docti ferunt, non probant: tolerant, non laudant hanc contritam & pervagatam pronuntiationem: & ut quisque est. modestissimus, ita vellet omnes in lingua proficere: & ut quisque minime est invidus, na vellet nulla adjumenta hominibus negari. Multi enim iidemque magni in literis viri hanc in sono depravationem conqueruntur, redintegrari antiquam postulant, in quibus cum sit tam præstabili doctrina & ingenio vir Erasmus, non est quòd auctoritatis ejus me pudeat. Hunc tanto, ingenio, eruditione, auctoritate virum in eo lodo habere cum debeam ; in

# HE TO ANNEST CHECHS

in the Automaches Plateness art Circle Catonem bebuit a minima vereor cum relicuis, fue atatis hominibus doctis in bac modera: tota pronuntiandi caussa opponere. Quid est igitur quod in lingua tam libera . tam florente: ufu externorum, confuetudini Græcorum anteponamus, aut antiquitate contempta, totos nos ad recentiores, convertames, aut in ipfo abufu & depravatione conquiescamus, 3: vero & antiquo recedamus? Aus cur non auctoritate tua utimur ad ista conservanda. que dignitatem magnam cum utilitate conjunctam habent, & in antiquitatis auctoritate tora funt polita, neque ullum habent ad ista retardanda impedimentum, præter quorundam invidiam & malevolentiam, quæ est à mulcis honeshis viris satis in illis sape & multum improbata?

Urbanitas verò illa de qua tantopere laboras, non est illa quidem negligenda, sed tanen ubi sit, un videtur, est quaerenda. Omnem enim urbanitatem quasi vestem abaniquis detrahis, & illos solos omnibusque prassidiis nudatos ita relinquis, ut si quis in antiquitatem à te descriptam intueretur, judicaret illam è manibus latronum salvam quidem & since letali vulnere evasisse, sed pecunia, amictus, ornaments omnibus spoliatam esse. Etaque hanc tam nudam atque egenam dominamentale commiseror, & ab aliquo botto viro, cui maltum suppetit urbanitatis, preca-

# DE BRONUNT LINE, GR.

brecarer ut aliquam falrem particulant illi concederet, quo antiquitas tem surfus de commendari in vulgus possit. Nam fi ea proces fus auferatur, prodire in publicum, non aut debit, neque in conspectum hominum venire, præ pudore poteris. Sed acerbios in illam. atque iniquior es qui illam maledictis quibusdam & conviciis insectaris, sepe agrestem; fæpe rudem, fæpe inurbanam vocitas. que hoc fanè nimis invidiosum est, nostra fon lum tempora urbana dici, & in tam excel. fum laudis fastigium attolli, omnes eruditos omnes eloquentes, omnes disertos, qui ante-, quam nos viximus aut fuimus, floruerunt nunc fermonis atque inurbanitatis damnari: & tamen que ab illis optimis temporibus in, fummo honore habebantur, multo usu loquentium exculta, multa cum venustate limara, cum dignitate corrobata fuerunt, & non modò in Gracorum foro judiciisque florebant, sed in luce atque oculis totius penè orbis collocabantur, Nunc eadem abjects profligataque jacent, & inculta atque horrin. da esse judicantur: neque ingenii & eloquentiæ in mediocritate numerantur, sed inurbanicatis & severitatis convincuntur. Quod si urbana dicuntus quali alicujus regionis aut ci-, vitatis propria, ne hac quidem corrupta ve-, ftra urbana elle potelt, que pullius gentis par tria fuit: & aliam antiquorum aliam nostram. pronuntiationem else faceamur. Sin lie urbac. num

num dicitur, quafi quod aliquam utilitateril in re, aut suavitatem in sono habeat, nostra hæc emendata certè quidem urbana est; vestra illa verò ne minima quidem societate cum urbano conjungitur. Utilitatem rei confusio sonotum minuit, suavitatem aurium examinata nimis effœminata exiliras exasperat. Quis enim hoc urbanum judicat, ubi nihil diftinaè nihil partitè, nihil distribute appellatur; sed ad uniusmodi & confusum admodum nimis repetitum fonum concurritur. Quam enint in usurpando urbanitatis laudém meretur: quod in dicendo perspicuitatis lucem non habet? aut cur quod confusum est, debet usu approbari? quod distinctum illustreque fuit debet de sede sua dimoveri? sed antiquitas quasi frugi homo literas omnes ad necessarios usus aptas suis locis collocavit, ut nihil neque ad mundiciem deficiens, neque ad effusionem redundans videretus, ut ad omnem rem familiarem bene administrandam satis instructa effe possit. Singulas autem sic commodè diffribuit, ut neque una quasi Delphicus quidam gladius ad multos usus fabricaretur, quod nec satis natura accommodatum esset, nec antiqua ingeniorum varietate satis dignum, neque rurfus multæ ad aliquid unum constringerentur: ne videlicet idem usu veniret, quod iis solet accidere, qui multitudine famulorum ad aliquid conficiendum uti volunt. Nam dum illi inter se contendunt quis DQ-

# DE PRONUNT. LING. CR. 141

potissimum illud vel solus facere debet, vel primus illud aggredi, vel maximam partem totius negotii conficere, & alius ad alium rem devolvit, fit ut tota res non modò non perfecta, sed ne inchoa:a quidem à quoquam illorum deseratur. Sed unicuique literæ officium sonandi erat affignatum, ubi quasi in statione consistere debebas, nec de loco suo dimovéretur: ne si id sièret, ipsa ex officio & munere suo ejiceretur, & alia in locum ejus furrogaretur. Carere enim luce atque omni ornatu docendi eos necesse est qui tenebras & caliginem in orationem nostram invehunt! & rem non satis ad intelligendum idoneam sensibus hominum arque auribus offundunt. Et Delio quodam natatore ad conjectandam orationem nostram opus erit; cum illud quod obscurum & impeditum sit, non in re collocetur, ut apud Platonem in Timaeo: neque in verbis, ut apud Heracletum: sed in fonie verborum, ut apud nostros homines, constituatur. Et si alimuis ex priscis Græcis jam excitaretur, & ista tam absona & absurda audiret, quæ toto cœlo ab antiquorum suavitate & claritate distant; næ ille doleret, se eam quam præclaramatque illustrem tunc reliquis fet, nunc tam incultam atque agrestem invenisse: Quo minus mirum est, paucos admodum in Græca lingua excellere, cum tam perturbata. fint omnia, ut ægre cognoscantur: & tam perplexa i ut folum scribendi fructum affei rant4

rent, dicendi nullum usum habeant. Nunc cum nos ex hac confusione quasi è periculo evasimus, & legendi dicendique fructum percepimus, subitò exorta quædam tempestas, è manibus nostris hoc præsidium eripuit, & ad scopulos iterum cum magno impetu allisit, ne sese efferens tam multiplex utilitas studiosos homines nimis eruditos faceret. Facilis enim nobis aditus ad maxima quæque consequenda patefiebat, cum singulis literis singuli soni adhibebantur: & eæ quemadmodum forma & specie, sic etiam voce & lingua disjungerentur. Quid enim aliud litera esse potest, quam simplex quidam sonus scribendo empressus? Et cum initio scribendi tantum sit hominum diligentia & labore inventum. quantum necessitati satis, luxuriei parum esse possit: non est existimandum illos ita superflua quædam & redundantia in scribendo addidisse, ut orațio hominum & sermo quotidianus multa de illis ipsis præcideret. nim quacunque sonantur bene, eadem non statim bene scribuntur: sed quæcunque bene feribuntur, eadem bene appellari possunt. Sonorum enim, quemadmodum vultuum humanorum infinita quædam elt varietas: literarum certus quidam & terminatus est numerus, qui sonorum genera aptè persequitur, & definité omnia, quæ ferè plerunque dicunpur, concludit. Si quid igitur nimis effluens & copiosum ex altera parte est, illud in sonis fitum

## DE PROBUNT, LING, GR. 243

Bum est, que nature sunt varietates: non in literis, quæ sonorum sunt descriptiones. nos ita Graciam linguam pronuntiamus, quali in scribendo multa essent superflua, in lonuendo verò multa defecta. Ouare autem variæ literæ unum feguerentur fonum, cum Teriptura fonum distinguat, non confundat, illuminet, non obscuret, & ad intelligendum ouæ dici solent, non ad impediendum que dici debent, excoginata fuerit. mutatione sonorum, mutabantur literæ: & si quando consuetudo aliquid mutasset, scribendi quoque modus statim variebatur. Unde cum apud Ennium & Plautum Sant & Serwes dicebatur, & postea cum multis aurium deliciis o vocali rejecta, quod vastus videretur sonus, a litera substituta est: sic in scribendo primo Sant & Serves deinde ad soni rationem, eadem ad Sont & Servus transtu-Unde & veteres grammatici præcipiunt vocem scribendam quomodo & sonat: & tum demum vicium in scribendo esse dicunt, quando aliter scribimus, aliter pronun-Quid caussæ est igitur, quòd tantum in dicendo depravationis esse patimur. cum tantum in scribendo sit perspicuitatis, & non vel scripturam ad pervagatam dicendi consuetudinem traducimus, vel pronuntiationem ad justæ scripturæ rationem adjungimus. ut quemadmodum oculis in legendo scriptura fasisfacit, sic auribus in dicendo propuguiacio  $\mathbf{Q}_{\mathbf{z}}$ in .

inserviat. & quemadmodum antiquam in scribendo distinctionem & lucem conservamus: sic antiquam in dicendo pronuntiationem retineamus, quod enim in sono est vastum, hoc in scribendo agreste & inconditum esse, necesse est. At Hebræis Care & Catheb erant, quibus vel in dicendo folum, vel in scribendo utebantur, & non in utrisque. Fateor equidem tale aliquid apud illos fuisse, sed non est ideo necesse eadem continuò in Græcis fieri. Non enim in singulis literis hac perpetuo hærebant, sed in certis quibusdam verbis & illis tantum aliquibus in locis colloca-Quod si tale aliquid in Latina lingua admittere volueris, ut quædam verba aliter fonentur, aliter scribantur: potest id quidem tibi concedi. sed tamen quod in uno verbo præcipitur, hoc ad universi generis naturam accommodare, non fatis integrum nobis fuerit. Nam aut ex generalioribus & magis notis, aut certé ex paribus & demensis ea quæ privata & particularia funt probamus, non apiè ex particularibus universalia confirma-Et hic mihi nescio quem objectas cla-.rum, ut videtur, & præstantem eruditione virum: quem ego, quia à D. tua laudatus est. vituperare nolo: & nequaquam molestè fero illum mihi in hac tota pronuntiandi ratione & urbanitate anteponi. Nunquam enim graviter aut acerbè tuli quenquam mihi antiquiprem anteferri, dum quod facit aut loquitur.

tur, verè & eruditè efficiat. Nequaquam mihi tantum ullo tempore arrogavi, ut non discere quod optimum esset à quibuscunque hominibus, summo studio vellem & illorum judicio subscribere: sed illud me facillimè arbitrabar, si in optima tempora, quæ in utraque lingua maximè florebant, intuerer, & ab illis mihi exemplum dicendi scribendique sumerem. Et quanquam neque ego illum supero, neque contemno: tamen quos ego mihi imitandos proposui, tales sunt, ut nemo audeat eum cum illis comparare. Neque hoc illum spernere est, cæteros illi meliores anteponere. Attamen mihi fortasse auctor haberi non debet, quando illo longè doctiores à cæteris repelluntur. Et mihi urbanum esse non potest, illius auctoritatem elevare: illi fortassis urbanum esse potuit, antiquorum doctrina præstantium sententiam ab-Num iste folus ex antiquis urbanitatem consectatur, cæteri austeritatis pleni funt? At cur non cæteri quoque Grammatici qui de fonis aliquid memoriæ prodiderunt, urbanitatis quoque rationem habuerunt? num hoc solo carmine continetur urhanitas?

Scribe dii , lege di , si vis urbanus baberi. An non ille urbanus quoque habendus qui

O'utinam calique deis herebique liceret.

Αţ

At ego quæ probantur ab ullo docto, probo. Si diffentiant inter se, ad doctiores provoco: & illos doctifimos arbitror, qui optimi: feculi & maxime apud omnes approbati confuetudine usi sunt. quanquam sane quid dicat iste video: cur verò ita scriberetur, fortassis Nam vertigium quoddam ille non vidit. priscæ antiquitatis nobis in Diis, & lisdem. relictum esse, Priscianus memorat: quod justa olim ratione non caruit, neque nunc etiam caret. Omne enim i longum antiqui per dublex ij scribebant, & duplicatione vocalium. longitudinem, & quali proceritatem soni demonstrabant. Hoc vero quod i longum est e sonabant, ut Pompijus, in cujus prima i quoniam longa fuit, e literæ fonus includebatur: & hoc aprè carmine quodam expressit perurbanus poëta Lucilius:

### Jam pueri venere, e postremum faciso atqui i.

Sed non tam exquistam formam in dicendo aut scribendo esse arbitramur, ut ab universo præcepto nihil dessectat: quod si quid
sit à communi regula exceptum, cam rem nos
quoque exceptam habemus, ut C pro Gagir,
son, pro Guejus, & si quæ sunt ejus generis,
non tamen universæ literæ regulam propter
privatum quoddam verbum evertimus. Nam
quæ communiter traduntur, communia: quæ
excipitutur, excipienda esse arbitror, ubi ènim

nim aliquid à communi formula discedit, hoc nos ini sonando excipiamus. Cætera quæ non excepta ab auctoribus sunt, putemus ad universi generis formam pertinere. Neque nobis à grammaticorum decretis recedere fas sit, cum grammaticam ab illis sirmatam nulla consuetudine mutare possumus: quod si ut in universum dicamus, scriptura debet sonum imitari, sonus scripturam exprimere, non satis magnæ urbanitatis, & summæ incommoditatis erit, talem in Græca lingua confusionem pati, ut ex Græca lingua detlenda persoμοεφώσι Babylonicam reddamus, aut si quid Babylonia confusius. Quemadmodum enim in aprum Trojanum multa animantium genera infarciebantur: fic in unum , fonum multæ vocalium & diphthongorum varietates intruduntur, ut multitudine scriptura, confundatur sonus: repetitione soni, obtundatur lingua. Et istam dicendi perplexitatem, quam aures nostræ lubenter non admittunt, & infuavem molestamque ejustem literæ assiduam inculcationem homines novo nunc vocabulo urbanitatem appellant, quæ res tam odiosa & putida, si urbanitas nunc habeatur, fateor equidem antiquos ab urbanitate longè abfuisse: sin quod sanum, quod limatum, quod suave, quod magnificum quoque est, illud urbanum sit, quomodo veteres austeri, rudes, impoliti judicari possunt? Sonus enim non similitudine, sed varietate ju-

cundus est. Louise non est hæc tam molkis & jejuna loquendi inanitas, & ad tantam gracilitatem devinctus sonus. Cur enim solum urbanè & concinnè loquerentur, qui presse. exiliter, examinateque loquuntur? cur non qui amplum, qui grandem, qui magnificum sonum afferunt, iidem viriliter urbane loquuntur. Cur non qui omnes animorum partes pertrastare dicendo possunt, qui omnibus eloquentiæ ornamentis, omni fonorum ubertate & copia incedunt, ii jure urbani haberi debent? Ubi sunt qui permiscere Græciam oratione sua solebant, qui fulgurare, qui tonare, qui dicendo hominum mentes obruere atque everte e consueverunt, quid nunc facerent? cum ad tantam molliciem omnia attenuentur, ut verbum nullum nisi muliebre & effæminatum proferri viderent? Corrupta enim hæc vestra pronuntiatio quamvis habilis aptaque esset, tamen quemadmodum calceus Sicyonius minimè fortis virilisque exlifteret. Nullus enim splendor. nulla electio verborum esse potest, nibil grande, nihil sonans, nihil excelsum in dicendo eris: & cum tria in dicendo maximè folumque spectantur, docere, afficere, permovere: docere propter confusionem, delectare propter similitudinem, movere propter exilitatem dicendi nemo potest. Quis enim magnis & fonoris vocibus complere forum, quis acrem & contortam orationem vibrare in judices,

dices, quis verbo quasi fulmine percutere animos audientium posest? cum omnes sonorum nervi, omnes vocum gradus, omnes contentionum vires non exhauriantur folum, & emacientur, fed conficiantur prorsus & consumantur? Quod Græci no oratione esse dicunt, illud ex . & . primum, deinde ex , & diphthongorum granditate, constare debet, a sonus minus, sed nullo. modo admitti debet: quia tam humilis abjectus hujus litera , sonus est, ut non nisi ad lamentandum & ad quastum muliebrem, &. ad cæterorum sonorum amplitudinem & magnificentiam attemperandam valeat. Et omnis eloquentiæ fructus, omnis dicendi honos, omnis sermonis dignitas perit, ubi omnia ad flebilem quandam mæstitiam, & loquendi. quasi mulierositatem deducuntur: ubi nihil in oratione liberum, nihil folutum, nihil effluens fit, sed ad quandam ompia nimis exanimatam exilitatem fine ulla fonorum varietate illigantur. Quis hanc minutam dicendi & admodum vinctam tenuitatem tolerare potest, ubi omnia unius soni & tenoris, sine ulla dictionis luce, fine ulla varietatis fuavitate, sine ulla granditatis magniloquentia in dicendo premuntur? ut illud Poetæ:

Teoin & Lecin ii vu oi non cidiono Zeu. Et iterum:

Min viva of Zealoun न्यांनीश्व प्रवो संक्रम प्रावेश. Et

## JOANNES GRECUS

Et alia multa in quibus fonorum similitudo omnem perdit & loquendi, & audiendi fuavitatem, & inaniffima quadam attenuatio omnem dicendi gratiam arrofit. Quomodo enim aliquid magnum aut gloriolum esse in oratione potest, cum ubi ample, copiose, cenate dicere debemus, ad hoc vitium pervenimus quod Greeci manatorias & numberios nominant, que aures hominum nimis fecat atque exasperat. & quodam quasi styli acumine auditum pungit & veilicat, & in tenuillimas particulas distinguit. Quod si hac ipfa fonorum nimia parlimonia & egeftas loquendi pro urbanitate summa habeatur, & in ea lumma concinnitas fuavitasque effet, tamen non ideo maxime in ulu & fermone hominum versari debet. Non enim suavitas film in dicendo quærkur, neque in eo ingenii laus est posita: sed vis, & illud quod amplum dicitur; ad fuperiorem laudem adjungi debet: ut non modo homines audiendo nimis deficatos de illiquefactos suavitate loquendi faciat, fed etiam dicendi vehementia invitos ac penè reluctantes in aliam fenrentiam petitahat. Nam Demetrius Phalereus copiolis fane orator cum fedate tranquilleque lequeretur, habitus est dulcissimus; fed tamen in foro, ad incitandos animos mipus valebat, quia eam quam quærebat suavitatem cum dignitate obtinebat : quam verò vim dicendi illum habere oportuit, quæ in elec-

electione & gravitate verborum confistit, non affequebatur. Demosthenis oratio ideo præ cæteris in admiratione est, quia cum rapide fertur ejus oratio, tum verbis ita fonantibus & ad magnitudinem rerum idoneis ufus sit, ut verberare animos auditorum potius, quam dicendo capere videatur. Et quantum fit hoc ad eloquentiam incommodi, quefo confidera, fi non modò fonoruta varietas ime minuatur, fed & granditas, & maguificencia. quoque orationis detrahature Quod enima tum dicendi erit aurium judicium, que verborum electio, que fermonis observatio, si omnis fonus in una litera sit positus, aut potius omnes litere in unum sonum quasi in carcerem compingantur? Abiit igitur optima maxima eloquentite pars gravitas dicendi; & eam deflere jam licet, quærere non licet. Vin ika Demosthenis, sublimitas Plutonis jum interiit: quia que sonandi ratio ista effecerat. eadem fonandi via de medio est sublam. Sed tamen rudes antiqui jam vocantur & inurbani. Sed non quod antiquum est, statim rude est: neque quod novum est, fracim expo-Neque enim quamvis vestra pronuntiatio ab antiquorum gravitate, seu (ut quibusdam videtur) austernate diffentiat, ideo Platonem aux Aristotelem quomotocunque pronuntiaverint, rudes aut agresteis, neque Demosthenem & Lysiam zusteros & impoliros in dicendo judicabimus. Nullum ego jam

jam disciplinæ genus esse video, in quo optimi hujus auatis possint cum antiquis mediocribus conferri. Sed rude & agreste fuit, quod ex proximis feculis ante nos fuit, ut cum antea omnia efflorucrint, nune non tam senio, quam oblivione & internecione vastata iaceant. Sed hoc rude fuit & inconditum, cum qui Græci essent, clarè & distinctè omnia sonassent : qui non Græci erant, confuse & perturbate omnia evertissent. At cur tu contra illos tam severus & austerus: es? cur ab illorum sonis & gravitate tam vehementer abhorres? An quia cum præsentis ætatis ingenio non consentiunt, ideo minus valere debent? Num boni viri præsentis ætatis ingenio docti abhorrent's queruntur, moleste ferunt, lamentantur juvenes, indignantur senes talium rerum patrocinia suscipi, que communi voluntate doctorum uno momento: effet expellenda. fed hæc cum nova fint, cur politica, cur urbana vocantur? At nostra antiqua, nostra utilia, inurbana judicantur. enim nova urbana sunt, & hæc nostra urbana, quia tibi nova videntur, videri debent: sin utile publicum, urbanum dicitur, & hæc nostra quia maximum ad discendum compendium adferunt, urbana nominabuntur. consentiens motibus animi urbanum appellatur: quis negat hoc canorum & amplum quod in nostra pronuntiatione habitat, urbanum exiltimari? veftræ autem illæ aurium: dę-

## DÉ PRONUNT. LING. GR. 253

tleliciæ corruptæ & inciviles stat: quæ tatitum in se vitiositatis, tantum obscuritatis has bent, ut qui vel optimè loquitur, nonnisi à peritiflimis intelligatur: & nequaquam urbanæ funt, quia inconditæ & confusæ funt: nequaquam suaves sunt, quia exiles langui dæque funt. Sed aurium ingens est fortasse fastidium, magnaque offensio? Maximè. Sed tamen hæc offensio consuetudinem sequitur, ut nihil illis jucundum, quod non confuetum sie. Cur enim unusquisque maxime patria lingua delectatur, nifi quia ufu ita contrita est, ut non modò familiaris, sed etiam naturalis videri possit? Quæreretur autem melius, è duobus consuetis utrum jucundius, non ex altero confueto, altero insolente & inusitato utrum plausibilius. Qui igitar hoc conqueruntur, nibil esse in his sonis urbani, nihil concinni, conquerantur etiam nihil usus, nihil consuetudinis illis cum hac sonandi ratione fuisse. Quomodo hic sonus jucundus illis esse potest, qui priusquam eum cognofeant, primum hoc præjudicatum domo adferunt, nihil in eo esse laudabile. deinde perfuadere sibi necessariò volunt, non oportere istum tolerari. ad extremum, muktas graveis imponunt his qui ad suam utilitatem hoc fonandi genere uti vellent. Et utrum fonus hic minns verus, aut minus insuavis sit, in deliberationem fortasse cadere potest. Hoc extra omnem controversiam est inane supplicium

gium pro rebus literariis auctoritate firmatis perferre, nulli suave aut jucundum esse posfe. De poena igitur conquerantur homines. nuòd insuavis sit: & desinant de pronuntia tione statuere quod jucunda sit. Quidenim? an nos de Græca lingua melius judicare posfumus quam illi ipsi qui aptimi, doctissimi, atque exercitatissimi fuerunt? Anillorum aures non satis teretes, nostræ verò optimæ fonorum existimatrices erunt? An illi ad quamvis rem judicandam, & quamvis eloquentiam constituendam erant idonei, ad fuavitatem autem fonorum percipiendam inepti erant? Dum hanc priscorum austeritatem in universam accusas, vide ne Demosthenem, Platonem, Æschinem, Xenophontam austeritatis insimules. At illam ego austeritatem nostræ tam delicatæ urbanitati cur non anteponerem? nam si austeritas suit. perita fuit, eloquens fuit, exculta fuit: no-Îtra verò urbanicas confusa est, infuavis est, impolita est. Sed male cum literis agitur. ubi antiqui Græci repelluntur, & mulcta puniti discedunt : nostri verò hodie longè illis eruditiores assumuntur, & in magnum laudis fastigium ascendunt. Melius autem esset. consuetudine bona efficere, ut illorum oratio nobis jucunda esse possit, quam consuetudine mala injucundum & asperum pro urbano & fuavi haberi. Idem enim nunc nobis quod ægrotis accidit, qui tam longe à vero sensu gustus

gulius ablunt, ut qua revera amara & molesta sunt, ea illi dulcia & suavitatis plena esse existiment: & nos quæ confusa, exilia & aspera sunt, putemus, seu temeritate, seu pertinacia quadam inducti, summam in se urbanitatem continere. Quòd si nosipsos ad consuetudinis errorem ita abjicimus, ut nequaquam ad id quod verum est velimus asfurgere, ideoque facimus quia fuavitas quadam concinnitasque in eo sita esse videtur. videamus ne nimis Epicurei simus, qui omnia in literis & scientiis ad voluptatem conferimus. Quomodo ad virtutis asperitatem quenquam eniti persuadebimus, cum ocium præ labore jucundum: honestas, præ voluptate laboriosa: cursus virtutis præ mollicia, teter insuavisque videatur. Nam si initiis rerum. & non exitu res metimur, & si ideo ab ista pronuntiatione tam vehementer refugimus. quia in primo ingressu quædam nova & nimis dilatata videbuntur, næ hanc viam, si in reliquis rebus pergeremus, nunquam frugi homines, aut nobis jucundi, cæteris utiles, omnibus honesti haberemur. Desinant igitur de iniciis rerum tam severe statuere, & magis animo sequantur quid progressio, quid exitus rei apportet, quam quid ingressus & vestibula præ se ferant. Sed hoc, quantum video, à me postulas, ut aureis nostras peritiores & aptiores ad judicandum arbitrer , quam antiquorum, quosacerrimos lingua fua exi-

existimatores suille judico. sed tamen hoc diligenter omnibus videndum est, ne nimiæ arrogantiæ suspicionem habeat, plus sibi in alia lingua assumere, quam illi ipsi qui a pueris informati in ea & instituti sunt. Ouomodo enim nos exigua quadam confuetudine videndi Græca potius quàm loquendi aurium nostrarum judicium in ea lingua anteponemus illis, qui semper cum judicio ac peritia ad suaviter & ornatè loquendum se exercuerunt? Non enim omnium aurium existimatid est probanda, quia quædam crassæ ac pertinaces funt, quædam folutæ ac negligentes funt: sed doctarum, & diu in ea exercitatum fensus est multis aliis antehabendus. Et cum illi qui in vestra corrupta versantur. errorem loquendi ingenuè fateantur, usum tamen vestrum loquendi non improbent, illud efficiunt ut consuetudine errorem stabiliant. non veritate consuetudinem firment. autem homines erroris approbatione sublata, qui usus dicitur, veritate, antiquitate, utilitate rei freti, neque vitiofum aliquid approbant, neque honeltum rejiciunt. Cum enim nemo ex omnibus antiquis Græcis nobis quicquam repugnet, videor mihi me sine reprehensione in illorum sententia jure posse per-Sed quibus auribus vestri ista sic judicant, ut cum probantur antiqua esse tamen condemnent: aut cum utilia esse demon-Arantur, tamen inutilia praponant: quasi vez

# DE PRONUNT. LING. GR. 257

ro tempori folum suo grammatici scripserint, ac non posteritati quoque omni ilta monumenus prodiderint, quibus si quæ nullo usui esse debebant scripserint, amentes homines & perridiculi fuerunt: sin ea quoque debent ad posteros pertinere, nos temerarii, qui tam facile rejicimus: illi miseri, qui tam facile à nobis contemnuntur. Judicium igitur fuavitatis & urbanitatis ab eruditione, indagatione & exercitatione proficifci debet, ut si aliquid iltorum ab eo ablit de quo ipse judicare voluerit, negaquam aurium tantopere venditet deligias. Sed abantiquis ad noltra me transfers, & uno verbo Anglico totam Græcam linguam evertis. Et illud à me quæris utrum jam kuff, an kiff dicant. In quo me arbitror verissimè responsurum, si utrunque à nobis appellari dicam. Et quomodo loquantur, cum id pihil postra in hoc loco interest. Non enim tam rudis aut inurbanus sum, ut quamvis in formam vulgus linguam nostram transferat, non eò me omni mente & voluntate accommodem. Et mallem certè vulgus in lingua nostra patria & vernacula sequi, quam antiquis in lingua libera & emancipata præesse. Intelligo enim illud antiquum kuff è verbo xuon Graco esse deductum: in quo si illud absque u quasi Græcum sonetur, non bene nullo modo: sin quasi Anglicum; bene fortalle: quia penes vulgus linguæ patriz judicium & loquendi arbitrium ac nor-

ma etiam est. Sed blandæ nutrices tamen si quando videri volunt benignius & amicius loqui, mentis suæ quadam vi impulsæ, contractis præ suavitate, & illigatis labris, non ki/s. fed ku/s ingeminant, ut naturæ quadam voce videantur ista loqui. Quam rem tanto studiosius lubentiusque in Thoma Cicello Gulielmi Cicelli filio recens nato & edito in lucem, dum illum nutrices blandæque fæminæ brachiis gremioque jactarent, animadverti, quanto tu lubentius in eodem exemplo ante me versabaris. At ut in hoc verbo sic mutetur, in caeteris contrà videmus fieri. Quis nostrum tij/dai, & non tue/dai locuitur? Darbienses tamen & Lanca-Arenses & antiquior lingua tijsdie adhuc appellant. Et sunt exempla in utramque partem satis multa, quæ distrahere animos nostros potius, si inilia intueremur, quam confirmare possent. Sed illud quæso: maximè considera, num vel Græcam, vel nostram. vel ullam aliam linguam muliebris blanditia. effeminatæ suavitatis caussa factam putes: & non potius ut ad omnes animorum motus oratio transferatur, ut quædam jucunde, his lariter, & remisse: quædam severe, graviter, & magnificè dicerentur. At urbanitatis sit kiff & non kuff dicere, quidsi hoc vitium in libidinosis amatoribus reprehendere vellem, an' non melius hoc quam illo uperemur, quo rei inurbanitas melius notaretur? Sed

# DE PRONUNT. LING. GR. 259

Sed ita plena urbanitatis nunc funt omnia, ut reprehendendis vittis locus non relinquatur. Acque hie mihi, quod maxime cupio fonum antiquum o concedis u esse: quem ego nisi retinendum, ut distinctus esset sonus, non abiliciendum, ne confusus sit, nimis inuebanus eilem. Hoc verò valde miror, eam literam quæ multis cum aprium deliciis in locum a subjectam esse memorabas, quod sine magna appellandi fuavitate fieri non debebat, tan citò in tadem epistola, quasi immemor tui esse; vastam atque agrestem vocari. quibus alterum certe fieri non debuit, ut in tantam diversitatem tam citò laberere. permittendum hoc ingenii tui magnitudini est, ut dum rem minime cohærentem studeas compungere, multa non fatis cohærentia è calamo tuo exeant! Et hic me aliquantulum excruciat tua cam gravis in antiquos severitas, qui rudes illos & vastos toties appellas, quos magistros scientiarum & doctores eloquentiæ debemus numerare. Nam cum recentem aliquem illos videam eruditione & eloquentia superare, tum ab illis palmam detraham recentioribus attribuam. Quamdiu non video; patiare me quæso neque rudes, neque inurbanos illos judicare. Cur enim quod grande, quod excelsum, quod magnificum est, illud vastum & agreste vocas? quod molle, quod remissum in dicendo off; illud urbanum nominas? Et temen si ve-Rž riffi-

rissimam rationem consideremus, languidos rum hic sonus est, non sanorum atque fortium: vis enim dicendi & magna eloquentice pars periit. Quando ad istas angustias delapía oratio, in omnes partes flecti, ad omnes motus animorum converti non potest, sed nimis exili quadam attenuatione ad unius modi & cum aurium offensione, sæpe repetitum atque ingestum sonum revocatus. gnum enim lumen sonorum extinctum esse arbitror, cum y ad i traducitur, & ex tanto fonorum concentu unus quasi nervus inciditur: fed hujus v literæ fonum quamvis nonnullis videatur inurbanus esse, tamen in multis verbis, in Phrygibus, in Pyrrho, in Gyla, in optymus, retinebant antiqui etiam aurium caussa. Roulæi certè carmen & scite introductum est. & est lepôris atque ingenii plenum. Neque enim de eo dubitatur ad fignificandas res propter fonum alia verba aliis aptiora, ut fonorum multitudinem detrahere, sit magnam eloquentiæ partem adimere. Detur enim hoc & concedatur, u litera deformes res & inhonestas significari, quam tamen Græca Latinaque lingua in honestis præclarisque rebus fæpe admittunt: quomodo tandem vastæ fædæque res oratione exprimendæ erunt? An' non illiberalis virgo si nominaretur, vurginem eam malles deformem quam virginem dicere? vocabulorum enim Græcorum natura ita ab initio constituta fuit, quemadmodum præ-

præclarè Plato in Cratylo docet, ut ad rei naturam literarum collocatio aptaretur. ea ergo qui recedunt, à nature regula & conformatione discedendum statuunt. ergo soni parte demptà, obstructus est nobis aditus ad cogitationes & affectus animi, quod utique oratione fieri debuit, exprimen-Sed multum sanè tamen virgines nostree onnes D. tuæ debent, qui cum hanc deformem literam fustuleris, & non amplius vargines esse permiseris, per te sint omnes virgines formosæ factæ, ut nemo illas vurgines sine mulcta appellare audeat. Nam quam Roulæus literam ad deformitatem introduxit, eam nisi D. tua mature sultulisset, verendum sanè nobis fuisset ne plures quasi turpes sues quam formosæ virgines, in singulis oppidis habitarent. Nunc hoc per D. tuam effectum de cætero est, vel ut non sint ullæ turpes virgines: vel si fuerint, nemo tamen audeat illas hac tam vasta deformique litera appellare, ne videlicet vel ex Academia fortiter ejiciatur, vel aliqua gravi mulcta pro tam scelesto immanique sono plectatur. Nam cum hæc tam plena litera è numero fonorum eximitur, & diphthongi, quæ fonantes & canoree quodammodo exfistunt, à sonis propriis, quasi à patria, invitæ discesserint, nihil quod admodum grande atque excelsum sit in Græca lingua, relinquemus. Nam si mea possit aliqua in hae re esse sententia, sic statuo. Si diph-R 3

diphthongorum appellatio neque nimis exprese fa, neque oppressa sit, nihil diphthongorum fono esse posse jucundius. In omni enim lingua patria magnam soni suavitatem diphthongi afferunt, quæ si de lingua nostra detraherentur, cum illarum ornamentis quali exornetur, immanis quædam atque intolerabilis dicendi exilitas remaneret. Quamvis enim opimi foni & pinguiores diphthongi videantur, tamen Anglicam linguam magna falubritute & fuavitate perfundunt, & non antiquas. modò, fed & nostras quoque vulgares lin-Quod si nos tam urbani hoguas illuminant. die in nostris ipsorum linguis, quarum nobis jus & potestas est, hæc ornamenta retinemus, cur illis quali infignibus liberam jam linguam. & fui juris exiltentem spoliamus? An diphthongi ad scripturæ rationem inventæ usitatæque sunt, & non potius scriptura diphthongorum prolatorum sonum exprimit? At Cicero conqueritur Sulpitium i literam tollere, & plenissimum sonare: unde nimis latum illud orationis genus, quod diphthongis est destitutum, in quo Sulpitius quasi vastus aliquis orator nimis se dilatavit, non satis pre-Quod si aurium offensio diphthongi depravationem sequitur, in diphthongo bene prolata aliquam esse suavitatem, necesse est. quam aures requirunt: & in eadem depravata aliquod fastidium, quod aures rejiciunt. Quemadmodum enim in pictura non hi maxi-

me delectant, qui uno tantum in lineamentis ducendis colore utuntur, sed qui variare maxime, & distinguere effigiem in pingendo possunt: sic non ea suavissima vocalis, quæ mmm habet in sono colorem, sed quæ varietate sonorum quasi quibusdam stellis illuminatur. Non enim sicut in eadem familia maritus præesse uxori debet, sic in diphthongis altera litera omnem fibi in fono & folum dominatum debet arrogare. Nam si id sieri deberet, minimè tamen i qua litera humilior abjectionque est, cum in diphthongo quasi uxor marito subjiciatur, hanc sibi soni potentiam arrogabit. Nisi si fortè quasi quadam animosa fœmina & nimis imperiosa ubi semel marito meliori nupserit, si quam ille rem in familia agat & administret, eo illa statim minime concenta, in capillum involes, & per cincinnos prorsus ad terram adfligat. Sed definat i taleis tumultus domesticos atque intestinos edere, & ipsam cum subdira sit, in consortium se esse admissam, requo animo ferat, non omnem statim sibi potestazem arroget. At potius quasi duo Coss. ad sempublicam administrandam, sic diphthongi ad fonum accedant, & opus inter se non partiantur, sed ex æquo administrent, ne ignominiofum hoc, quemadmodum Bibulo Confuli fuerat, existimetur, & nimis arrogans quasi in Cæsare reprehendatur. Tum enim quemadmodum, Julio & Calare Coss.: dixe-R 4

runt, sic nos i &ci diphthonya dicamus, caste-s ris quafi ad fonos administrandos vel numis. ignavis, vel non fatis peritie. Sed in diphthongis conjungendis alied eft, in unum fonos cogere, aliud confundere. Multa enim ita fæpe conjunguntur, ut utrunque appareat : multa verò ita committuntur, ut neutrum exfiftat, quorum in altero ad suavitatem & perspicuitatem veteres versabantur 'altero verò ad asperitarem & confusionem nostri ab-Quamvis enim coqui garyophyllum & macir ad condiendum cibum contundunt, utrumque tamen ita in unum coit, ut utrumvis in edendo facile dijudicetur: sic quanquam in dicendo literæ conjungantur, utrumque tamen aures dijudicare sonum debent, & eum distinctum ac perspicuum ad intelligentiam mentemque deferre. Cujus enim aures in dicendomon plenum potius aliquid & expletum quam vinctum & attenuatum cum voluptate capiunt, & redundare aliquid in sono ac. superesse, quam imputari & abesse vellent ? Et hoc aurium judicium à natura profectum cum asperitate depellere. ac nova quadam & puerili penè exilitare aureis radere, nimis inhumanum atque inurbanum effet. Hanc igitur urbanicatem ubi sit, facile in ista inquirenti planum crit, neque tam conquisité eam quasi adhue non satis grandis effet, à superioris ætatis incunabulis repetere necesse erit. Ac vide quaso qualis no-

Machec rudis inurbanitas fit, usum usui, doctissimos doctis, antiquiores recentioribus, natura Græcos studiosis Græcorum, obscuris dilucida, tenuibus grandia, exilibus fonantia opponimus, & in istis omnia nostra funt meliora, veltri verò illi tam urbani, miscent multa & confundunt, perspicua obscurarunt, dittincta confuderunt, explicata involverunt, mascula effeminarunt, sonantia depresserunt, grandia labefactarunt, denique susque deque omnia exagitarunt. Hæc docti depravationem soni, perniciem linguæ, corruptelam studiorum esse arbitrantur. contaminationem, quoniam D. sua illud verhum ferre bene potest, non audeo usurpare. Et certe pene fædum elt, errorem hominum, ita amplecti, ut utilitati hominum & verita, ti rerum non serviatur. Hec enim adulari, temporibus est, non tempora rebus accommodare. Ac wide quid priscorum austeritas, huic adulatoriæ novitati præstet, illa enim; vitia corriguntur, hac retinentur. Haud fatis magna urbanitas est, rem per se clarissimam velle confundere, & à Græcis olim cum fructur usitatam omni contentione evertere. Atque utinam tantum urbanicati tribuerint, ut depravationem rerum invalescentem depellerent, & à tanta confusione lubentes discederent. Nullius est urbanitatis meliori, antiquitate contempta, & utilitate hominum spreta, inveteratum errorem velle confirma-Rs re.

Urbanum est, velle societatem civilem aliqua utili ratione continere, non inutilem & perturbatam dicendi formulam præscribere. Nos autem inurbani, qui cum Græci non simus, tamen Græcorum optimorum pronuntiationem rudem esse judicamus. Nos inurbani, qui istos Græcos pene semiturchicos, aliam longè jam patriam linguam habentes, anteponimus his, quorum hæc noltra libera illis tum vernacula per totum orbom hoc pronunciandi modo floruit quem nos confectamur. Austeritas est, nimis acerbe in antiqua invehi. Contumaciæ est, quos imitari debebas, eorum auctoritatem velle frangere. Saperbia est, omnes præ inducta consuctudine velle contemnere. Modeltia est, aliquid optimorum confactudini tribuere. Lenitas elt, non nimis cum optimis pugnare velle. Prudentia est, antiquum venerationis, novum suspicionis plenum judicare. Es cum adolescentes quanto melius educantur, tanto minus à senum prudentium latere discedunt: putemus nos magnopere ad eruditionem no-Aram pertinere ab illorum præceptis non voluntate abstratii. Nos quasi pueri, superior. ætas quasi adolescentes, Græci ipsi viri suemnt. Cedant pueri viris, cedant adolescentes viris: quod adultum est in viris, illud imitemur: quod in adolescentibus fuit, quasi temerarium judicemus. Quod scriptorum aucoritate firmatur, antiquum & urbanum esse. duca-

#### DE PRONUNT. LING. CR.

ducamus. Quod ignorantist vel copiditate est introductum, vel præter illorum auctoritatem invectum, & inurbasum esse arbitre-

mur.

De meipso autem quod ultimo loco propofueram quid attinet dicere? nam quomodocunque vel causas rei susceptæ exposuero. yel studium istarum rerum persequendarum demonstravero, nihil proficiam: cum non modo præjudicatum aliquid allatum, fed indicium ejus rei magna cum severitate confirmatum esse videam. At quis certe non ar-Bitraretur in caussa literarum, ubi nihil violentum affertur, sed diligentiæ fructus quæritur, non posse & debere homines libere sine. reprehentione versari, ut non modò ingenii acies perspiciatur, sed etiam quod verum in unaquaque re est, eliciatur. Olim enim liberè philosophis licuit, si modò legum & reipublicæ constitutam disciplinam non everterent. magna cum, laude in rerum natura & moribus inter se dissentire, ac quod optimum & verissimum esset, judicare. Ac si scholam aliquam philosophorum explicassem, & in Stoicorum sententia, qui posteriores Aristotelei erant, mihi permanendum judicassem, auti me ad Epicuri disciplinam contulissem, aut 6 ab Aristotele & Theophrasto ad Platonem. defecissem, num quis me ideo omnibus injuriosis & atrocibus modis tractandum arbitraretur? Num si in diem viverem, & omne quod,

quod veri aliqua smilitudine animum percute-: ret, illud approbarem, num aliquis quia hocin externis disciplinis facerem, me deducendum ab eo, & potentiæ magnitudine coercendum comprimendumque judicaret? Quòd Gin istas angustias nunc includantur ingenia, ut per quædam quasi vestigia circumducantur, neque ullo modo digredi aut exspatiari/ liceat, nullus circus, nullus campus, nulla acies relinquatur: in miserrimo sanè omnium loco studiosi versabuntur, qui id quod verum est debent scire: sed eo quod sciunt, minimè debeant uti. Sed quam miseri illi sunt, qui aliquid si nesciant, imperiti: si hoc quod optimum sciunt factitant temerarii dicuntur: cum difficilius sit sapienti ardentem carbonem ore servare, quam bonum dictum aut verum tenere: & molestissimum sit, ingeniis magnis-& ceteribus in magna errorum confusione, non quid sit verissimum, exquirere. Quodsi ne in minima quidem humilis alicujus scientiæ parte, liceat quid utile, quid perspicuum sit inquirere, & de rebus olim certis & confessis aliquid proferre; non video quid posthac liberum homini atque integrum restarepossit. Ego autem sic ad hujus caussæ patrocinium accessi; ut putarem omnes melius adhoc suscipi posse, quam me: me potius debere, quam neminem: & non adeò electum ex omnibus, sed magis relictum ex multis, qui mediocritate ingenii, & assiduitate laboris, tem-

#### DE PRONUNT. LING. GR. 269

temporis tracki, aliquantulum in hac cauffa possem proficere. neque enim tam gloriosam mihi futuram eam arbitrabar, qui primò sciebam, multos in urbe nostra, qui sapientes videri volunt, etiam minimis in rebus, levissimisque de caussis, offendi folere: deinde, quam odiofum hoc esset mutationis nomen apud omnes qui opinionem rerum magis quam rem ipsam consectantur, intellexi: tum etiam, quam minutis & vilibus rebus hæc fama colligesetur, si quis illam sequi vellet, animadverti. Atque si qua etiam in iftis existimatio esset, eam mihi præriperet Erasmus edito de eadem re libello: & alii multi, qui in eodem disciplinæ currieulo longè mihi an-Quod quamvis verum esse viteponerentur debam, neque aliquem popularem rumorem inde mihi aucupandum ducerem: tamen vifendum mihi & audiendum esse illud videbatur, in quo tam muki excellenti ingenio ac doctrina viri partim diligenter versandum, partim graviter conquerendum esse arbitra-. Deinde quamvis in illam pronuntiationis confusionem antea ingressus essem, & in medio cujusdam inextricabilis labyrinthi me constitutum perciperem: tamen quod habet vetus proverbium, melius esse putavi de media via recurrere, quam semper currere malè: & verissimam viam vel ab aliis accipiendo infistere, vel diligentius quærendo invenire, quim in perpetuis erroris & pertur-

rationis anfractibus femper hærere. Neque enim difficultate rei deterreri, neque magniradine avocari potui, cam effet ea in speciem exitis fed ad usum necessaria: & ad cognofrendum; si quis mediocrem diligentiam pomeret, magis opinione perplexa, quam redifficilis ant involuta. Et cum tantum in me zuctoritatis effet, quantum in homine ingemo, ad literarum elementa in ordinem cogenda satis esse debuit, minime verebar ullum hominem tam rigidum in me durumque futurum, ut aliam in me ad emendandas literas ipías quæreret. Quomodo medicos, nifi medicina: aut juris peritos, nisi legum instientorumque civilium de canonicorum feiencia: eut philosophos, nili nature arcanorum & disciplinæ morum solertia corrigeremus. ionis ab Aristotele quaret, quare à magistro fuo Platone, aut ab alis philosophis, qui il-Inm ætate anteibant, dissenserit? aut à Galeno; quare multos tum aquales, tum superioses medicos correxerit? aut ab ullo in exteradsudificiplinis versato, quare in hac porius quam in illa opinione permanierit? & ab eo rogabit num quæsitor, num judex, num prætor, num arbiter honorarius, num recuperator sit, ant aliquem alium in republica magistrarim gerat? Atqui singulos errores in singulis ambus, arte fuo ego tolli debere existimabam. nunc si aliquid quæritur; & hoc nequaquam fatis effe videbitur, annomillad in me ali-

# DE PRONUNT. LING. GR. 191

aliquid momenti habere debet, quod Regiz Majestas me lingua Gracce publicum profesforem constituit, ut ad hanc rem emendandam majore mihi auctoritate opus elle non putarem: puto enim Regiam majestatem in legendo hoc me maxime præstare voluisse, ut auditores maximum & veriffimum linguis. fructum percipere possent. Nam in Latina grammatica, quam disseminari per totam regionem suam voluit, multi literarum soni emendati, muki judicio eruditorum relicti funt, ut Regia Majestas hoc in primis in omnibus rebus curare videatur, ne optimi foni abusu multorum ad confusionem, aut depravationem detorqueantur. An hoc igitur alienum ab officio meo, & ab eo loco in quo Regia Majestas me esse voluit, docere quid anciquissimum; quid utilissimum; quid distinctissimum sit. Quod cum sit mihi à Regia majestate datum, doleo certè magnopere à te esse imminutum. Nam si hoc mihi Academia legendi munus obtulifiet; dum tamen nuiliser atque integrè in eo officio permanerem. non sine gravi animi mei perturbatione ab eo me distrahi passus essem : nunc cum Regia Majellas hoe mihi largiebaur, & propter istius pronunciationis rejectionem, neque ego logendi fructum, noque illi audiendi cupiditagem habeant, & plerique omnes Græcæ linguze studium abjiciant, quo tandem id anime ferre debeg? Cum enim ad regium hoc præle-

legendi munus accessissem, offendi omnes illos in hac pronuntiandi ratione esse instructos. & vehementer acreis atque intentos totos se ad Græcæ linguæ studium applicasse: & huic fonandi generi omnes, unum & alterum excipio, fumma cum alacritate esse deditos. Itaque cum hæc effet complureis jam annos pronuntiatio recepta, & in consuetudine utentium late diffusa, ego solus maximis de caussis ab omnibus receptam nulla de caussa improbassem? Ego tantam utilitatem illis oblectam vel auferendo invidissem, vel vituperando elevassem? ego gioriosissimum Regis nostri institutum, non fructuosissima prælegendi ratione persequerer? Num in qua illius Majestas me voluit cum utilitate exterorum diligentissimè versari; in ea ego cum confusione omnium claudicando insisterem? Quod si quid huic Regio conferendarum proposito cæterarum literarum accidat; quo minus ut antea in eadem lingua proficiant, in ea re ego à culpa longè abelle debeo, qui omnes antea voluntarie ad scholas confluenteis habui: nunc utrum linguæ studium, propter hanc rursus invectam confusionem in totum abjecerint; nescio. illud scio, plureis ab hac lectione post literas tuas Academiam missas discessisse: quam omni præterito tempore antea paulatim delapsi abierint: & qui nunc accedunt, ita mœsto ac tristi sunt animo, ut crederes illos mortem amici lugere; non abrogationem pronuntia-

nuntiationis timere. Invitis enim eruditissimis & tota penè reluctante Academia, è faucibus hoc nostris eripuisti, & in corruptam hanc confusionem, quam manibus penè pal-. pare possumus, iterum inclusisti. Quare si quid secus quam Regia Majestas exspectas, polthac contingat, in non est mihi adscribendum, qui optimam viam institui, & usitatam apud nos rationem consectabar: sed illorum erit, qui bona bene posita commovent, & omnium linguas jam firmatas aliò transversas abripere stateunt. Et vereor certè, ne quod Græcè declamandi quotidianum studium in multis nostrum fuit, id jam amplius esse non possit, cum quod distinctum atque illustre est, aufertur: quod confusum est & putidum, relinquitur. Nam quam aures vocis dignitătem antea probaverant, ea jam abiit in ultimas terras, pronuntiatio: neque quamvis utilis, quamvis vera, quamvis magnifica fuerit, Cantabrigiæ præ pæna, præ supplicio, præ mulcta durare diutius potest, Quod si in ingressu publica lectionis mea cum Regia Majestas omnes seriò & incallide se ad Græca applicare voluit, hæc nostra emendata de possessione & sermone deturbata fuisset, an non officii quoque mei fuisset, eniti saltem & contendere, ut ea cognita caussa posset in antiquum statum restitui: & si non quasi prætor severus edixissemi, certè quasi actor supplex obtinuissem, ut nostra hæc emendata, vera,

utilis, necossaria videretur. Nunc cum eam in media possessione sua consistentem invenerim, non debui equidem illam vi & armis de possessione dejicere. Nam & ante hoc tempus diu Thomas Smithus, æqualis meus, vir doctissimus & ingeniossimus, & Academiæ nostræ summum ornamentum, cum Aristotelem prælegeret, hac in legendo nostra emendata diu usus fuit: neque hic solum hoc fecit, sed & qui multis & magnis ingenii & doctrinæ ornamentis abundant, Polinetus, Pikringus, Afchamus, Tongus, Billus, casterique docti omnes, qui vel publicè in scholis, vel privatim in collegiis aliquid legissent, iidem concordi & perpetua quasi voce, totos se huic nostræ emendatæ dediderunt. ·Hanc igitur rem utilitate præstantem, sono dulcem, auribus perspicuam, cum publicis omnium bonorum & communibus sententiis Academiæ commendatam viderem, ego homines ad discendum erectos, ad Græca incitatos, ad eam cognoscendam tam alacres. àb ea tam antiqua, tam utili, tam necessaria ad obsoletam iterum & jacentem confusionem traducerem? Nam cæteri qui pro corrupta loquuntur, usum & consuetudinem adferunt: ibi hærent, ab eo divelli non possunt: hic præsidium totius causse constitutum existimant: de cæreris rebus nullum verbum faciunt: & si quid dicunt, illud magis improbandis nostris, quam in confirmandis suis con-

## DE PRONUNT. LING. GR. 179

Ronfument. Nos usum Academiæ nostræ cum afferimus, qui li usus quicquam valeat, nobis ad usum satis esse debet, & auctoritate antiquorum grammaticorum & rhetorum non destituanter, quibus vos egetis, & de commodis discendi, eloquendi, intelligendi multa disputemus, locum tamentam inani & exhaustee sonorum exilitati daremus, & usum confusæ rei apud cæteros pervagatum, apud nos intermortoum revocaremus? An Majestatem Regiam velimminuerunt, vellabefactarunt, qui cum Henrico septimo contra Richardum pugnaverunt, & illum in regnum rursus restituerunt? ut hoc recentis penè memoria exem-Sed Richardus tamen plo pro omnibus utar. regni administrandi possessionem occupabat. Henricus verus hæres, sed aliena in regione exul commorabatur. Qui igitur eum restituere conabantur, qua auctoritate egebant: ánnon hæreditatis illud jus quod in Henrico septimo fuit, satis auctoritatis cæteris attulit, ut possent jultè ejus în castris versari, & alteri parti bellum indicere? Jam quia hæc nostra Græcorum Latinorumque hominum judicio, in Græca lingua regnare debet: & ad illam omne jus regni hæreditatisque pertinet, quis non in reipsa satis nobis præsidii, satis auctoritatis collocatum ad eam defendendam esse arbitraretur? vel siid non sit, tamen id quod mihi à Regia Majestate concessium est, ad hoc unum tuendum satis esse debebar. Que enim major

jor de Græca lingua auctoritas apud nos esse potest, quam Græcæ finguæ professorem à Rege designari? Atque id non tam mea culpa dico, non enim in tam magna auctoritate fum, quin si majorem haberem illam sustinere possem: sed illorum, qui quod à Regia Majestate datum est, elevant: & nihil esse hoc quod aliquid judicari debet, existimant. Quod si me ad alicujus magnatis aut primam viri familiam homo liber conferrem. & ab eo lubente in famulis eius ducerer, num quis, qua auctoritate hoc facerem, quæreret? & id auod in re honestum, in me liberum fuit. exagitaret? Nunc cum huic antiqua & emendatæ pareo, & inde mihi, & ad meam & ad publicam rem satis esse invenio: tamen tam severè & durè tractor, ut neminem putem in re tam libera, & literaria, tam honesta, utili, tam recepta & probata, unquam à quomam acerbius esse acceptum. Quod si prator essem, tamen antiquis ego peritisque hominibus, non huic recenti setmonis confusioni hujus controversæ caussæ judicium redde-Nec video, cur si ab injustis possessoribus ad justos dominos rem traducerem, quisquam me corrupti judicii accusaret. At ad perspiciendum fortasse res est plena difficultatis & moleltiz, neque hac ars fonorum tradi literis aut scriptura potest? Sed nos non quod sit facillimum factu, sed quod verissimum fuit, sequebamur. Quod a neque studii

di mei, neque utilitatis aliorum rationem habuissem, facile potuissem in corrupta illa vestra me continere. 'Quid? an physicis & mathematicis, an permensione cosi & terrarum hujus rei pertractatio difficilior est? an difficilior astrorum motibus cogitandis, & futuris cursibus illorum describendis est? hæc tamen & multa alia quæ in varietare literarum verfantur, studio colliguntur, & ad illa quasi quibusdam gradibus facile pervenitur. An positis & datis quibusdam rebus, quæ minimæ, ambiguæ, controverfæque funt, difficile erit plane de illis & ad intelligendum aptè loqui? Si difficile est quod suscipitur, minor nostra reprehensio esse debet, qui in rebus utilibus, quanquam difficilibus, versa-Si difficile est, tamen curiosum est, alieni laboris potius quam publicæ utilitatis rationem habere. Nos autem nunc non quid Academici facillimum in disputando putarint, ferutamur: fed quod verissimum, quod utilissimum in Græca lingua utenda est, sequimur. Nam si alius nunc sonus est, quam olim fuit, annon antiquum illum, quamvis cum labore, tamen quærere licet?

At invenire hoc difficile est? Quid? num illi vel ad docendum tam negligentes, vel ad scribendum tam imperiti, vel nos ad intelligendum tam crass, & ad percipiendum tam hebetes sumus, ut difficile sit aliquid in illis certum & constant statuere? Num illi tam ma-

S<sub>3</sub> lè

lè rem explicant, ut non intelligamus? at hoc certè est omnes infantiz & temeritatis arguere, qui id scripserunt quod intelligi non potest: & eam, susceperunt, cui non satisfecerunt. Num omnes nunc tam obtusi, ut eos nunc non consequamur? Sed hoc est nimis in alienis rebuscuriosum esse, hoc sibi arrogare, ut plus de aliorum intelligentia cognoscant, quam illi ipli qui istis student. Sed à gravissimis grammaticis & rhetoribus Græcis & Latinis non fine magna ingenii laude hac tradebantur, & à nobis non fine utilitate cogno-Et facile est non hebeti ingenio. quæ à mutis, vel mediocribus magistris acceperat, ea non modò intelligere, sed plura quoque animo colligere. Quibusdam enim rebus concessis, quæ negari non debent, haud vehementer difficile erit non nimis imperito homini, ea quæ necessariò cum illis cohærent. planè & dilucidè non advertere folum, sed etiam exponere. Non enim magnæ artis hoc putari debet, cum antiquorum auctoritas pro arte solum hoc loco habeatur. Hoc enim hujus artis & laboris maximum est munus, ur quemadmodum suavissimè antiqui & accuratissimè pronunciaverint, ita nos faciamus, & illos in dicendo fequi possimus. At sonorum ars tradi non potest? Potest., Sed iis qui aliquid animo præcognitum ac præscitum habent, alias ne ulla quidem scientia à quoquam cognosci potest. Est enim in uniuscujusque animo quæguzdam quali præcognitio, que non arte traditur, sed à natura ad artem affortur. Nisi enim initia & quasi semina scientiarum in animis nostris nature vi quadam insita elsent, ad omnis sanè disciplina aspectum caligaremus, neque ullam scientise lucem admitteremus. Initia literarum certè sola memoria constant: sed ita tamen aplerisque describuntur, ut facile sit ex iis que quis didicerit, ea que confentanea sint & repugnantia, judica-Qui autem provecti funt, & ad ista quasi prætereuntes respiciunt, quid mirum est, si cum multum processerint, possint ex iis que didicerunt vera, ea que didicerunt falfa confusare, cum verum vero semper consentiat, falsum à vero & à seipso discrepet. Neque me pudebit exempla clarissimorum virorum sequi, quorum ego scripta & eruditionem ab omnibus meritò approbari video. Jam verò in omni arte principia funt constizuenda, è quibus, quali bene jactis fundamentis, reliqua disciplina facile construitur. Et in omni controversia ac disceptatione ex iis quæ constant ea quæ in dubitatione sunt firmantus, & quedam omnibus nota & comprehensa, & naturz judicio manifesta, etiam obscura & recondita explanant, & in lucem aspectumque proferunt. Sit autem hoc pro. cento positum & constitutum, quod nemo negat, a, s, i, o, fonasse olim quemadmodum nunc sonant. Et puto me omnium facile sq. norum

norum conflituere disciplinam posse. His fortasse hæsitabis, & ne hoc quidem, nisi probetur, largieris. Pacile eltid quoque præstare, aut faltem non difficile pei qui hæc didicerit, num cum ils consenserint que didicerit videre. Sin nimis durus hic fueris, hoc cogita quod tu mihi præcepisti, ut ne sis in excutiendis sonis minium Stoicus. De genere autem sonorum certum aliquid dicere possum, & fortassis etiam de optimo gradu, qui in unoquoque genere cernitur. An verò tam exquisitam formam desideras, & tam limatam sonorum rationem, qualem in sanitate describenda quidam medici sequuti sunt, aut in oratore formando eloquentes homines proponebant, aut in Republica constituenda philofophi quidam confectabantur? At hoc certe nimis fortasse Seoicum. Et hic fortasse ad & inertis confugies, cum ego to mant porius omnia tractanda & usurpanda esse arbitrer. Ego latitudinem magnam universi generis, & vim illius late patere judico, ut si totius generis finibus rem circumscripsero, eruditis videar rei ipli & officio meo satisfecisse. enim nimis conquisitam & præcisam dicendi formulam præferibas, & talem qualis eloquens homo mente inclusam, non auribus compre-, hensam tenet, verendum sanè, ne ullus homo qui nunc linguam patriam eleganter & fuaviter loquitur, loqui tibi nisi corruptè linguam fuam videatur. Sed quanquam Demosthenes longè

longe Æschinem gravitate verborum & actionis dignitate superavit, tamen illud quod in Æschine suit : amplum & magnificum censeri debet: & quanquam ab optimo abfuit, tamen genere toto & universa bene loquendi forma continetur. Theophraftus, qui à divinitate loquendi homen invenit, tamen cum diu Athenis commoratus esset, à quadam muliercula est hospes propter quandam in lingua peregrinitatem appellatus. Hunc non tam inhumanè rejicies, quin quanquam omnia non nimis Attice & venuste appellaverit, in aliquo genere bene sonantium reponatur. Nostri autem homines qui nunc Græca somant, non in eodem genere imperfectius locuuntur ut illi, sed toto, at dicitur, non modò genere, fed cœlo errant. Nam quanquam Angli & Itali simillimi in loquendo dicantur, Germani tamen à Gallis, alizque nationes ab aliis toto quarundam literarum genere discrepant. hac igitur varietate laudari debent, qui quemadmodum in dicendo, sio etiam in sonando optimos fibi ad imitationem proponunt. Nam ne hoc quidem mihi per æquitatem tuam negare potes, ut dum optimos fequi faudeo. deteriores repudiem, in hac tam multiplici hujus ætatis fonandi ratione cum ab aliquibus est dissentiendum, cur improbor, si deterrimes mihi à quibus diffentirem proposui? Et cum nequeo cum omnibus per omnia consentire, quis hoc mihi vitio vertet, freum optimis per

omnia nolim diffentire. Sequamur ergo quod possumus optimum, si forte ad id quod est in unoquoque optimum, perveniatur. Si enim à mediocribus deterremur, de altioribus cur sherandum est 3 Cur si optimum quæritur. initia quærendi prohibentur? si corruptum conceditur, ab eo non receditur? At si ad illud quod perfectissimum est, aspirare non possumus, num ideo non ad mediocria nosmet adjungemus, sed in inquinatissimis sonis oum socordia & desperatione versabimur ? Ne sis queso in excutiendis sonis nimis Stoicus, neque in antiquis approbandis nimis Adademicus. Optimum autem, ut ait quidam in unaquaque re unum est, proximum quod illi similimum est; quod deterrimum est, idontimo est dissimilimum. In quo optimo dum docti elaborant, & tamen ab eo longè abfunt, non genere different, sed facultate. & oum in eodem gradu generis non fint tamen toto genere finguli continentur. Quamvis enim generè omnes congruant, tamen in eodem genere pares pauci funt. Relinquo igitur libenten hoc quod Græci nà die Gir dicunt: & aliquid late patens & diffusum quære, quod non varietate erit infinitum, sed rei natura modicum & terminatum. Quid est igitur illud, quo unaqueque litera terminatur, & quam latitudinem habere debet? As quid opus: est me ista suscipere? Docti ante hac multifecerunt, & mous labor magis in oftendendia illis

#### DE PRONUNT. LING. GR. 483

illis quàm in novis quærendis versari debet. Hoc si ex antiquorum sententia secero, rejicies, qui antiquorum sententias præ recentro. rum errore non probas. A me vero hoc fieri lubenter cupis. Mallem certé ut hoc ab aliis eruditioribus quam à me peteres : sed tamen nequaquam harum rerum tam ignarus fum, ut ista tam levia præstare non possim. fortasse imbecillitate, & non rei magnitudine. ista metiris. Sed neque quid ego possim in hac disputatione quæritur, sed quid resipsa ferat: neque, quid alii soleant, sed quid debeant facere. Czterum non tentandi mel fortasse caussa, sed discendi quidam hoc querunt. Illi autem discere hoe à Terentiano melius possunt, & ab aliis grammaticis, qui munus hoc docendi ista profitentur. Formam tradendi à Platone, Aristotele, Galeno aptius quam à me petant : res tradendas melius à doctissimis rhetoribus & grammaticis quærant, ita meus supervacuus, ac non ita multum necessarius labor hac in parte erit. Sed geram tuæ auctoritati morem, quoniam ita vis, & breviter ac planè caussam hanc tam obscuram ac reconditam explicabo. Puto autem in bac caussa me hominibus nimis pertinacibus & opiniosis, qui tantum sibi judicioque suo tribuunt, ut se putent line ulla antiquorum auctoritate errores receptos pro veris probaturos. minimė fatisfacturum: antiquitați tamen, veritati, utilitati, voluntati modeltorum & prudentium

dentium hominum, & rei ipfi satisfacturum. Primò autem quæ apud neminem jam in controversia fuerunt, ea confessa inter nos hoc tempore & posita sint. Ex issis autem ea quæ ambigua funt, ac controversis hominum iactantur, confirmanda sunt, ut plane liqueat tum quibus iniciis progressi incedamus, tum ad quem exitum perducti consistamus. quis explorare ista quæ vocis ac sonorum varietate consistunt, diligenter vellet, tres res potissimum sufcipiet, in quibus elaboret, quarum judiciis facillime ad id quod velit perveniet. Unum genus erit eorum verborum quæ ad animantium soni à natura expressi imitationem facta funt: alterum erit linguarum inter se comparatio, ut cum ex Latina in Græcam aliquid transfertur, aut contrà, videamus quam propinqua fibi ea consentiant. tium erit scriptorum bonbrum passim de hac re collectio, ut interdum planè aliquid demonstrent, interdum transenndo significent. Hæc qui diligenter adverterit, non potest in Græco fonando errare: quarum rerum fingularum çaussæ reddi possunt. Sed formam totius rei ante oculos folum ponam, fingula ad extremum non perfequar, quoniam de hac pronuntiandi ratione integrum ad Regiam Majestatem librum scripturus sum, ut intelligat me mequaquam temeritate, sed judicio & delibeberatione hanc caussam ingressum esse.

Ac

#### DE PROBUNT. LING. GR. 38;

Ac primum de sac », quonjam in eandem formam caduns, loquemur. Sonus idem est sac », « & sa longitudine autem & brevitate soni, non seno distant: quia », longum « est: « vero; breve » est. Sic », breve » est. At », longum « est. & cum idem sonus sit utriusque, tamen duplicatur in » sonus «. Et in » duplicatur sonus «. Nam » & » duorum temporum sunt, & semper longa sunt. « & » unius temporis sunt & semper brevia sunt. Inde de istis quatuor aptistune dictum est à quodam grammatico:

·Literam namque « vidensus esse ad im pro-

xumam.

Sicut . & .. videntur vicine fibi.

Temperum momenta distant, non soni nativitas.

Sic homines were plus. Medium means plus dicimus, quæ verba non sono, sed soni tempore discrepant. Ex quo sacile qui nam sit si
sonus, in lingua nostra cernitur. Omnia enim
quæ per sa scribimus, sonum si habent. Sic
bread sess, mear par, great, beat, sent sir dicimus: quæ omnia cum nihil nisi longum e
sint desectu propriæ literæ, per en scribimus.
Quemadmodum antequam si inveniretur & se,
pro illis s & o vocales scribebant: erantque
tum quinque ancipites, scrib apud Latinos
eniamnum sunt. Nunc quia illæ semper longæ, s verò & o semper breves sunt, tres sestant vocales solum ancipites, quo decem

tempora quinque vocalium expleantur. In & a similater: mone gone, par you. fond bodie, Dord Bott. bone bond. Bur Bord. Et hane distinctionem facile aures capiunt, neque ad ista docenda longis logis opus est. Sed hæc nostra de ae explicatio hoc adfert, ut intelligamus idem in Græca lingua fuisse priusquana contractione usi essent. Nam Aquestina, ni-YER, Buenten, in Aqueodern, seixy, Buentif Contraxerunt & ubicunque penè se incidit, in n contrahitur. Et grammatici latini dicunt e latinum duarum Græcarum literarum vim pof fidere: cum brevis est e ut, ab hoc hoffe, cum longa est , ut ab hoc die: eodemque modo de la statuendum esse. Et alii in hoc Vergihi . Conticuere , norhusige , dicunt esse tum , turt :: primum namque e , est , alterum verò s est. In illo autem, Rapti Ganymedis bonôres, ivwer dicunt prius esse .. posterius verò » esse. De » Plato in Cratylo, & Plutarchus in libro de à docent, ut antiqui pro eo s utebantur, utque ad longitudinem valeret, Plato in eodem Cratylo docet. De & & Plato in Cratylo similiter & in Phædro loquitur de longitudine & brevitate corum! Similiter Aristoteles in Poetica. dem Dionysius Halicarnasseus in Rhetorica. Sed quid istos commemoro? unum antiquum ex omni ætatum memoria mihi oppone, qui si de his rebus tracter, non in hanc sententiam dicat, aut qui istum tam attenuatum, ·lite-

# DE PRONUNT LING. GR. 18

literie sonum in im probet. Qued si omnes consentiunt, da hoc literis, da antiquitati, da usui nostro, ut literarum dignitatem retinere possimus. Atque hic vel linguarum comparatione, vel factis vocabulis rem quare, invenies ita esse. An' non Plutarchus tum in Vitis e tum in Problematis Romanis, tum in omnibus, hoc in universum servat, us e iongum in im transferatur: & contrà Latini boc , in e longum transtulere, nisi forte Dorice, id quod in Latina lingua est usitatum, illud in a commutetur. Neque hoc Plutarchus folum facit, quanquam maxime in eo frequentatur, quia plurima conscripsit: sed omnes quicunque de una in akeram linguam quicquam transferunt, hanc sibi formam transferendi proposuerunt. Nam illud quod D. tuz leve atque inane elle videtur, ut Balzar ad exemplum hojus litera , demonstrandum adferam, illud mihi firmissimum & gravissimum ad rem constabiliendam esse videtur. ræ enim & animantium constans & perpetua in omnibus regionibus & temporibus est vox, quæ non inflecti consuetudine, sed corroborari tempore & ætate folet. Hominum lingua mutabilis, & facile ad omnes formas & modificationes vocum capiendas est habilis, & propterea à Græcis ulcomes avocume dicuntur. Quamvis enim latinè balare dicatur, non ideo efficitur ut Græce non Brigen per e longum pronuntietur. Nam & Varro de re Ruftica sa-

tis aperte quod ad hanc rem pertinet, explicavit iis verbis, ubi de capris & ovibus loquitur: Ea enim fua voce Græci appellarunt wi-Au: nec multo fecus nostri ab eadem voce. fed ab alia litera bela vocarunt. non enim mee, sed bee sonate videntur oves, vocem efferentes, à quo pôst balare dicunt, una litera extrita, ot fit in multis. Hæc Varro. At quomodo hoc fit in multis, nisi quia ut Halicarnasseus tradit, ad Doricam dicendi formulam Latini fe accommodarunt. Ut quemadmodum Dores βλάκειν pro βλήκειν sic Latini balare pro belare dicant. Eustathius autem in Homers By dicit quagnish of 7 westeres Que vis. & By Gy alio loco dicit Ouvis mes Chrun onγιαντικόν κ Φέρε περ αιλίω διονοσίω κρήσις κεραιτίνα שומטדוו, נוצ ווא אושונים משובף שני למוסי לון און אבינים וואים XII. At quisquis oves credat vi vi sonare ut nunc corrupte By pronuntiant. Sed be be potius, ut balant pro belant Doricum sit; sicut un mo mater. At si hoc balare ovium sonum exponat, certe tum illud cogita, quanto magis a tanto minus i sonat. Sed ridiculum judîcas hic ad oves & boves confugere, & pecora campi, ut à brutis ratione defectis quicquam cognoscamus. Non est ridiculum à natura quicquam petere, & à brutorum constantia ad discendum aliquid haurire. Et cum multarum virtutum exempla ab illis petimus, cur ridiculum erit, quasdam sonorum controversias ex illorum confantia, potius quam

ab hominum quorundam intemperantium levitate discere, & in eo à brutis separamur, quod natura ordinem & constantiam in omnibus rebus potissimum servant. Nos non modò à natura & legum bonarum institutis discedimus, sed ad multas inanitates nimium nostris ingeniis tribuentes defleximus. nequaquam Demostheni turpe videbatur, ne optimis quidem relictis Magistris ad canes se conferre, & ab illis r literæ vim & naturam petere, illorumque in sonando quod satis esset morem imitari. At nos Demolthene eloquentiores pudet eandem viam discendi persequi, & quod certum est ab ovibus haurire, ne videlicet nimis stolidi oves imitando esse ducamur. Quo tandem illa apud Platonem sententia evanuit, quæ præcipit ut doceamus citra invidiam, discamus citra pudorem: modò enim id quod discitur sit honestum, quid refert à quo discas. Non tam auctoritas docentis quæritur quam discendorum veritas. Et si hoc quod discitur cum auctoritate utilitatem conjunctam habet, non tam laborandum à quo proficiscatur, qu'am in quantam virorum utilitatem definat. autem nostra emendata talis est, ut adjumenta illius facilius utendo invenire, quam negando obscurare possimus. Non igitur hic ulli videatur effe ridiculum, dum quod verum est quærat, consugere ad oves & boves & pecara campi, cum tantum ex ea utilitatis fructum se percepisse glorientur, juvenes & -& virgines, fenes cum senioribus. Habes igitur formam hujus literæ descriptam, ut quid ea sit facile intelligas: & quomodo cum e conveniat, & quomodo discrepet, tum etiam quid cognati sit, & quantum intersit, ut quivis Anglus istarum literarum differentiam non animo solum sequatur, sed etiam voce linguaque exprimat.

De vilitera quia ea paucis doceri potest, pauca dicamus. U latinum scriptura simplex, sono conjunctum est: quare diphthongus potius quam vocalis censeri debet. Ita enim sonatur, quasi cum o conjungeretur. I-taque quod Græcis ov diphthongus est, illud latinis u est. Unde aptè à grammatico quo-

dam dicitur, cum de u loquatur:

#### Quam scribere Grajus nist jungat o nequibit.

Nisi enim o in u sonaremus, à latino u ad Græcum v veniremus. Hoc enim inter se distant, quod v simplex est, nihil admixtum, nihil alienum adjunctum habet: u verò perpetuum o ducem soni habet, & eum in sono comitatur, & junctus cum illo perpetuò ex ore exit. cum igitur duke, tuke, lute, rebuke, sux, rux, cum igitur duke, tuke, lute, rebuke, sux, rux, let, boule, boule, sono, sono, sono, ful, bul, bullatinum u est. Nam lumen, nuntii, acutè argutè, aeus veuru axum, aeyum, sic Græcè transferuntur. In hoc autem verbo Thucy-dides

dides utrunque cernitur. In Duo enim in eo u funt, è quibus primum latinum u, secundum verò u Gracum est. Sola autem u ex omnibus vocalibus labiorum præsidio eget: ut ad foni hujus explicationem fatis videatur. dicere coeuntibus llabris o sonari. unde Dionysius Halicarnasseus dum v à cæteris sonis distingueret, ejus naturam iis verbis clarè expressit. " Litera v quam » exilior est. & cum ,, contractione quadam labiorum notabili fonus , angustus ac penè suffocatus exit ex ore. Cum n in imm contra ore paululum dilatato, fonus ne-,, quaquam in labiis resplendeat, sed dentes spi-, ritu feriat & pulset. Cæteræ vocales consi-, derentur, & nullam videbimus in labiis præter of olam hærere Cæteras omnes apertius ore " patenti ac dilatato videmus evolare. Quare , hæc una de labris contrahendis nota ad soni ,, naturam describendam satis esse posset.,, Priscianus eundem sonum in v esse dicit, qui in u latino eit, quando inter q & e e i aut g & æ e i intercurrit : ut in iis verbis, quisque, quæque, linguæ, pingue, sanguis: ex quo facile quisnam hic fonus sit intelligitur, si modo diligenter advertatur. Alii quod eôdem quoque pertinet, medium quendam fonum inter u latinum, quod s Græcum est & i latinum esse dicunt, sed pinguiorem aliquanto & magis opimum quam i & molliorem ac teneriorem quam est u. In quo sono veteres Gylam, optymum, proxymum dicebant ſo.

fonus in Latinam linguam venire non debet: olim enim nisi in certis verbis non sonabatur; & ideo à grammaticis peregrinus fonus vocatur, & ad Græca verba exprimenda folum admissus. Latini enim sonantius aliud & grandius adferebant, quod magnitudine soni dignitatem orationi conciliaret: & hac fimplici finceraque voce minime contenti, aliquid elaboratius ornatiusque conquirebant: nunc quàm illi fecerunt contrà fit, & u totum latinum quasi v sonatur: & ov Græci sonus, quia cum u latino confentit, etiam ad hujus vocis Quod vitium, ut contractionem demittitur. alia multa, à Gallis ad nos profluxit, ut nync. pro venc, & lymen pro lumen dicamus. Horum itaque sonorum talis esse debet distinctio, qualis in iis verbis cernitur, boul, bul, bil: Book; Bun, Bin: but, byl, bil. nam bouve, souve, bouvle, diphthongum Græcam impropriam faciunt, εων, σων, βαυλ: & non diphthongum s exprimunt. Ex iis potest intelligi, quid illa in Oratore Ciceronis verba significent, "Pur-"rhum semper Ennius, nusquam Pyrrhum. Vi ,, patefecerunt Fruges, non Phryges, ipsius an-, tiqui declarant libri: nec enim Græcam lite-"ram adhibebant: nunc autem etiam duas, & , cum Phrygum & cum Phrygibus, dicendum "eslet, absurdum erat aut tantum barbaris ca-,, fibus Græcam literam adhibere, aut recto ca-"fu folum græcè loqui, tamen & Phryges & "Pyrrhum aurium caussa dicimus., Græcæ hujus

#### DE PRONUNT. LING. GR. 293

jus literæ sonus igitur cum labiis prematur, & medius inter & & exiltat, & eundem in dicendo sonum adferat quem u inter q, & æ e i, alius esse non potest quam quod u Gallicum ab Erasmo nominatur. & nunc in Latina lingua tam latè patet. Restituatur igitur v suo domestico nativoque sono, & u latinum ad z græcum ascendat, id quod à nobis jam diu observatum est, & perpetuò observabitur, si D. tua pro antiqua modeltia & humanitate tua studiis ac literis favere velit. Quod si hic omnia Latina verba quæ à Græcis mutuata funt vellem percensere, facile intelligeretur. ab hac vicinitate quam memoravimus illos non abhorruisse. Nam Cupressus, Cubus, Æmulus, Gubernator, Hallucinari, Ligurire, & quæ sunt ejus generis penè infinita à Græco deducta u habent, & tamen Græcæ literæ, non Latinæ fonum referre debent. Et Terentius apertissime dixit: Anin astu asu venit. Tacitus autem Sullam, Sibullam, omniaque quæ per u scribuntur, in u traduxit, & hoc perpetuò in omni libro observat. Et apud Plutarchum quæ possent huc rursus conferri de Latinis in Græca translatis, nimis longum esset ea percensere. Quomodo autem in Gracis u sonari debet, apertissimè Grammaticus dixit:

Tertiam Romana lingua quan vocat v non babet. H. -

T 3

Hujus in locum videtur u latina subdita, Quæ vicem nobis rependit interim vacantis y, Quando communem Latino reddit & Græco sonum.

Quid animantium hoc loco voces ululare, ύλακτίζει, mugire, μυκάζειν, grunnire, spúζειν. Cucurrire, ad Galli modum Aristophanes in βατράχοις ησκηύζειν dixit. Et in eodem ησκηύ pe Peire Nam & illud quod apud Aristophanem de 'Apunia est, facile docere potest, u ab a longe abesse. Et Cuculi nota vox nonné. Quæ omnes voces si non integre ut debent, fed corruptè ut nonnulli folent, pronuntientur, nihil adferunt quare ad imitationem animantium videantur esse factæ. Sonus igitur v talis describatur, qualis à nobis dictus est, & qualis ab Hebræis in puncto kybbuts efferri solet. Quomodo igitur v ab u differat, quomodo confentiat, quibus notis propriis alterum ab altero separetur, satis ad totius rei formam paucis describendam hoc dictum fit.

Qui duos fonos in diphthongis non agnofcunt, quomodo illas diphthongos putare poffunt? quomodo enim à vocalibus fono diftant, si fimplicem aliquem fonum adferunt? Diphthongus enim non scriptura, sed voce cernitur aliàs non diphthongus, sed digraphus est. Cur autem cum dipthongi omnes definitione diphthongorum continentur, quædam duos sonos sonos, ut au, d, ou: quædam simplicem habent, au, et, a? At id sane si quid diphthongus sit, & si quid diphthongus à vocali distet, verum esse non potest. Et cum usus istas in diphthongorum numerum retulerit, cur abufus dimidiam & meliorem soni partem ab illis auferet? Detur hoc usui ut diphthongos faciat. vocales faciat, fyllabas faciat: fed hoe dare ufur nemo potelt, ut quandiu diphthongum eam faciat, illud ab ea auferat quo diphthongus sit. Eximantur igitur è numero diphthongorum, fi nihil in fono cum diphthongis habeann communes At Quintilianus quærendum putavit, quomodo duabus demum vocalibus in feipfas cocundi natura sit, cum consonantium pulla pisi alteram frangat. Sed hoe ell pati illas minime in seipsas coire, si alteram extrahas, & obtorto collo illam à fonando rapias, ne fonus, è duabus vocalibus in seipsas coeuntibus collectus efferatur. Sin in sonando nihil altera vocalis adjuvet, tum non mode tota frangitur, sed etiam consumitur. Igitur ut diphthongus fiat, copulatio non modò Literarum, sed sonorum fieri debet, ne videlicet quo calteræ linguæ omnes abundant, eo Græca & Latina lingua destituatur. Sic autem diphthongi fient: alias in vocalism numero repor Sed fonos utrosque jungant. Unde (ut ait ille) diphthongos eas

Greciæ dicunt magistri quòd duæ junctæ simul T 4 Syl-

Syllabam sonant in unam, vique gemina praditæ.

At nostræ duæ junctæ simul, minimè syllabam fonant in unam. Diphthongi igitur nostræ ne diphthongi quidem erunt. Quoa si simplex in illis sonus sit, dividi & partiri in varios fonos non potest. Ouod enim ipsum in sono unum est, quomodo varietatem sonorum afferre potest? Vocales in alios sonos tribui non possunt. Maximè enim simplices voces & impartibiles funt. Sed diphthongi dividi in varios sonos possunt. Quomodo enim Mules talis diphthongorum esset, nisi diphthongus coitionem illorum antea habuisset? Aut quomodo ouvaierors fieri aliquorum potest, quæ non antea sejuncta separataque voce erant? Videmus autem ut lones sæpe ex eq i rejiciant, a relinquant, sæpe e & a in si & ci dividant. Quid? hoc ne a relinquunt quod antè fuit? Sed in sono a antea non apparebat. At in fono nunc a relinquitur. Sed fortasse non hoc a relictum. Non est igitur hæc a relictæ pronuntiatio, fed torius diphthongi mutatio. Non igitur hic ioaigeous erit, sed μεταβολή. sed in diphthongis άφαίρεσης est. Τοtius ne an partis? Si totum autertur, nihilfonandum reltat. Sin pars, ubi tandem ea nunc quæ antea non apparuit? Grave autem elt ad hunc tam confusum & perturbatum sonum confirmandum Grammaticorum figuras &

reinus evertere. Quid in Alguerd, ea ne in sonando quoque adhibetur? Sed res divisas vocesque diphthongorum separatas pronuntiamus. Nunquam ne easdem conjunctas? Non igitur illæ tum funt junctæ. Admodum autem miror, li res non junctas, quasi junctas sono distinguimus. Ouid? Itane illorum natura dissentiens est, ut ad societatem soni adduci non possint? At quare tantopere in Græca lingua dissentirent, cum in omnibus jam aliis linguis cum suavitate usurpentur? Non igitur rei natura hoc fit, neque aurium caussa: Quia si in re consisteret, in nulla lingua hoc fieri posset. Sin aures ab eo abhorrent, cur in patriis linguis cum voluptate audiuntur, ubi aures omnium & peritissimæ & delicatissimæ funt? Sed in Græcam atque in Latinam frequenter admittuntur: ut, Aio, Graius, Troia, Abria, Euboia, Misa, Aian. Quod si diphthongi in concursu plurimarum vocalium, ubi maximus hiatus & vastissimus sonus est: tamen satis suaves jucundique sunt, quanto majorem suavitatem habent, ubi confonantibus quasi saccharo asperguntur. Sed neque soni vastitas caussa esse potest. A enim ex omnibus vocalibus maxime patenteis fauces complet, & os præ cæteris fonando dilatat, cæteræ vocales aliæ aliis leniores temperatioresque sunt: omnes à tampleno sono qui in a auditur, longè absunt. Cum a autem cæteræ si conjungantur, non tam amplum,

neque tam tragicum sonum faciunt, sed potius aliquid de magnitudine ejus demunt. Quod si a vocalis ad granditatem soni retinetur, non ad vastitatem abjicitur, cæteri soni qui magis temperati & mediocres sunt, neque ad tantam amplitudinem expatianturs debent ad sonorum varietatem opportunè condiendam refervari, ne omnia nimis lata in tono & diffusa esse videantur. Et quoniam in Græcis diphthong rum fonis vel, subjungi necesse est vel v. ut vere Terentianus dixit, nos quoque elaborabimus, ut istarum literarum sonus subjungatur, non dominetur. Non enim ibi quicquam fubjungimus, ubi nihil antecedit: fed ut subjungatur quod sequitur, necesse est aliquid conflituatur quod præponitur. literæ tres vocales præponuntur in propriis diphthongis, & u quoque tres vocales quasi duces soni antecunt, quibus illæ ut scriptura. fic fono fübjunguntur. quod quemadmodum in diphthongis quibus subjicitur, est manifestum: sie in diphthongis quibus, supponitur, esse quoque debet manisestum. in iis quæ i subjectum habent, vitium in prioribus literis est, in iis quibus o subditur, vitium in ipso u est. Nam una tantum diphthongus nobis pura puta in sono relinquitur, & ea tamen à quibusdam depravatur, dum ad sonum v genuinum deducitur. Videamus ergo in au, a. o., cur abjectæ sint priores literæ, & num hoc rectè possit sieri. Certè si quid Plutarcho creditur, facile hoc totum dissolvitur. Is

Is enim in Sympoliacis a literam femper præesse cæteris vocalibus, nunquam subjici, & jam in dicendo quicquid confequatur, fonum suum retinere dicit, ac cæteris simul cum eo fonantibus uti. Neque enim vel post vel u si ponatur a, cum illis conveniet, aut illorum sic ductum sequetur, ut ex iis una siet fyllaba, sed quasi indignabunda litera, & sese admodum efferens, dominatum quærat Et si alteri illarum præponatur, tum subsequente illa & simul sonante utitur. & fyllabas etiam verborum facit, ut in alleson, αὐλεῖν, in Ajas & αἰδεῖως & sexcentis aliis. hæc ille. Quod si ἀσυμφωνονιώντι καὶ ἀκολεθέντι γεή), ut Plutarchus dicit, quis negabit e in eo & An eæ literæ dominatum fimul fonare. non amittunt quæ in sono non minuuntur modò, & quasi de gradu dejiciuntur, sed prorfus exstinguuntur, ut ne minimus quidem ejus sensus in auribus remaneat? An cum a litera ullo modo confonat, si neutra harum sonum habeat, sed quoddam peregrinum pro utroque reponatur? Itaque simul istæ sic sonent, ut consonare & consentire possint. Nunc autem quasi neutra digna sono sit, tertium aliquid pro utroque adhibetur. Perdet igitur a dominatum suum, & magistratu suo abibit, si in alac, in algerate, & fexcentis alis, nihil fonet: fed hoc est impetum facere in magistratum, non pati ut munus suum ubi debet, opportune administret. Ex hoc igitur satis probetur.

betur, min m, reliquisque locis, ubi ponitur, fonum retinere, & cum illo consonare. Quintilianus eadem in re de a diphthongo Græcos hoc semper per a sonasse memorat. Unde Vergilius amantissimus vetustatis, Pictai ouestis. & Aulai carminibus inseruit. At si hoc semper Græci sic sonent, nos nequaquam Græci sumus, qui diphthongum non efferi-Et in omnibus verbis ubi au inciderit, Græci femper hoc fecerunt. Nos videlicet ut Græcis meliores simus, hoc nunquam faciemus. Gellius probat hoc verbum fænus non à paired Græco, ut quidam arbitrantur, sed à fœtu ideo venire, quia M. Cato & cæteri ejus ætatis fænus & fæneratorem sine a sonabant, unde arbitratur à paires illud deduci non posse. At quis non ex hoc videt, in φαίνεως illos hujus a literæ sono usos esse. nunc per nos æquè à paires ac fœtus venire potest, qui nullam in iltis verbis differentiam ponimus, & propter soni confusionem, verborum επιμολογίαν agnoscere non possumus. Sæpe enim à grammaticis inepiæ ἐπυμαλογίαι adferuntur, ut nobis videtur qui distinctionem fonorum non advertimus. Quòd si in veris fonis conquirendis laboraremus, in veris ¿ su μολογίαις constituendis minus hæreremus. temus igitur, si a semper sonum retineat, ubicunque inciderit, si semper à Græcis q esferatur, si in paires cæterisque pronuntietur a, debere a in a diphthongo femper fonari. Cur

## DE PRONUNT. LING. GR. joi

Cur enim non æquè in Græcis hoc fieret, ac in Latinis, ubi Aio, Maia, Aiax dicimus; cur non eodem modo Maiar & Marm Græcè fonamus? aut quare apud Græcos vastus, apud Latinos sublimis sonus est? & in eisdem verbis tanta sonorum dissensio exsistat, ut vix cognoscamus eadem esse? Nunc verò quomodo illos versus apud Sophoclem legemus?

Ai ai, τίς αν ποτ' μετ' άδ' ἐπωνυμον Τέμον ξυνείσειν όνομα τοῖς ἐμοῖς κακοῖς. Νυῦ % πάρες κ κ δίς αἰαζεν ἐμοὶ, Καὶ τεὶς,

& quæ sequuntur.

Ut propemodum durum videatur & inhumanum esse, ex Ajacis nomine a literam auferre, ut ita commiseratio, qua clamorem consequi solet, imminuatur. Sic enim mulieres apud Theocritum questus & cjulatus successivamenti a interposito exaggerarunt. Aut quomodo illud carmen apud Vergilium,

Est ingens gelidum lucus prope Cæritis amnem:

si ve a sint; quæ de ejus loci nomine à Servio & Strabone memorantur? Nam a in istis semper retinendum est. Ut enim in Græcis; sic in Latinis quoque utriusque literæ sonus retinen-

tinendus est. Nam sic eleganter Terentianus notavit:

Ador semper atque lotte quem parant Græcis sonum,

A & enobis ministrant: sic enim nos scribimus.

Quid igitur dubitemus, Græcam diphthongum y sic sonare, quemadmodum Raiam piscem, quemadmodum Graium, Esaiam, Maiam, Aiacem, & cætera ejus generis? Quod si reliquas duas « & « non sic pronuntiandas judicarem, quem ad modum illud Hoi hei apud Terentium, aut quemadmodum omneis, Trojam atque Eubojam, insanus sim oportet: cum illud æquè ac superius perspicuum sit. nam ut separationes vocalium & Algueires præteream, neque ut diphthongi naturæ mentionem faciam, illud satis ad hanc rem fuerit, quod à Quintiliano de ei latino dicitur. Duravit, inquit diutius ut e i jungendis, eadem ratione qua Græci e uterentur. Quomodo autem Latini hoc eadem ratione quam Græci utebantur? Quomodo? niquemadmodum Victorinus grammaticus memorat, cum longa syllaba scribenda esset. duas vocaleis ponebant, præterquam quæ in i literam inciderant. Hæc enim per e & i scribebant. Gn. Pompeius & scribebant & dicebant. Et Victorinus aliis in locis, & Terentianus clarè confirmat hoc quod i latinum est,

eft, in sono ei esse, sicut in Pompeius, Deiotarus, in sono cognoscimus. Hermogenes autem in dicendi formis ubi all orprismi loquitur, diphthongos & vocales longas hanc formam illustrare dicit, si in fine dictionum cadant, propter ei diphthongum. Sin i ipfum per se ponatur, minimè tum grandem orationem eam facit quæ ea abundat. contrahit enim magis & ad rictum deducit os, & minimè fauces complet. « igitur sola ex diphthongis granditatem orationi non adfert: igitur granditatem adfert. Plenior igitur sonus o quam e siquidem diphthongi præter e granditatem adferant: , vero ipsum si per se positum sit, minimè grandem facit orationem. sigitur sejunctum alium habet sonum quam si cum e aut o jungeretur. Si autem parum granditatis in eiest, minimum in i. Aliquanto igitur grandior « quam , est, qui autem alius quam e fonus diphthongum e grandiorem faceret? aut quis alius sonus a diphthongum exaggeraret, nisi qui ab o sumitur, & ad o adjungitur. cum Plutarchus de e diphthongo multa loqueretur, & librum quoque scriberet, multa verba de e quasi præstabiliori, ut videtur sono, pauca aut nulla de s fecit. Eam vero in lingua Latina hæc diphthongus suavitatem obtinuitut cum Sulpitius in a diphthongo stolleret, & e plenissimum relinqueret, à Crasso apud Ciceronem reprehensus sit, quod non antiquos oratores, sed messores videretur imitari. Cujus

sus verò omissio tam est vituperabilis, eits observatio admodum erit laudabilis. fi nos nunc in alteram partem perpetuo peccantes audiret Crassus, mirum ni non messores nos, sed palleres vocaret, qui sic pipitaremus. Nam qui nimis vehementes in alteram partem navi feruntur, in scopulum aliquem inpingere folent, & quod à te præclarè dictum est, quisquis soluta anchora in alterutrum littus illidit, mirum ni naufragium faciat. In medio igitur duorum fonorum confiltamus: & si jugo aliquo bene devincti funt, melius illos totam fyllabam ducturos arbitremur. Sed quid de iftis sonis attinet plura dicere! Omnes rhetorum libri ubi de formis dicendi scribunt, pleni sunt talium sententiarum, qualem ex Hermogene adduximus. Et nos gustum dare, non apparatum instruere hic Sed hic mihi paululum insistencogitamus. dum est, quoniam hoc cupit: & aliquid de λιμός & λοιμός dicendum est. Utinam autem doctus ille qui meum hoc pro a diphthongo argumentum tibi exposuit, potuisset saltem verum auctoris nomen D. tuæ commemoraffe. Nam quod ego carmen ex Thucydide citávi, illud ille tibi in Aristophane dixit esse: homo certe valde in bonis auctoribus versatus, qui ne Thucydidis quidem meminisse potuit. Sed detur hoc illius voluntati, qui dum tam acri animo in rem ipsam reprehendendam intentus erat, ubi esset quod reprehenderet, vix agno-

zonovit. Ac mihi certè is tam planus Thucydidis locus esse videtur, ut de oi minime dubitari possit. Nam cum patrum aut avorum memoria oraculum quoddam Atheniensibus datum esset, propter longitudinem temporis iterum penè è memoria illorum abiit, ut ii, qui à patribus illud acceperant, in magna varietate & dissensione essent, aliis rouds in carmine, aliis aubs sonantibus. Cum autem præteriisset illud bellum, & magna pettis stragesque hominum & bestiarum totam terram invasisset, tum Auph fuisse in oraculo dicebant. Quòd si alio tempore, inquit Thucydides, aliud bellum ingruat, quòd fames quædam sequutura sit, tum λμπ, & non λαpls dicent. Carmen verò apud Thucydidem hoc est:

### Ήξή Δωριακός πόλεμος κ λοιμός αμ' αίπη.

Ex quo evidentissimè liquet, alium suisse λομος & λομος sonum qui quomodo diversus esse posset, nisi interveniente o, & sonum extenuatum explente, nemo cogitare potest. Cur enim non ita λομος quemadmodum in Troia, Eudoia, Oileus, aut in nostris toie, boie, loie: τοι, βοι, λοι: aut in antiqua Latina, quoi homini: & apud Terentium, bei, boi: aut quomodo antiquos dativos scribebant Latini, bonoi, dominoi, pro bono, domino: Nunc si diphthongus omnis geminum sonum V

habet, quemadmodum superius est satis demonftratum, etfi ideo diphthongi funt, quia, tit Priscianus tit, binos purpus, id est voces comprehendunt (nam fingulæ vocales fuas voces habent) quis de w, w, o, dubiture potest, quin due jenote simul syllabam cocant in unam, varietate vocalium cum Ingulæ vocales fuas voces habent, varietatem etram fonorum habere. Hoc ignur teneatur, w. ...., o, cum . in diphthongis confonare, ut minime opus sit ad hanc exfluatem Conorum examinatam pene atque exhaultem descendere. Et cum longum Latine idem sonet quod greece a, & inche-12m habeat ... ut Victorinus & Terentianus docent, facile mic verbo bini apud Ciceronem respondere est, & acculativo casui apud Gellium, quando per es & quando per es, id est es, scribi debet. De istis igitur tribus diphthongis, ut junctum haboant formin , Laus 12 nobis dictum sit.

In wo & & quatro craffius est vitiom, nanto facilior est emendatio. Quis enim aliquando credat literæ digamma sonum, qui invistis cerhitur, ad a traducendum fore. Verum fanè hoc est, u Latinum sape sorum digamma habere: at illumenon in fine syllabæ, sed in principio semper tenet. Quod quum fit, tum non in v Græcum, sed in B transfertur. m. Battier Varro, Virgilius Beylixios. Ubi verò u non digamma, sed consonans est, tum pro eo, • habemus, ut Valerius Dinking, Valens Ovaλής,

λής, Sylvanus Συλκανδς, & quæ funt ejus ge-Nam & duplicem habet apud Græcos · fonum. Unum domesticum ac nativum, qui idem cum b Latino est: alium assumptum, qui in Latinis & Aeolicis verbis digamma fonum Sed nos hunc assumptum & quasi mutuatum sonum usurpamus, & consuetudine loquendi perpetuò retinemus. Illum alterum qui proprius ejus & verus fonus est, nunquam adhibemus. Hunc fonum postea Latini duplici gamma, r, quod magnum F nostrum est, annotarunt. Ut Serrus, Farro, Darus, scriberent, hic sonus nescio quam temerè nunc in v, cum av & ev subditur, irrepsit. Si autem hoc natura literæ fieret, cur non hoc in a quoque usuveniret? At a diphthongum bene sonamus. Itaque ut reliquæ bene sonentur, idem sonus in reliquis observetur. nim vocalis cum consonante jungatur, diphthongus esse non potest (Diphthongus enim duarum vocalium copulatio est) ut junctus ex utraque sonus proficiscatur. Quòd si altera à vocali abeat, jam non diphthongus, sed aha Tyllaba erit. At si v per se souat, quo modo adjuncta ad & aut ., sonabit af, aut ef? aut quomodo adjuncta ad o facit ou? Num e Protei disciplina hæc una litera perfluxit, ut sic omnia transformet sese in miracula rerum? Sed în veritate foni est constantia, în varietate er-Quanquam enim defectu literæ, una aliam interdum explet, non tamen fingulis quali

quasi vagæ essent licebit, quando volunt, ad quosvis sonos pererrare. At in diphthongis sonus aliquis non desideraretur, sed corruptus sonus semet ingessit, & verum sonum è sede exclusit. Consonantis enim sonus longè à diphthongo abeat, ne si is irrumpat, diphthongus esse desinat. Præclarè enim ille:

Nec tamen diphthongos ista consonante prædita Poterit esse.

Sed Latini hunc fonum purum habent & minime vitiosum. Nam & Paulus, Euripides, Austerus, Eupolis, Aurum, Eucharistia, bene à Latinis sonantur, à Græculis vitiose. Debet enim de v notari quod de u apud Terentianum dicitur:

Porrd vocalem secuta vim tenet vocalium.

Quid igitur hunc tam opimum & adipatum sonum ad salubritatem diphthongorum adjungimus? & non potius quod maximè est consentaneum, illud sonamus? Au, & eu, quas sic habemus cum Grajis communes. Nam ut idem alio loco memorat,

Au & eu cum copulamus, u secundam jungimus, Invicem Græca quod o subdita est vocalis u.

Si has communes habemus cum Grajis, communes eas sono cum Grajis faciamus. nos, ut minime fint communes, meliores voces à Græcis expellimus, ut Latina si non linguæ ipsius dignitate hac in parte, tamen sonorum veritate superet. Sin u Latinum, vice v Græci ponitur, minimè hoc fieret ut à Latinis rectè illa sonarentur. Nunc cum vocalem fequuta, vim vocalium teneat u Latinum: eò transferendum est o Græcum, utillud quoque in iis vim etiam vocalis obtineat. Atque hic Demolthenis exemplo ne pudeat à canibus diligenter diphtongum eu cognoscere. Nam Aristophanes poeta dum canem latrantem exprimere vellet, au au, dixit. canes quidem tam crassi sunt, ut pro eu eu, af, af, sonent. Imone Latini homines tam abfurdi, ut, dum Græca verba Latine loquantur, digamma hoc infarciant. Græci autem ipsi, & Græcorum studiosi ne tam quidem abfurdi quoque essent, si vel naturæ vocem in canibus, vel Latinorum veritatem in translationibus horum fonorum imitarentur. Itaque cum ex iis satis manifestum sit, in diphthongis sonum junctum & duplicem esse debere, ex vocalibus & non confonantibus factum, manifestum est quoque, qui errores in Græcis sonis sunt, & quomodo emendandi sunt. Restant \* & y, de quibus minus te laborare video, tum quia nimis pinguem sonum obtinebant, tum etiam quia à nonnullis hodie natio-

tionibus uniusmodi ante omnes vocales hardm mutarum prolatio adhibetur. Et huius ætatis Græci, etiam quibus D. tua plurimum tribuit, & nos cantum illis damus, quantum per antiquos dare licet, perpetuum hunc frequentent in dicendo fonum. Si enim hic hæreremus. verendum esset ne plus currubus quam auribus inferviremus. Nam Anglorum & Italorum fonus hic che & ghe est proprius, neque ab ullis aliis nationibus elaboratus. Facessat igitut longè ab antiquis sonis, qui ita crassus est ut vix ex ore nostro fine labore & molestia evomi possit. Quomo enim » & y cum exdem literæ fint, non eundem ante cateras vocaleis haberent fonum, quem ante a & obtinent. Alias enim mutæ esse non possent. Quæ enim mutæ funt, nullum omnino ne minimum guidem fonum efficere fine vocali possunt. che vero & ghe sibilum quendam & stridorem insuauem ore moliuntur, & inchoatum quendam, sed, minime absolutum sonum habent, qui una vocali emissus, à nativo z & y sono longé abest. che & ghe compositum quendam & ex variis conflatum, literis fonum auribus ingerunt, & minime simplicem illam prolationem habent, quæ in & & y spectari debet. igitur & & w mutæ fint, che & ghe non fint. cum illæ simplices, hæ compositæ: quis non fatebitur istorum sonos in z & v descendere non posse? Sunt enim che & ghe ita compofiti soni, ut non modò ξψζ, sed ne' shibboletb

beth quidem illud Hebraicum compositius essa possit. Nam si quis here duo dissolvere velit. videbit alterum ex illis ex dsh, alterum verà ex t s h, effe coagmentatum. Quis igitur hane feridorem & hoc fast, quod è nonnullis odis dedita opera expulit Pindarys, fine magno convicio aurium ferre in oratione affidue invectum potest? Et si z & y sine aspiratione efferri debent, quia aspiratze non sunt, che verò & ghe aspirationem habent, & ita proferencer: quomado \* & y illis aliquando modis efferri possunt? Sed hic opportune illud Dionysii Halicarnassei afferri debet quod de mutarum distinctione attulit, π β φ labiis efferri, r 19 dentibus: x y x intimo palato & gunure, arteriæ quoque flatu vocem fimul adjuvante. Sed che & ghe dentibus efferuntur, neque intimi palati aut gutturis sonum requirunt. Illerum igitur sonus magno intervallo à " & y distat. Herodotus, Hippocrates, & lones omnes pro \*, \* upuntur. ut pro exec burene, ames decone dicant, & pro ing den. Verilimile igitur est uniusmodi aliquem perpetuum in a fonam existere, qui z ex sequo responderet, out tenuis sonus & non inflatus faltuofusque effet, qualis ifle est qui in che & ghe Debent igitur hi duo foni è Græce lingua sponte descedere, ne quasi adulterini, si permaneant, facile deprekendantur. quemadmodum nummus Hybernicus ex percuffique facilime cernitur, & vitiolis habitus

statim repudiatur: sic horum sonorum forma cum cæteris Græcis sonis minimè convenit. & nullo negotio peregrinitatis convinci potest: Quod si hæc minus valerent, tamen contractionum formula, que nature vi quadam loquendo concluditur, manifestum soni argugumentum afferret, cum præsertim ea non quæsita in dicendo, sed oblata suerit. Quis enim si perturbatè & corruptè δμολογέσττις & ieniorres cum che & ghe pronuntiaret, posset ex illis ομολογούντες & αρκούντες potius quam δμολογηρώντες & αρκηρώντες efficere aut ex κα έγω κάγω potius quam κλάγω facere, ut fonus non accersitus, sed domi natus videatur. Quòd si x & y unus tantum sonus ascriberetur, ornamentum linguæ magnum in contractionibus & in Artica loquendi formula constitutum videtur. Nunc sordere videntur contractiones, & aliquid durum atque odiosum invehere, quia quod fit in contractionibus omnes discunt, quomodo id fieri cum ratione possit, percipere non possunt. Et cum illud quod alienum esse videtur, admirentur, quod consentiens antiquorum linguæ fuit, non intelligant, linguam Græcam putant ab hominibus ad obscuritatem factam, non à natura ad suavitatem esse donatam. Unus itaque & proprius quidam sonus singulis istarum assignabitur, ne ad lascivam hanc sonorum licentiam x & y divagentur. Nam suos sonos, quemadmodum rem familiarem, negligenter admini-

Hare, inertis & amentis est: in alienos sonos impetum facere, & illos diripere, latrocinium est: aliena auctoritate quam antiquorum quicquam suum in Græco vendicare, injustitiæest. Contineant igitur suis se finibus x y, & eam hæreditatem, quam à maioribus relictam habuerunt, novæ huic & crassæ sonorum vastitati anteponant. Genus & cognationem antiquam que illis cum quibusdam aliis literis fuerat, ne repudient. Nec se solas malint. quam aliis suavibus literis esse affines. Magnam enim soni cognationem veteres inter x c. & q funt arbitrati, illasque non figura scribendi, sed genere soni propinquas ac germanas esse voluerunt, aut si quid esse potest germano germanius. Nam Priscianus z c & a quamvis figura & nomine aliquam videantur habele differentiam, tamen eandem in sono vocum quam in metro continere potestatem dicit: & k penitus in Latina lingua supervacuam esse: q vero ideo positum, ut u litera ante alteram vocalem polita, vim literæ perdat in metro. Hie autem si idem q & k sit, manifeste intelligitur, k literæ sonum ante reliquas vocaleis non mutari, quia q eundem in sono modum semper habet. Quemadmodum igitur q ante e aut i in Latinis absque u metimur: eodem modo ante easdem z Græcum in iisdem metiamur. Sonus q constans est, & æquabiliter in dicendo ante omnes literas obfervatur: observetur hoc in k, & nequaquam

in tantas in contrahendo de sonando inequias dilabemur. At loc idem aque plane distis Terentianus, quem toties laudas in opere suo Priscianus:

K perspicieum est litera qued vacare possis. Et Q similis i namque eadem vis in utraque est. Quia qui locus est primitas unde exorisur C. Quascunque deinceps libeat jugare voses, Mutare necesse est sonitum quidem supremum. Refert nibilum, K prior an Q set, an C, Aut G quoque, vel C.

Outrain similis est vis, hac similar in dicendo fonum liabent, que enim vis litere, nisi in sono est? Soment ighter similater k & q, neque tam diffencientem aut discrepanteminbeant in auribus fonum. Vocales autele ad Illas literas adjuncta, cum in dicendo efferuntur, suum fonum retinent, non alienum commutant, & diversitate sui diversos sonos ficitatt, fonos confonantiam cofdem refinquant. Syllabæ chim pars ultima, qui fonitus fupremus à Terentiano dicitur, ad vocalis naturam se accommodat, eam prior pais milil mutetur, nihilque ad fonom interfit, num prior litera k q an c sit: & proprer propinquam cum r similitudinem, & soni vicinitatem, non permultum referat, utrum g an c sit. Sie enim Cicero quia foni tam finitimi & coherentes funt, Cerorem à gerende nominatain dixet. Hic

Flic fi libeat, à ranis coaxabilités hujes litefæ fomm apud Aristophanem cognéscère possemus. Sed qui bestias majores ad vocesta natura docendam non admitteur, ildem ista minuta & palustria animaleula facile aspersabuntur. Sed hanc eandem nostram de « & ) fententiam Etasmus quantum methini, tum ex illo Aristophanis, tum ex Quintifiano confismavit. cujus Erasini dictum solum mini pro auctoritate non hic thodò, sed in tota nostra pronuntiandi ratione esse debuit. Eundem igitur sonum « & ) ante orintes literas esse de debe-

re, satis nobis hoc tempore dicatur.

Habes totius promuntiationis nostiae formath si non exprelle descriptam, certe adambratam, & nostris Anglis quali Tarentifiis & Collentinis fatis planath & perspicuain. Iti que si non docere rudiores, tamen admonere doctiores potui, quid illis ad pronuntiationis rationem conquirendam & confequendam fatis effet. Neque enim ea tam abdita aut recondita est, quin oratione non modò doceri, sed illustrati posset: neque tam difficilis aut aspera, qu'n facilem ingressum & facilem viam habeat, si quis eruditus eam primò ad Latinam. deinde ad vernaculam linguam transferat: neque tam inutilis aut infructuofa, quin magnum antiquæ eloquentiæ in ea & gravitatis vestigium facile cernat. Neque enim magni est ingenti. quid verum in tota hac caussa sit, cernere: neque magne difficultatis, diphthongerum vocalium-

liumque sonos è parvis initiis susceptos dilucidè explicare: neque magnæ inanitatis, difficultatem laboris in rebus utilibus politi minuere. Sed magna auctoritate ad verum retinendum & conservandum opus esse video, ut ad mediocrium hominum diligentiam primariorum etiam virorum favor adjungatur. cum in omni hac causa veritas cum pertinacia, antiquitas cum inscitia, perspicuitas cum confusione, granditas cum exilitate, eloquentia cum infantia, utilitas cum perturbatione, pro nostra contra depravatam pronuntiationem contendant: minime debebam quenquam in hac re tractanda & persequenda resugere, aut ullius vel gradu vel ætate paris, aut ingenium aut eruditionem formidare. Neque quisquam mihi se opponere in hac caussa voluit, aut contra nostram tam veram atque utilem aliquid dicere præter Radcliffum unum, qui nisi curiosus in alienis rebus fuisset, & se ad contradicendum omnibus bonis in omni causa armasset, & hic qualis semper judicabatur, seipsum oftendiffet, nequaquam antiquum illud fuum obtinuisset, & à pristino vivendi more disces-Cujus ego neque si eruditionem vituperem, quicquam adjectum; neque si laudem. quicquam mihi detractum esse putem. Quem ego cur vererer, quando cum illo contendere. qui nunquam diu cum bonis consentiebat, laudabile: reipsa & caussa talis veritate vincere perfacile: illum ineptientem & tumultuantem 2U-

# DE PRONUNT. LING. GR. 317

audire fortasse jucundum suisset. Cæteri qui privati mecum egerunt, perpauci ac penè nulli fuerunt, qui si aliquid solidum in eo unquam potuissent dicere, tamen illos ego non ut hostes metuere, sed ut invidos contemnere fortasse jure potuissem, neque illorum turbas ac maledicta ullo in loco numerare.

Itaque te per literas, per humanitatem tuam oro, ut antiquæ tuæ benignitati & bonitati obsequaris, ne plus aliorum improbitas apud te ad acerbitatem, quam obtestationis nostrae vehementia ad æquitatem valeat. Da hoc miferæ Græcælinguæ, ut libertatem pronuntiandi retinere possit. Da hoc studiosis, ut adjumenta & præsidia ad linguam discendam non auferantur. Da hoc Academiæ, ut utraque faltem loquendi forma florere possit. Respice adflicta jam studia, mœstos adolescentes, abjectos studiosos, squalensem Academiam, deformatas literas, quæ nunc in acerbissimo mœrore & sordibus versantur: quæ ereptam sibi rei tam fructuosæ libertatem, luctu ac lachrymis prosequuntur: quæ multorum ferociis adfectæ atque adflictæ, aliquod sibi in æquitate tua perfugium ac præsidium exspectant. Ne permittas ut præsidia literarum, quæ ad præsidia data funt, ea quorundam invidiæ libidinique concedantur. No patiaris ut quæ antiquitate plena, auctoritate commendata, utilitate permagna funt, ea non modò voce conviciisque improborum ja-

## 248 JOAN SEE CHEGUS DE PR. L. GR.

Elentur: sed etiam pæna, verberibus, exilio mulctentur ne sinas eos qui in studiis cum labore ac diligentia versari velint, ab iis impediri qui aliorum vitæ invidere, quam labores sequi malint: quique se ad literarum cursum tetardandum omni cura, cogitatione, consilio objecerunt. Ergo pro meipso hoc à te peto, at cum me aliorum magis utilitatibus quam ocio meo dediderim, & omni studio, labore, vigiliis, de utilitate studiorum, non de mea existimatione laboraverim, possimin benevolentia, æquitate & benignitate tua potius conquiescere, quam in acceptatem animi tui offensionemque incurrere, ut omnes hoc benesicium abs te conservatæ hujus pronuntiationis, non everse utilitatis nostræ habea-imis.

# STEPHANUS

#### WINTONIENSIS

EPISCO PUS,

Academiæ Cantabrigiensis

CANCELLARIUS.

JOANNI CHERO

S. P.

Reverendo Westmonasteriens: in quo sane summer verborum & orationis copiam redundantem video, multam lectionem animadverto, memoriæ felicitatem intelligo, sum dium etiam & diligentiam in tractandis locis communibus deprehendo: sed quod in professore precipium esse debeat, judicium & eruditionem requiro: fastum etiam & arrogantiam serè Thrasonicam, quæ plurimis in locis nimiumque infolenter sele effert, vehementerimprobo. Hoc tu (Cheke) ne acerbum ducas; sed liberè, ut à Cancellario, distance cuisima, atque etiam verè. Et sames de

#### 320 STEPHANUS WINTON. EPISCOP.

de arrogantia tua dicere libenter dissimulassem. nisi eam pestem esse & labem ingeniorum cernerem. Quæ quum in reliquis vitæ partibus, à moribus tuis (ut audio) sit alienissima, in literis tamen ita tibi video eam obrepsisse, ut mentis lumen, quo judicium & eruditio comparantur, adeò infuscarit & conturbarit, ut quum in toto hoc libello, periodorum modis ac numeris, & affluentiæ verborum copia pueriliter luseris: tamen quasi egregiam navasses operam, & præclarum eruditionis specimen dares, libellum post aliquot menses elaboratum, ad me legendum mittere voluisti; ut in quo singulas literarum mearum syllabas excussas viderem, & argumenta mea omnia veleretorta cernerem, vel enervata. dem, Cheke, si præstitisses, aut si in eo potius, quam verbis accumulandis elaborasses. magnam certè ex lectione voluptatem cæpifsem, & magnas eo nomine gratias tibi habuisfem. Nunc autem quum declamatoria quadam licentia, rem à me seriò tractatam, repetas, & ut verba non desint, alienum causæ statum quoties commodum est, assumas, parergis alienissimis delecteris, oblitus eorum quæ ego jam concesseram, & ea prætermittens quæ maxime tractarentur, eò rem deducis, ut ego vel me à te derisum putem, si inanibus verborum fucis oculos meos tam facilè perstringi posse putes: & data opera fallas, quod est à modestia alienum; velin æstimatione fœ-

### DE PRONUNT. LING. GR. 321

tus ingenii tul tua te philautia falsum esle existimem, & misere errare; quam in tumultuaria verborum turba, aliquam judicii & erus ditionis laudem contineri credas, quum revera nihil stultius, nihil molestius, & doctis autibus nihil æque insipidum sit atque insulsuma ut est verborum ornatus, commoda & conveniente non subjecta sententia. Sanè quidem inter progymnasmata, si ab adolescente in schola scriberetur, quod ad me misisti, delectasset, certe (ut in umbra) inventionis varietas. & ex Ciceronis assidua lectione nonnullis in locis, tum verborum, tum etiam sententiarum mutuata copia. At verò in luce ipsa quum tractas rem seriam epilogo tam deflebili, idque apud Cancellarium professor (ut ais) ut actus tui rationem reddas, nimium certè inepta est, ut ne quid dicam hæc tam inanis loquacitas: in qua si seriò versaris aliqua cum voluptate, morbus est animi: si ludis in re tam feria, ut facundiam oftentes tuam. mihi irreverenter illudis, nec eam de me opinionem concipis, quam deberes. Ægrè adducor, ut me jactem, Cheke, nec ad meam modestiam pertinere puto, ut tecum de erudi-Tantum illud dico, mhil tione contendam. esse cur me adeò contemnas, & tanquam solus omnia noveris, velut è sublimi despicias. Scripsi ad te epistolam extemporali facultate, id quod ferè facio, atque adeò nunc maxime. Argumenta quæ se ultrò obtulerunt; attigi tantum s

tum, non verbosius tractavi. Admiscui quædam levia, fateor. Sed suo colore expressa quædam rursus quæ pungerent, addidi non dissimulanter, hominem videlicet ignotum in omnes partes versare visum fuit. Eas literas voluptatis plenas fuisse, in libelli tui exordio confiteris. At vero tu nunc tandem post menfes ita mihi respondes quasi in moriæ encomio luderes, ad Erasmi exemplum: aut sebrim laudares, quod fecit quidam: ebrietatem' ve defenderes, eloquentiæ patrocinio. Quod tamen si animi causa faceres, ut illi secerunt, non sum equidem adeò morosus, nec stomacho tam faltidioso, ut ista tua respuerem, atque rejicerem. Nunc verò quum teipso prætore, disceptatore, & judice, dicam mihi scribas grandem, qua tuam auctoritatem quam professoris titulo vendicas, non agnoverim, qua tibi nihil detulerim, qua in regnum tuum, cum aliqua tui nominis injuria irruperim. Hæc, inquam, quum severe & graviter mihi objicias, ostendis planè te rem hanc seriò aggredi, & ampla atque sublimi dictione ex Cicerone accersita, viam ad veri in sonis investigationem, antea quidem vepribus & spinis obsitam atque oppletam, tua demum industria patefactum esse, & perpurgatam defendere velle, & facile posse, mea modò accesserit approbatio, quæ tuis argumentis adderet auctoritatem. Videor mihi videre in oratione tua simiam indutam purpura, & Ciceroni-grandis loquen-

## DE PRONUNT. LING. GR. 323

loquentiam, ad fententias de rebus levibus atque ridiculis inconcinnè additam & accommodatam. Judicium ubique desidero & eruditio-Sed nunquam coeunt judicium & arrogantia. Et quis unquam tam gloriose & arroganter de se senserit, ut omnes ausus fuerit ad certamen literarum provocare? A' qua jactantia miror non abhorruisse animum tuum. si sensum verborum, dum scriberes, non ornatum spectasses. Humilis est (ut ipse ais) atque abiecta sonorum caussa, adde, si vis, etiam ridicula. Sed quia echo pingi nequeat, difficilis nihilo secius cognitui tamen, si usum contempseris, omnis soni auctorem, & dispenfatorem, aut ut significantius exprimam, pro-Tu auctoritatem antiquis trimum condum. buis, & ego consentio. Sed quam in plerisque una cum antiquis ipsis jam antiquatam contendo & omnino peremptam: eamque solam superesse & vivere, quæ usu tanquam spiritu vegetetur. De usu sonorum & verborum loquor, ut hic te cancellis inclusum teneam, ne si ad disciplinas omnes, & mores detorséris. quod in speciem dictum est, campum tibi ipsi aperias, in quo, quod sæpius facis, errabundè vageris. Itaque in sonis inquam, & verbis, auctoritas sine usu nulla est, hoc est, mortua est. ut rectissimè distinxerit Aristoteles, vocum alias naturales, alias ad placitum esse: nimirum fignificans quarundam vocum nullam esse in rerum natura certam speciem, & tan-X 2 quam

quam ideam, sed pro hominum arbitrio subinde variam atque mutabilem. in quo dicto. fi nunc velis ane Conjuir, acque inde defendere, quod Smethis, & Billis & Tungis, nescio quibus hominibus ignotis & obscuris, quos interim mihi citas, in suo senatulo apud vos placuerit (quod adeò nunc facis, quum dicis mirari te cur sit consuetudini Academiæ vestrænihil datum. si tantum consuetudini tribuendum sit) haberes quidem materiam, qua chartas impleres: ut probes autem, quod fuscipis confirmandum, nihil haberes. Hic enim valet, quod in alias multas caussas dici folet. 38 mar τα, εδέ πάντοπ, εδέ το βρά πάντων. Nec si usus auctoritatem habet, colligitur omnem ufum ad auctoritatem valere. Quod genus fophifmatis, etiam tu mihi notas, & est certè hoc seculo ad infidias promptissemum, ut ex particularibus conflatus fyllogifinus, ad universalium confirmationem producatur. Ego ufui in sonis omnia tribuo, fed non omnem usum probo, fed eum folum qui apud doctos valet, apud prudentes nascitur, diu obtinuit, ubique serè, non dico ab omnibus, & apud omnes tamen: fed apud homines gnaros, industrios ejus quod geritur, etiam peritos receptus sit, & perpetuo quodam tenore annos multos observatus, ut ab ufu jam concesserit in usucapionem. Cujus tantam vim esse jurisconsulti voluerunt, ut litibus & controversiis finem, & quietem, omni alia quæltione fublata, adferre debeat. poterat sanè usus hic veller temporis longioris cur-

#### DE PRONUNT. LING. GR. 325

cursu, in jus usucapionis abiisse, videlicet si docti probassent. Si Smethus vester apud Gallos quicquam persuadere potuisset, saltem si Oxonia recepislet, si Cantabrigiæ nemo reclamasset, aliquatenus vires colligere potuisset. Nunc autem quum intra paucos annos apud vos ceperit, quum extra Cantabrigiam, probaverir nemo, in ipsa etiam Academia damnaverint plurimi, quum exteri plerique omnes irriserint vehementer, qua fronte postulas, ut pro usu habeatur quod nec tempus habet, nec patientiam, sed inter tam multos adversarios, præcipuè unum qui novum opus nunciavit, & non modò ex usucapione (ut audio) quæ civilis est acquisitio, sed etiam ex jure gentium de ipsa sonorum origine & ratione tecum congredi & contendere ausus sit. Hunctu nominas Radcliffum, quem ego qualis sit, nescio. Certè si eruditionem ejus laudaveris, est quod multum tibi detractum putes, judicio meo, tantum abest ut tuam illam in Radcliffum dictam sententiem recipiam, quum addis, Cuius ego, neque si eruditionem vituperem, quicquam adjectum: neque si laudem, quicquam mihi detractum esse putem. Elegans compositio verborum, sed sententia sine mente est. Quis enim unquam nihil referre putet, adverfarium habeat in literaria eruditum an ineruditum? Nihil' ne valet ad præjudicium? nec quicquam gravat caussam adversarii eruditio? Ego in te quum multas ad comparandam eruditioditionem præclaras facultates videam, unam autem arrogantiam obstare intelligam, dicam quod sentio, Cheke: interim dum mecum contendis, eruditionem tibi deesse, non gravatè ferò: arrogantiam verò adesse, vehementer Sed ad id quod agitur redeo, etiamsi id mihi maxime propositum sit, te tibi ostendere, ut si qua in parte, aut judicium aut eruditio desideretur, id urgeam, in eo insistam, nt videas atque intelligas, eruditionem non ex numero orationis, & verborum apparatu eminere, atque extare, fed sententiarum commoda & concinna consecutione, quæ a scopo propositi argumenti non aberret. Sed quod ad usum vestrum pertinet, si me consiliarium adhibuisses. & res ejulmodi visa suisset, quam usu publico confirmari expediret, cum aliqua gloria tuæ jactura fecisses consilio meo, ut hujus pronuntiationis tuæ suavitas ( ut ais ) in animos hominum modesta inter legendum admonitione, irreplisset primum. Deinde vero ubi tacita conspiratione aliquot annos retenta in silentio & conservata fuisset, tanquam à communi consensu, subitò erupisset, & multorum consensu munita, novitatis invidiam facile superasset. Quum contrà, quoniam rem inconsultè aggressus sis, & quasi caussæ tuæ jus dixeras, vi quadam efficere conatus sis, ut quod tibi yerum vi sum suerit, id omnes, te admonitore, statim arripiant, & amplectantur, conciliandam usu auctoritatem, quæ paulatim ac fen-

sensim accrescere solet, prorsus intervertisti, & in fabulam atque irrifionem, te tuosque omnes temerè dedisti. Quod ni fecisses, tibi omnino desperandum non fuisset, quin si astu potius quam faitu, rem tractare voluisses, tam facile & tuis & cæteris illam tuam pronuntiationem invexisses, quam in nonnullis vocabulis effectum videamus, ut à contrario in contrarium, usus imperio, & auctoritate migret interdum rerum appellatio. At verò tu gloria præsente carere noluisti. Auctor veri reperiundi haberi voluisti, usum præsentem abrogare studuisti: nimium violenter, Cheke. Do-Eti enim omnes reclamant, & ab usu stant. Verum illud, quod tantopere jactas, cujus nulla est certa species in rerum natura, essuse rident, quodque vetera illa jam putida, & ipsa antiquitate obsoleta, & horrida repetas, & tanquam è sepulchro sœtentem jam & quatriduanum fratrem majorem magicis artibus vitæ restituas, qui fratrem majorem possessione hæreditatis suo jure occupatæ deturbaret, molestè & gravatè ferunt. Et tamen in sonis de jure primogeniti tecum contendimus. Sed utcunque sit, mortuos sonos repetere non licere affirmamus. Utilitatem sonorum, quam jactas, nemo confitetur, suavitatem verò multo minus. Auctoritatem intermortuam ridiculè repetis, ut usui confirmato in contentione obiicias. Quin alia usucapione, quæ longi temporis possessione accrescat, præsentem usum

#### JOANNES CHECUS

infirmare liceat, non nego, ut enim clavus clayo, siç usus usu pellitur. Sed vide quid uz sus à legibus dister. Initia legum validiora sunt, quæ cum ipsa auctoritate statim firmantur. Progressus verò infirmior, quod ad motus vior lenti rationem ab impellente auctoritate longius discedat: in usu contrà. Initia in plerisque illicita, improba, ridicula funt. quæ tamen temporis cursu nescio quomodo vires colligunt, firmitatem accipiunt, & post longum temporis tractum majestatem quandam & ver nerationem nanciscuntur. In iis explicandis non immorabor diutius, ne videar in eo te imitari, quod reprehendo, ut à caussa propofita longius excurram. Quod dico, nihil habet paradoxum, sed in hominum tum legibus, tum moribus usu abrogatis, & mutatis est manifestissimum. Sed ego ad id quod agitur redeo. Qui prius apud Atticos, numeros neglexit, & pluralem nominis cum fingulari numero verbi conjunxit, & qui apud latinos (invideo tibi) ausus elt primum dicere, horum uterque solocismum fecit. Quod tamen progressu, contra verum obtinuit, & elegantiæ datum est. In his enim quæ nullam certam sedem in natura habent, sed hominum placito, & voluntate constant (ut facete dixit Plantus) quod est, vivit; quod fuit, mortuum elt. Esse autem dico non omne quod errore inductum est, sed quod scientes, ac prudentes, homines docti amplexi sunt, & ratione, nobis

nobis forsan incognita, sunt secuti. Atque eam adeò consuetudinem firmiorem judico. quæ cum ipsa origine apertè pugnet, & è regione aversetur, ut non errore factum, sed studio mutatum manifeste appareat. diphthongos aliquas mutare, quod antiquitas fecit, dum ex propriis improprias redderet, tum scriptura, tum sono. Subscribitur quidem a, non prorsus expungitur. Sed tamen in scriptura literæ i est nonnulla mutatio: in sono ea litera prorsus siletur. Ad hoc exemplum posteriores etiam quarundam diphthongorum fonos omnino fustulerunt immota scriptura, & immutata. Hoc enim pronuntiandi præsens usus ostendit. Nec potest hoc errore fieri in re manifestaria. His hominibus, si tu tempore occurrisses, & diphthongorum causam, quod nunc serò facis, istis tuis rationibus egisses, coeptam usucapionem interrupisses, illorum hominum audaciam fregisses, certè pro usu publico, contra privatorum temeritatem magna cum auctoritate dixisses, & locum in dicendo superiorem occupasses. At verò nunc tempore præscribitur, actam rem agis, ridiculè citas, quod olim fuisse contendis, nec probas tamen clarè: neque enim potes. fuisse conjicis: certe non est. & frustra objicis antiquum dominum præsenti possessori, qui temporis beneficio, jam usu cepit, quod petitur, & effecit squm. At enim inquies, Lie bera est lingua, & emancipata à vulgi servitu-Xs

#### JOANNES CHECUS

te liberali asserta manu. Hoc à te dictum quo specter, non video. Nam cur liberam linguam voces, quæ in doctorum hominum potestatem pervenit, non sutis intelligo. Ab iis enim folis regulis constringitur, & quasi in servitutem redigitur. Sed appellas fortasse servitutem justitiæ summam libertatem: neque omnino malè, ut nunc demum lingua Græca libera credatur, postquam à doctis coli copta est, & ad normas quasdam, justas illas, & constantes fuerit exacta. Itaque ad ea tempora nos revocas, ut veram & genuinam linguæ rationem addiscamus, non in quibus lingua primum nata, sed absoluta tandem & perfecta est. Atque adeò linguæ quasi statum fingis. Hoc in loco diutius immoraris, nec mihi vacat fingula repetere. tantum illud dico. si in perpetuo rerum cæterarum motu, unam linguam stare confirmes, quæ maximè est mobilis. vehementer erras: & à te bis per omnia dissentit Horatius, qui linguæ & verborum conftantem mobilitatem, certa & annua foliorum tum cadentium, tum nascentium vicissitudine, & aptè & lucidè exprimendam putavit. quod si accipias statum quasi quoddam solstitium, quod in minimo puncto versetur, & quod ab eo dilapsum sit, senium & debilitatem appelles, quod statim reponi atque restitui cupias, scilicet ut semper sint nobis Platones, Demosthenes: perinde est, ac si hieme ineunte, quum. omnia contrahuntur, jucundam illam.

lam, & amounam rerum faclem, quam in folstitio æstivali natura ostenderat, cum desiderio requiras, & abelle conqueraris. Ergo faseris (inquies) quod maxime volo, nuno hoc seculo instare hiemem, contracta omnia, in antiquis verò amœnitatem vigere & jucundita-Imò verò non id concedo, ne similitudinem in singulis verborum punctis excutias, & de Platone ac Demosthene non omnia fateri, invidiosim est. sed subtractis personis, de re ipsa agatur. Et jam si, quomodo Ciceroniani à doctissimis quibusque viris pro anois habiti funt, te latêre non potest. Illud ego affirmare ausim, non omnem facundiam omni tempore, & apud omnes eandem optimam esse, ut que maxima ex parte, non in re, sed in opinione posita sit: adeò ferè ut contrariis facultatibus plurimi olim eminerent, & æftimarentur. Post Erasmum in Ciceronianos, non attinet plura dicere. Certè Linacer homo nostro seculo doctiffimus, & judicio in literis singulari, Ciceronis dictionem nunquam probare potuit, nec fine fastidio audire. in literis ferè fit ut in cibis. Tres mihi convivæ propè dissentire videntur. Sed est, inquies, aliquid optimum tamen ad imitationem. Equidem non diffiteor. Sed in eo doctorum usum præsencem, primas obtinere ajo; secundas antiquitatem, quæ abrogata non sit: ne si antiquitati omnia deferas, præsentium majestati detrahere videaris. Momineris semper me.

me, quum de usu loquor, tantum de doctorum usu sentire, non etiam quorumcumque, & in omni ætate parem auctoritatem fuisse doctis. vel in mutanda, vel in locupletanda lingua. Et multo magis in transformandis fonis. si negas Græcorum qui quidem docti fint, aliquem hodie numerum superesse in ipsa Græcia, facti quæltio est: in quo tu errare facile poteris, ne sumas semper pre confesso, quod facit ad caussam. Quotquot hodie extra Græciam sunt, sunt autem ubique qui linguam Græcam callent plurimi, nemo tamen est ex omni numero, qui alios in literis Græcis sonos quærat qu'am qui in usu sunt, non quia non legerint, quid scripserit Erasmus, aut etiam non animadverterint, atque ades excusserint, ea quæ tu tanquam mysteria profers, sed judicio quodam, temeritatis culpam vitare voluerunt: quæ in peregrina lingua curiosius philosophanti abesse non potesti se Cui enim non statim occurrunt in ipsis literarum appellationibus distinctionis atque discriminis notæ quædam? in a adeò & a etiam manifefelte: quum alterum o puneto, alterum pieza dicatur: & tamen num folius quantitatis differentiæ sint quæ in tempore consistat, aut etiam quodam loquendi abufu, ad foni amplitudinem producendæ sint rationibus probabiliter, ambigi potest. At tu, ut opinor, tantum ad tempus refers, ut unus idemque sonus, qui minimam in a moram, hic Cheke non dice quod fenfentio, minimam non dicerem, fed brevem, & tamen ne illud quidem exprimit quod volo: nullos enim habet in natura terminos breve. aut longum: fed quod modò breve dici poterat, alia ratione, non breve, fed longum est. Et quod in preximo versu lingua volubilitate contractius prolatum o fuerat, idem cunctantiore pronuntiatione, bis tanto productius expresium, ex eodem chractere & referret, eveniatque interdum in sonando, quod tibi passim in scribendo video accidere, incuriáne dicam, an inscitia, ut quum novum characterem songioris in latinam scriptionem invehere sis conatus, neque id tamen ubique valeas præstare, sequitur, ut quod maxime distinguere cupiebas, planè confundas: dumque pro w longiore, o breve sapissime scribas. Sed quod dicere volebam, in soluta oratione difficillimum fuerit, vocales tempore distinguere præfertim ubi accentus elevet vocalom breviorem in proxima fyllaba. ut in Men: loquor enim in cursu dictionis, non si unum aut alterum verbum præmeditate efferas. Quod si tu non tempore folo a ab a distinguas, sed vocahis geminatione, ut blowr fones bloor, utcunque quod aliorum auctoritate tuearis, certè à propria differentiæ ratione recedis, qui & a mas gnum dividis in partes, & ex uno geminum facis, ut æquanimius feras eos qui diphthongos contra verbi rationem in soni unitatem contraxerint : suum multo tolerabilius sit, unire disjuncta, quam legitime conjuncta dividere & fepa-

## 354 JOANNES CHECUS

separare. Aut si hanc philosophandi rationem in his levibus non recipis, illud certe in alio non potes improbare, quod ipse facis, quin ratione vocabuli repudiata, nomen adhuc maneat & retineatur. At tu fortalle non geminas in Tw w To o, fed fono ampliore & crassiore profers, at ego illius amplitudinis regiones non video. Et Germanus si loqueretur, qui ve ex imis pulmonibus spiret vehementius, ore non rotundo, sed vasto orbem soni majorem efficeret, opinor elementum 70 w tam late diduceret, ut to w, o nostrum puxely, to o vero suxebreres diceretur. Illud tuum Ópimum quemodo accipias, nescio. Non enim parvo opponitur, hæc enim in diversis prædicamentis sedes habent: id quod miror te hominem in Dialecticis versatum non videre. Sed hæc discrimina o & a aperticra sunt. Illa verò quanturn habent obscuritatis, si quis caussas quærere & investigare conetur, cur : Jack dictum fit, & u tanin? Neque enim tanin temere additum est. & tamen nullæ aliæ literæ crassæ dicuntur, quæ opponantur, & ab his disjunctione differentiæ distinguantur. Neque crassum, aut v craffum ulquam apparet. Tu quidem 🔒 7, 4 longum vocas, non crassum opinor, auc epimum tamen. Et quod magis mireris, v in vocabulorum initiis spiritus densitatem & crassitudinem semper accersit, quum s contrà spiritu sæpissime tenuissimo spiret, in verborum principiis. Adeò differentias literis adjectas in

in primis literarum sudimentis omnes discunta omnes vident. At verò expedire quanam illæ sint, solus usus noverit. Cui modestia fácile paret. Scrupulosius autem ad trutinam expendere, & seriam de iis movere controversiam, una arogantia solet, que homines plane dementat, & ex stultis insanos facit. Hinc quidem fit, ut si quid ego per jocum facetius dixerim, id tu statim arripere conaris. & quasi seriò à me dictum esset, velis remisque prosequeris hostiliter. Hinc est, ut in meis expendendis 4 uxelleur sequaris, nec mihi permittas, ut quam literarum o substitutam dixerim, eandem postea vastam atque agrestem vocem. Atque hic adeò, cujus honorem sartum tectum habere deberes, eidem per calumniam incogitantiæ & temeritatis culpam objicis, scholaris Cancellario, nimium impudenter. Vel si nullo alio titulo, certè hoc nomine abstinere, & errata mea, si quæ fuissent, dissimulare; denique rem quæ ea cunque fuisset, modò ne capitalis fuisset, verbis temperare debuisses. Sed pergis ubique tui similis esse. Et istam ego linguæ maledicentiam auctoritate comprimam. Vanam verò in re literaria petulantiam tuam ipsa eruditione confodere & jugulare posse me, non Itaque eò redeo, ut ostendam e literam ad u nostrum collatam, vastitatem quandam & amplitudinem obtinere, & ea relatione u literam angultam & exilem videri. Que

### 436 JOANNES CHECUS

tamen u litera, si rursus cum, conseratur, magnum quiddam & amplum habet, atque agrelte: non absoluté quidem, sed relatione. Et si quis te, verbi caussa, quòd auctores nonnullos in utraque lingua legeris, quod horum verba aliquot & fententias memoriæ mandaveris, hoc nomine aliquid esse dicat: quòd verò sensum veri certum non comprehenderis, quòd judicium ex iis nullum comparaveris, ad virum doctum te nihil esse affirmet: tu ne hunc sui prorsus oblitum, & incogitantem dicas? Qui cui aliquid antea tribuerit e eundem postea nihil esse dicat? Ne mihi obiicias Protagoram , quasi omma relatione constare velim. Est in quibus relatio valeat. funt rurlus, que sua natura spectantur, non aliena. Sed hoc extra caussam. cujusmodi etiam multa funt, quæ tu, ut in me debaccheris, nimis quam vaste, agreste, ruditer & inurbane congeris, & interim tamen tibi & facetus videris, & venustus. Ego certè, si mihi per ocium liceret, tuam immodicam dicacitatem liberter excuterem. Sed ad aliaproperandum est, ut finiam aliquando & tamen præterire non possum, quam in loco tibi occurrit de Bibulo Cos. facere mentionem. Posteaquam de diphthongorum nuptiis, animi causa luseras aliquantisper: ibi enim quasi in ipsis nuptiis bibulus ipse suisses, & nimia bibacitase, animi tui judicium prorsus evertisses. quod ebriis accidere solet, ex una diphthon-

Digitized by Google

go geminas facis, sic enim scribis: At potius quasi duo Coss. ad rempublicam sic diphthongi ad sonum accedant, & opus inter se non partiantur, & c. Et postea: Sed in diphthongis conjungendis, & c. utrobique, opinor; vocales intelligebas. Sed nuptiæ illæ tibi tam jucundæ fuerunt, ut quamque vocalem diphthongum faceres. Et sanè Bibuli illius anpellatio nominis significationi congruere visa est & peropportuna fuisse. In ipsis verò nuptiis, admodum insulse jocaris. Ego ad silentii rationem alludens, quam in fæminis & laudant & præcipiunt viri prudentes, dixeram in edicto, alteram vocalium, alteri ut marem fæminæ dominari debere. Tu excutis universam matrimonii rationem, & literam humilem & abjectam vocas, aliis etiam vocalibus subjectam, atque adeò illam literam, scminæ comparas, quam marito subesse, nec domesticos & intestinos tumultus excitare convenit. Hic videlicet oratione gravis es. vide quorsum hæc tua kivwers spectet. Ego ex jure mariti similitudinem petii, nec fingo literam, quæ dominetur, marem esse, sed jus maris usu cepisse. Ut si quis de Amazonibus diceret, eas in viros sic dominari, ut mares fœminis solent. Et tamen si in eo tecum contendere liberet, facile ostenderem, nihil esse, cur literam e humilem & abjectam voces, quæ tot verborum characteristica est, constans ipsa & immutabilis. que etsi loco interdum

dum tum sono, tum scripturæ modo, aliquatenus pro sua modestia, cedat, nunquam tota recedit tamen, quod masculæ virtutis est argumentum. Denique in punctum, quod individuum est migrat aliquando, ut aliquam incorruptibilis nature notam & imaginem referat, ut in unitate fua vigeat & duret nulli divisioni, quæ sola interitum cujusque rei efficit oratio obnoxia. I nunc, si ludere vacat, & reliquas vocaleis, quas tu mares fingis, suis encomiis celebra, ut cum hujus vocalis virtutibus valeant comparari. Egregium argumentum, in quo tuam loquentiam exerceas, ut tuis aliquid esse videaris. In majestate 💈 🛎 explicanda multus es, & multa affers undique corrogata tellimonia, que vocalis illius dignitatem comprobent: & ego quoque in verbis etiam contractis animadverto magnam vim esse hujus vocalis, quippe quam omnes ferè vocales cæteræ, præter n & a (, semper excipio) facile agnoscant, huic se dedant, atque summittant. Tu verò poit enumerata argumenta, confidendi conclusione colligis, Quid igitur dubitemus Græcam diphthongum a fic Ionare, quemailmodum Rajam piscem, quem admodum Grajum , Esajam , Esc. gnam confidentiam. Hic ego ad auctorem confugiam, & tibi opponam Theonem Græcum fophistam, Joschimi Camerarii opera purgarum, & in lucem editum, qui கடு வடிருகோள்க loquens sie scribit:

. I out.

Acorpii & F Equilman mont, & i Assaulin augo-Coria ares & Apprendica, a Da + nonle & a Man-क्रूरिय पर में वीमुलामिश्र केंद्र देन पर्क मिर्मिमार्रीद महत्वेत्व, क्रिक provice हेड्फ. के किया वर्ष वर्ष के में कि कि , में बेटिवाहिकton, Audangis esa neorena bajuaria. Ereen if to dinempulior Audyrels muts wow, tow อิทุนองเฉ. rogo animadverte Cheke, si m eum sonum referret quem tu vis, que potuit esse in verbis ώμφιδολία, five conjunxeris fyllabas, five disjunxeris, quam alter videlicet sonus in mes sit ferè tenuillimus & angustissimus secundum te, aker in mis contrà latissimus & amplissimus. nec quicquam omnino simile habent. Quid enim + a Appeysa, ut tu sonas, cum e cognatum aut affine est? Egone igitur Theonis judicio cedam, an veterum, ut tu vis, auctoritati, & rationibus tuis? De auctoritate veterum antea dictum est, non manere cam contra usum posse. Ut autem rationibus tuis aliquid respondeam, illud mutuabor ex jurisconfulto, quod mihi elegantissimè in loco dictura videtur, & in contentiosos valet: Ratio quidem diversum habet, sed boc jure utimor: quo dicto omnes tuæ rationes confosse jacent, qualcunque in usum & consuctudinem congeris, ut ea quæ certa sunt, sive certis, sive incertis rationibus & paralogilmis fubvertere coneris. Unus hic locus Theonis, ubi in m-Fion, & muk von, suspicio mendæ nulla fit, admonere te debeat, ut tuæ sagacitati dissis, non tam rationibus nitaris in investigando so-Υı no,

no, quam judicio posteriorum, quos hæc à te demum inventa & in lucem edita latere non Nimium tibi places in conjectupoterunt. ris. & ne fingula percurram, in canum latratu falsus videris, qui ut in majoribus canibus au latinum referre folet, fic in minoribus onum latratum illum suum concissus efferunt. & commotius, non au mihi latinum, sed planè au græcum, hoc est ferè af, af, af, exprimunt. Sed cum fonos naturales minutius excutimus, non ita multum ab iis differre videmur, qui ex campanarum sono, incerto illo & confuso, has atque illas sententias exprimi putent, ut unus idemque campanæ fonus varia variis dicta, videlicet que cujusque auscultantis animum jam occuparant, referre videatur. Sed illud unum vide, Cheke, dum studes certum & clarum reddere quod intendis usum, quem improbandum susceperas, firmiorem efficis, ut in quo error latere nullus potuit, quod unum est vitium consuetudinis. Qui enim au e sonat, aut a & e ., non errore id fecisse dici potest, sed judicio, & voluntate, & item in reliquis. Judicio autem & voluntati doctorum, si numero utentium, si perpetuo consensu & conspiratione, si tempore accedere auctoritas poterit, quod nemo negaverit, infirma & debilis est omnis ratiocinatio, & ad cognitionem, non etiam ad actionem, valere potest. De quo etiam in meis ad te literis admonueram, quod

fi ufum præsentem expugnare in animo habeas, non violenta militum impressione, non fubito infultu expugnandus est, sed longa & lenta obsidione, multis undique cuniculis tentatus, post exhaustum atque consumptum propugnatorum numerum, ad deditionem compellendus, ut quibus gradibus vires ceperit. iisdem etiam vestigiis è sede retrahatur. tu ut video moram non fers, quæ si causam plausibilem haberes, esset tamen necessaria. Nihil enim subitò sine tumultu mutatur, ne in minimis quidem, & nimis tibi intempestive prodit Theon, qui omnem tuam causant in illa una diphthongo prodit, ut manifestum sit; Græcos, id quod ipse usus clarè ostendit, jam tum ab amplis diphthongorum sonis abhorrere cepisse, nulla quidem inscitia, sed certo animi propofito, atque judicio. Quo minus nunc auctor esse voluissem, ut de sonis restituendis, quos illi ipsi rhetores Græci, novo confilio repudiarunt, tu homo Anglus tam vehementer labores: serviat lingua Graca commodis nostris, ex ea hauriamus, si quid insit, doctrinæ. Sonos autem, fi quos amiserit, unde apud nos squalidior, incultior, & confufior, tuo judicio, versetur, non est quòd tanti facias, in peregrina lingua, si nitori aliquid decesserit, & splendori, non etiam nostræ utilitati, quæ tota in legendo potius, quam loquendo consistere debeat. Tu non fers, ut in lingua Græea pipitaremus, & tamen vide.

ut illi ipsi Græci quodam quasi præsagio ad istam, ut tu vocas, pipitationem, occasionem nonnullam dediffe videantur, dum ex verbis amplis. & vocalium hiatu vastis pipitantia verba conficerent, ut pro mu impu dicerent. & item in reliquis w & w, quæ sub jugum ejusmodi coegerunt, magna profectò pipitatione (nam hoc vocabulo tuo admodum delector) ubi . & characteristica litera verbi est. & primæ personæ terminalis. Quo sanè exemplo fieri potelt, ut posteriores exilitate soni n a delectati, primas huic litere partes in diphthongis, altera vocali suppressa, semper darent, m etiam & v eodem sono exprimerent. Habes conjecturam meam, quàm probabilem non dico, exitu certè consuetudinis confirmatam. Et quid, si ita visum sit, ut in hac exilitate sonorum linguæ ipforum hominum fortuna aliqua ex parte referatur, ut quum homines ipsi extenuari coperint, lingua etiam ipfa fuis fonis extenuaretur. Ego ejus quod est caussas quæro, vel potius in caussis excogitandis, animi caussa ludo, ut ostendam eorum que usu firmata funt caussam & rationem, ex Horatii sententia, seriò inquiri non oportere. convellas quod receptum est, vetera repetis, incerta illa & ipso usu reprobata. Extincta jam & conculcata Gracia, ut lingua exornandæ, & suæ amplitudini (ut ais) restituendæ operam das, ac magno eloquentiæ & inani sumptu mecum certas, ut totius Academias cau-

caufam utiliter egiffe videaris. In quo ego abs te longe lateque dissentio. Primum enim. quantum utilitatis domi in discendo pararetur, tantum foris in agendo discederet, ut præstiterit fortasse non didicisse, quam litem invidiofam in defendendis sonis apud exteros omnes ridicule sustinere. Et tamen, sponsionem tecum facere non dubitem, is quem ego in ils negociis aulicis occupatus, in literis Græcis fusceperim instituendum, confusis illis dico, nec ea pronuntiationis varietate distinctis. quam tu libenter profiteris, tuo illi nulla in parte cederet, quem tu ociosus docendum susciperes, cum illa sonorum subtilitate imbuendum. Hic non me effero, Cheke, sed facto fæpius periculo, ex eventu metior facultatem meam, quam tuæ eatenus aufim opponere, quaterus illa tua pronuntiatione mititur, & sonorum varietate. Si ex familiari colloquio. inter congerrones, lingua ufu discenda foret, multum equidem in vocalium & diphthongorum sonis ponerem. Nunc autem quum ex libris lingua discenda sit, & oculorum potius quam aurium usus futurus sit, nulla ferè, aut certè modica aurium observatione, denique in oculorum aciem mens tota defigetur, ut orthographiæ rationem comprehendere valeat, quæ multo certius hæret, & fidelius retinetur, quam quod aurium facilitate fuerit apprehenfum, omnis sonorum ratio silet, & conquiescit. Quod enim oculi diligentius inquirunt, ΥĀ

& pressius intuentur, id aures ferè prætereunt negligenter, ni inculcetur. Adeò oculos & fideliores judico, & linguæ cum diligentia discendæ aptiores. Et tamen utilitatis caussam vehementer urges, quafi apud hominem, harum rerum rudem ageres: cum ego contrà, in tradendis linguæ Græcæ elementis frequentius verser, quam tu putes : nec ignorem quid studia literarum promovere queat. Et habeo fortasse, quos tuis ausim opponere. atque à me institutos, in media turba & in negotio. Habeo qui tecum in tuam arenam de pronuntiatione descendat, ne te putes aliquid mihi novi attulisse, in hac farragine auctorum, quos ad fonorum disquisitionem protulisti. meis ad te literis jam id concesseram, in quo confirmando laboras. Quod verò difficilimum dicebam, neque statuis, neque potes, ut tanquam ad punctum constituas sonorum modum. Ab usu præsente manifeste recedis: sed an ad veterum fonorum formam omnino accedas, nihil expeditum est. Nam & a & e & o concinnius proferre, auribus doceri, non literis exprimi queat: id quod etiam ipse prorsus diffiteri non potes. Cæterùm utcunque sit, præsentis usus auctoritati interim cedas oportet, vel illius sententiæ Paulinæ memor, scientiam inflare, unam autem charitatem esse quæ ædificet. Quæ in me ludis, nec id fine petulantia, multis in locis prætermitto prudens; quæ verò de teipso arroganter & insolenter pro-

profers, ea alicubi notare volui, quæque inconsiderate & sine judicio, hoc est inerudite aliquoties ingeris atque infarcis, interdum objicio, sed parcius, meo videlicet labori parcens, non tibi. Quod enim ad te attinet. operæ precium facturus videbar, fi data hao occasione, pro jure magistratus tecum agerem. & tanquam censoria nota in te privatim animadverterem: severiori videlicet admonitione, que nullam tue fame, aut existimationi labem inferat, nubem tantummodo discutiat arrogantiæ, quæ te omnino transversum agit : nec quid te facere oporteat, quatenus scientiæ persuasionibus inniti conveniat, perspicere sinit, & considerare. Quam non appositè detorques grave illud exemplum de Rege Henrico septimo, ubi caussa verissima & certissima vicit, ad ista ridicula de sonis certamina. Et sanè totus ille locus est à te sine judicio tractatus, dum ita loqueris, quasi cuivis liceat, quod sibi in literis pravum videatur, id publicè corrigere judicio suo. Et quum eleganter omnis qualtio divisa sit in cognitionem & actionem, in altera, nimirum cognitione, nisi quatenus religionis certa persuasio. inhibuerit, liberum cuique judicium, modò etiam ne ab eo, quod probatum, receptumque fuerit, nimium aberraverit, semper permissum suit. Atque hinc tot secte philosophorum, tum de rerum natura, vi, atque causa, tum etiam moribus, & disserendi ra-Y tione

zione ab uno Socrate (at Ciceroni placuie) canquant ab Apennino monte flumina dimanarone. Omnesque ii philosophi ab aliis appellati sunt . & fese dici Socraticos voluerunt. In actione verò vagam illam ingeniorum licentiam, leges civiles cohibuerunt. Et que leges defecerant, immenuis conte mentibus pudor obliare & impedire solebar, ne quis se temere & insolenter publicis moribus opponeret: & quod ufu ium probatum ac firmatum viderat, fua cognitione fretus, ne auderet spernere: multo verò maeis, quod ab eo diversum sie, ciera publicam auctoritatem impudenter proferre, & profiteri verebantur, neque verò in libera civitate, & bene morata, ingenia ferenda funt, que quidvis fibi licere permittant agere, quod ipfa cognitione aut licuifle didicerunt, aut nunc etiam licere. Omnia licent, inquit Pauhas, sed non omnia expedient. Digna sententia que & auctoritate & utilitate ab omnibas facrofancta haberi de coli debeat. Ouam & Erafmum, quem sæpe citas, observasse, & fecutum esse mukos teles, mukis in caufis laudare, & ipse etium aurita fide, per ea ous milii cum Eralino familiaritat fuit, testimonium dicere kıcılentum pollum: & utcunque illi de pronunciacione, cognitionis sua specimen orbi edere visam fuerat, ipsum tamen eum sonorum modem loquendo retinuisse, quem usu hominum inductum, & ubique ferè servatum deprehenderat. Itaque' suam in cogni-

mitione libertatem profession est, de in actione modeltiam conservavit. Tongos quos citas, & Billos, nescio. Te verò professorem regium non impudentem quorundam hominum arrogantiam, quæ culpa non caret & temeritate, sed doctissimorum hominum consensum & concentum imitari per fuisset, ut Regia liberalitas in promovendis linguis, non ad quorundam libidinem frustra insumatur: fed ad omnem omnium utilitatem translata. omnium etiam admirationes & applausius mereatur. Tu Græculos nobis reddis dimidiatos, qui aliquid fortasse legendo sibi sapiunt: aliis autem, fi loquantur, omnino infipidi, vel potius quod obsoleto sono linguam à priscie seculis repetitam, hodie verò ignotam referre videntur, omnino ridiculi. Scilicet hæs eft illa presclara utilicas quam tantopere jactas, ut ex alia quacunque schola qui prodeunt, & intelligendi græcè, & quocanque terrarum pervenerint, ita loquendi, ut intelligi queant, peritiam referant. Ex una autem Cantabrigia, te professore, ciusmodi habeamus, qui apud omnes alios absoni, atque insolito sonorum stridere odiosi, domestico santum applaufu sibi ipsts sonori, & canori, videntur, in co gloriantes, quod rectum quiddam & verum in sonis se putent assecutos, cai omnes reliqui absque invidia codere & incunstanter parêre debeant. At quod pro certe fumis, Cheke, etiamnum controversum maner, nec adhuc

huc fecundum Erasmi cognitionem, sententia dicta est. Res missa videtur in consilium. at nondum pronuntiatum est. Omnes plerique docti legerunt Erasmum. hominis diligengentiam laudarunt, acumen mirati funt. causa tamen ipsa videtur non liquere. Certè nihil pronuntiatum est apud alios de hac pronuntiatione nova, aut, ut tu vis, emendata. Et nunc intempestive prodit Theon Græcus, qui sua auctoritate, quòd Graecus & rhetor, ex numero etiam doctorum, & disertorum, totam tuam, & Erasmi de a conjecturam elevat atque evertit. & ab illa amplitudine quam tu a diphthongo, tanquam ex majorum suorum jure, prætoria quadam potestate defers. in arctissimas quasdam angustias conjicit, ut sono de exæquetur. id quod suprà ostensum est. quo minus expecto, ut edita in sonos ab Erasmo actio; eum in hominum prudentium iudicio exitum habitura sit, quem tu nimis præproperè & præcipitanter antevertisti. Et mihi certè cum fide relatum fuit, ipsum adeò Smethum vestrum, qui non indiligenter apud exteros scrutatus videtur, si quos vestræ sectæ viros apud alios reperire potuisset, cuidam ex amicis in aurem ingenuè confessum esse, istam pronuntiationem Cantabrigiensibus propriam esse, nec usquam extra Cantabrigiam patronum habere, in cujus fide & auctoritate conquiescat. Non video quid dicas aliud, nisi quod sæpius dicis, & pro confesso habe-

## DE PRONUNT. LING. GR: 349

haberi vis, videlicet verum quæsisse te, & magna diligentia tandem reperisse: denique in lucem tanquam in avitam & paternam hæreditatem, non fine aliquorum hominum invi-Egregia verò facta tanquam dia reduxisse. umbra corpus, invidia comitatur, qua tempore tamen perit, & evanescit. Atque aded ea jam judicio tuo facile evanuisset, si ego accessissem partibus tuis, & veritati potius quam quorundam maledicentiæ aurem præbere voluissem. Et interim me mihi citas, qui cum aliqua mei nominis gloria (ut ais) leges olim ab indoctis glossematariis corruptas conquestus sum, & purgare conatus, quo magis etiam miraris, quòd tuam industriam non feram in restituendis sonis. Ad hæc ego: Quod verum investigaveris, laudi dandum est. Quod fortiter asseris te reperisse, tenere in manibus, certum & exploratum habere, magnæ cujusdam confidentiæ: sed auæ si cognitionis fines egressa non fuisset, dissimulari posset. fecerunt item aliis in causis alii non pauci: & certè si suum auctoritati locum reliquisses, si consuetudini loquendi paululum detulisses, & quanti referat, contentionis materiam submoveri, rationem habuisses, ac sola cognitione contentus, abstinuisses ab actione, non caruissent labores tui omni fructu: invidiam declinasses, reperisses laudem: & quod in professore primas partes occupet, modestiam probasses tuam: que cui abfuerit.

ei eruditionem & judicitim adelle non posse putem. Nunc actém quod tanta confidentia pro vero profiteris, controversum est, incertum est, obserum est: & quod ad possessionem retinendam maximum momentum habet. ufus auctoritate reprobatum est. At tu in usum muka dicis, multa profers, multa accumulas, litem instruis diligenter, & strenuum ageres causse suscepte patronum, si te intra modeltiæ fines continuifles, ae illam gloriæ tue aviditatem paulilum retraxisses : nec ils Tongis & Billis te adjunxisses, qui indicta caussa, usum de sede deturbare conati funt. Multa legisti, que usui possent facessere negotium, non quidem Marte aperto, & violenta aggressione tamen, sed tacita quadam conspiratione, doctorum dico, qui post aliquot annorum decurlu spacia, cum judicium in sonis tempore maturuerit, & quod austerum videtur & asperum, tacita meditatione emoliitum, ac delinitum, in aliquam suavitatem evalisset: tum demum, utantea dixi, in usum publicum detufissent docti, non fine omni audaciæ reprehensione, ne tum quidem, sed leviore fortaffe, fed molliori, quum pluribus in locis, tanquam quiddam divinitus inspiratum, uno codemque tempore pluribus auctoribus & fautoribus, quali junctis umbonibus defenderetur, quoad temporus videlicet fuccessu, in dies adolescens, fuis tandem viribus confirmaretur. Quid dicam aliud, prudentia & modestia

deflia multum promovides, Cheke, ad fonerum mutationem apud posteros suturam. Quiequid enim inter legendum annotalies, tris hæsisset, vel tui nominis glutino, ntitadicam, adjunctum. Magnam enim auctoritatem habere folet docentis oratio, sive verum dixes rit, five faifum. Et nosti illud; afole son. Certè te vivo parum profeceris, ad num reprimendum or extinguendum. Habes exim en tuis qui reclamant, qui reluctantur, apud exteros neminem, qui secum confensist: nerum, quod jactas, laset: lucem addere nequis que omnium animos excitet, & usum in fu-Ego autem dico non esse verum gam agat. in fonis, de quo non constat. Diffentire afum ab antiquis fateor: nec gill ita effet, whis proprie videretur, quo suo juze consisteret. mus enim interdum imperat, interdum fervit. quum servit, antiquum refert : cum imperat artem, ab antiquo diffidet, & fua prerogatiwa gloriatur. whum imperare in fonce posse, nemo ambigit, quum possit in verba, in quibus foni sedes est. Núlla libertas huic imperio prescribit, quum sit ipsa libertate, & superins & liberius ulus imperium. Ex ala querenda ntilitas, que competit: E fuave duceadum ia lingua, quod placet presentibus. Urbanitas & drominum & temporum & locorum ratione contineur, genus quoddan fuum habet: fed ab ifiis ita diffinctum, ut certa, & eadem sacione retenta, quod aliquando urbanum fuit maxi-

maxime, id agreste & inurbanum esse incipiat. relatione mutata. Sonos urbanitate distingui nemo nescit: nec quam urbanitatem intelligam, quisquam sine calumnia dubitet. Ego sonorum causam tueor ex edicto possessorio, & ut prætor, interdixi de possessione: cui, nihil dubito, pro tua prudentia parebis, &, ut audio, jam pares: tantum ut bona fide pareas velim, ut nobis prorfus amoveas eam contentionis caussam, quam tua inconsulta audacia inutiliter peperit. De me quod allegas quasi meum exemplum haberes, omnino vanum elt. In cognitionis campo liberè semper versatus sum. liberè admonebam tum juvenis; si quæ minus placuerant, id quod ad omnes profesiores puto pertinere. Sed in actione quicquam immutare, religio semper fuit, sine publica auctoritate. formulæ judiciariæ videbantur apprime ridiculæ, interdum nec legibus consonæ, nec cum ratione quadrantes. De iis admonebam auditores, ut quid agerent in judiciis, caussarum concinnatores, & litium redemptores qui dicuntur, animadverte-Sed interim in judiciis, ab ipsis formulis, si quando usus esser, non abhorrui, causæ videlicet inserviens, & fori consuetudini cedens. Temeritatem semper fugi, & odi. Et maxime temerarium judico homini privato, quod publicæ auctoritatis sit, sibi usurpare. Non eo usque pertinet, Cheke, professo-

## DE PRONUNT, LING. GR. 2351;

ris auctoritas, ut novum fonorum modum imperet, receptum abroget, privato judicio, non publica auctoritate. Apud Regiam Majestatem si egeris, post tempus ages. Antea profectò egisses, & consuluisses, ut si dignum aliquid afferre posses quod audiretur, & de quo deliberaretur, post excussa omnia de re quid fieri debeat, ejus Majeltatis auctoritate certius statui potuisset. Certè rem recta via. aggressus esses. Usus enim auctoritas, sine auctoritate, vel principis, vel temporis non extruditur. Quod verò causaris, linguam Græcam nostris sonis promiscuis magna ex parte confundi, ipuis enim ab ipuis, & item, in reliquis multis, sono non distinguit usus,, quem nos tuemur. Tua verò pronuntiatio; usque à veteribus (ut ais) repetita, quam ferre non possumus, huic incommodo medea-Quippe quæ sua in vocalium & diphthongorum varietate, verborum nonnullorum discrimina certa & clara constituat. inde petis atque contendis, ut ad tollendam. confulionem recipiatur: facis profectò, quod medici, non omnino imperiti illi, sed temerarii tamen, & arroganter folent, qui ut in restituendo aliquo corporis membro, quod. fluxus videlicet humorum infestarat, operam jactent suam, & aliquam de se in vulgus existimationem assequantur, nihil interim pensi habent, quantum illius partis levamen reliquo corpori gravamen sit allaturum: neque illud anim-

animadvertum, parcis illius fanitatem nullam proprie, & re vera este, quæ statim affecto toto corpore sit peritura. Quid cogitas, Cheke? Num vides te, dum verba quædam distinguere hac tua pronuntiatione conaris, sit illa vel vetus, vel nova, equidem nihil pugno, certe insolita est, ita te alterum ab altero distinguere vocabulum, ut propriam cujusque usu jam receptam, & notam in sono notâm omnino exstinguas. Denique præsentem sonorum usum, quem adeò improbandum putes, & ego tueor tantum, ne verba aliqua internoscantur, ipsa somi communio, efficere. team verò pronuntiationem, ut ne noscantur omnino? Hoccinne est corrigere, & emendare, quod tu moliris, an linguæ potius universe usum auseme? Quum te extra Cantabrigienses intelliget nemo. An tua tibi philautia adeò adularis, ut putes omnes reliquos statim ab ore two pendere hiantes velle? Et que nam fit ista avis (quod est apud Plautum) quæ sonos peregrinos occinat, magna cum admiratione sciscitaturos? Concursus aliquis fortaffe fieret. Nochuam enim aviculæ férè circundant, non ut fonum absurdum jam & obfoletum discant, sed vanitatem arrogantire. vel irrideant, vel contemnant. præsens senorum usus aliquid incommodi, fa-Neque enim quum usum ipsum probo & sequor, omnes jum partes mihi seorsum defendendas suscipio, quum nihil sit ex omni par-

parte beatum: nec quicquam omnibus suis mimerisita absolutum, ut non insit aliquid quod Ego, Cheke, si tuam arromutatum velis. gantiam imitari liberet, & in ipsis linguis, tum Græca, tum Latina, Ariltarchum agere, multa fanè usu hominum inducta arguere me 🗞 improbare probabiliter posse, confiderem. Que, si me ceteri audire vellent, à majoribus negotiis feriati emendaremus. Sunt enim ejusmodi, quæ linguis confusionem inducunt & amphilogiam , as, ut tu vis, expediret planas, perspicuas, & dilucidas esse. Primum enim damnarem turn Græcorum, turn Latinorum in verborum conjugationibus negligens tiam, ubi & personæ, & actiones, & tempora ipsis inflexionibus non fatis distinguuntur. Quid enim confusius, quam una eademque literarum forma, primam personam cum tertia. fingularem numerum cum plurali exprimeré velle? Id quod Græci faciunt in tempore imperfecto activi, & primo indefinito. Quant Græcorum negligentiam Latinis etiam imitari libuit, quum futurum conjunctivum à perfecto, literarum varietate conjugarunt. Certe quòd Græci tertiam pluralem præsentis activi, à dative plurali participii, literis non discrevel rint, locum in epiltola Pauli ad Romanos controversim facit. & variæ lectioni oceasionem dat in initio secundi capitis, ubi ait: 34 Eas ned nulu, à apfacolas Estres. Et non hæc tibi justa animadversione digna videntur, dt

si minus corrigi nequeant, quæ præterita funt, deinceps certé obscuritatis materia amputetur. Ouid verò molestius cranagies tum in Graca, tum in Latina lingua? ita enim Aristarchus loqueretur, videlicet qui superiorum in linguis lasciviam carpat, eorum nimirum, qui fines partium orationis certos illos, & commodis rationibus distinctos, desultoria quadam levitate ultrò citroque, tantum ad copiam transferre voluerunt. Denique omnes figuræ, quæ hodie in linguis inter deliciamhabentur, nonne planè quiddam imperfectum referunt, hominum opinione & voluntate, tacito quo dam consensu, quem mutua hominum modestia peperit, receptum, & comprobatum? In iis enim levibus, quæ minimo cum periculo fiunt, non fiunt ne, moris semper fuit, etiam in vitiis hallucinari, majorum non morum dico, fed loquendi interdum, fed fentiendi etiam: adeò, ut non ineruditus opinor fuerit, qui dixit, malle se cum Platone errare, quam cum aliis vera sentire, cum hac etiam præmonitione: Vide, inquit, quid hominis auctoritati tribuam. Dixit Terentius, Ut vobis decet : ut latine, non recte. poëtam excusavit Græca mutatio, apud homines modestos: & item illud, Quemque neque pudet quicquam, neque metuit quemque neque legem putat tenere se ullam. In structura à regulis dissentit, & poëtica libertas est: quam posteriores & tulerunt æquanimiter, & imi-

imitati funt. Sed hæc numerorum necessitati quidam dant. Illud verò quod passim in lingua occurrrit, utraque oratione, & astricta & libera, videlicet ut uno eodemque verbo contraria significemus: ut apud Gracos mun & pænam significet, & præmium. Apud latinos autem, Esse, & substantiam ipsam. & existentiæ quasi stabilitatem: idem rursum corrumpendæ substantiæ, quasi modum quendam, & actionem, videlicet quum infinitivi locum à verbo edere occupat : & hujus farinæ alia sexcenta. Quos obeliscos poscit ista negligentia? ut fingulas res fingulis appellationibus ad lucem & perspicuitatem distinguamus? Hic non copiam quæro, sed orationis modum. Illud dico habere grammaticam ipsam, quatenus ex arte est, constantiam & lucem. verò tenus ex usu constat, nescio quid discrepans, inconstans, obscurum, impersectum continet. Sed eadem hæc, etiam si seorsum vitii speciem præ se ferre videantur, auctoritate tamen utentium in eam venerationem adducta funt, ut quæ paria ex se nullo modo sacere poterant, sed ne ipsa consistere quidem, alteram tandem grammaticæ partem, quæ arte constaret, & vinceret, tamen & superent omnino. Quod quidem certè eousque obtinuit, ut quum in moribus valeat ea sententia (non quod fit, sed quod fieri debeat spectandum esse) in lingua contrà est, ut non quid debeat ex arte dici, sed ex usu quod obtinuit.

nuit, in dicendo, ut colamus & imitemur. Id quod, tu, Cheke, ni arrogantia cæcus fuisses. facile perspexisses sequendum in sonis, & præfentium hominum consuetudini (pro ea quæ Ouod in sote deceret modestia) deferens. nis, five imperfectum, five obscurum, five à ratione vocalis aut diphthongi discrepans reperisses, id notasses tantum & observasses. Majestatem verò usus comiter conservasses: & si philosophari voluisses, in rebus singulis profectò aliquo cum fructu didicisses, incommodum illud confusionis, consuetudine præsenti inductum, alio videlicet commodo pensari, quum frenum linguis injectum, hoc pacto habeamus, ut ne nimia facilitate, quod à plerisque factitatum & legimus, & vidimus, în vitium yhwarehyiae præcipites ruamus. Certè quidvis poulus comminisci deberes, quo usus incommodum levare potuisses, quam ut in usum vim faceres, judicio privato: aut ab aliis illatam, homo privatus tanquam prætor tuereris. Non est enim, ne erres, inter magistratus professor: id quod serò, ut audio, agnoscere videris, ægre quidem, ut mihi relatum est. Sed quaternus hoc facis, prudenter tamen: quatenus verò veritatis mentionem, dum ea desereres, facere voluisti, & arroganter & stultè. Illud enim publice apud tuos profiteri non deberes linguæ Græcæ professor, te veritatem deserere ex imperio magistratus, à quo licuisset ad principem, quem habemus doctiffimum,

## DE PRONUNT. LING. GR. 317

mum, provocare. Arrogantia non finit ut errorem agnosceres: stultitia efficit, ut veritatis nomen obtunderes: utraque verò conjuncta palàm fecisti, malle te in deserendo vero, consilio deliquisse, & prævaricatorem videri, quàm inconsulto ac temerè in vero restituendo quicquam egisse. Hic conatus non immodestus laudari posset. Ibi quod agebas, non carere reprehensione. Si non est tanti veritas. quam jactas, ut defendatur, cur ejus reltituendæ caulla, tantam invidiam tuo merito excitasti. Sin tanti esse putaveris, cur illius patrocinium tam turpiter deseruisti, ut Regiam majestatem verbo ne interpellaveris quidem? Qu'am non honorifice de me locutus sis, scio: & meam ego auctoritatem tuebor. ne tuæ linguæ virulentia violetur. Tu in malos magistratus arroganti licentia declamas: tuo interim affectui ita indulgens, ut tectim significes, quem intelligas, & in quem illa competere putes, quod etiam aperte in hoc libello nimium superbè fecisti, & petulanter. Habes ad tua quid sentiam. Ad quæ si per otium licuisset, fusius respondissem, & singula suo ordine argumenta excussissem. At ordinem mihi inverterunt negotia, per que vix licuit horat aliquot succifivas suffurari, in quibus tibi utcunque, animi mei fententiam fubitaria diclione explicarem: sed in verborum apparatu negligens rem iplam ago; ac ut de te tuoque libro animi mei lententiam quam primum intel-

telligas, vehementer cupiebam. De acerbitate ne conqueraris, quum tecum medici partes in hoc agam, ut animum tuum, si fieri posser, sanem: nullo, mihi crede, in te odio commotus sum; & tamen de te audivi quædam in gravioribus caussis, quæ majorem quandam audaciam tuam significent, ut minus mirer, quod in sonis sis aggressus. Sed quæcumque illa funt, non enim illa ad meam injuriam proxime spectant, tibi facile erit tua corrigere & emendare. Est cur cuperem amare licere. Nec est cur me ullo odio prosequaris. Scripsi olim ad te. & de te libere. Sic enim ferebat caufa, quam agebam, in qua te Cancellarius contemnere dehebam, ut in causa vincerem, ad quietem, & fructum literarum necessaria. Nunc scribo ad te multo liberius, non meam, aut publicum caussam agens, sed tuam. Cupio enim tibi te notum esse: & quod reprehendi in te possit, me admonitore corrigi. Cupio diligere, atque amare, & tuum in literis progressum officio & benevolentia prosequi. Naturæ dotes egregias habes, studio & diligentia, quæ magno ils esse ornamento poterant, comparaîti. Modestiam modo usque colendam & retinendam curasses, sine qua istis nedum laus ulla paretur, ut justum adeò odium conciliarint. Quæ enim virtutis propagandæ instrumenta esse debeant, ad libidinem tuendam convertit arrogantia: libido autem nusquam se sistit, nec potest. Sed aliqua levitate

vitate hoc aut illud aula fuerit, ad reliqua fore omnia pari temeritate progreditur. Atque adeò ipso motu vires majores colligere solet. non fecus quam quæ è sublimi præcipitantur. ut initiis ni restiteris, ipsa mole in progressa obruaris. Et hic à te quæro, si in lingua Græca animi tui libido fuccessus suos allecuta suifset, abstinuisset deinde à Latina, continuisset fe ab Anglica? Imò verò omnes ferè linguas pervagata fuisset; fese in omnes ingestisset. ut operam suam ultrò invitis exhiberet. Certè si pudore tandem affectus, te cohibere voluisses, quòd præstare serò potius, quam nunquam sapere putasses, non defuissent tamen qui tuis illis rationibus confisi, & earum quasi præjudicio quodam innitentes, & in Latina & în Anglica lingua idem tentarent. Et certè quæcunque ad reponendos diphthongorum fonos affers, si usque obtineant, multo probabilius in Latina quam Græca lingua debeant obtinere. Non est quod hic conjecturis, quid futurum sit, ex communi prolepse colligam, quum id mihi certum jam fecerit, cujufdam ex tuis juvenilis temeritas: fed tuo tamen exemplo excitata, qui publice in schola cum disputaret, novam linguæ Latinæ cum dissonis suis diphthongis pronuntiationem proferre veritus non sit. Hunc tu, ut audio, verbis improbasti: sed in eo quod maxime probare debebas, ut si sonos diphthongorum repetere utile fuerit, snave, suerit, jucundum, & ele-

#### 360 STEPH. WINT EP. DE PRON. L.GR.

gans: valeant hæc omnia, in Latina lingua maximè. Cujus usus nobis non tam in legendo. quam etiam in loquendo sit frequentissimus futurus: in lingua autem Græca nisi id aliquando animi causa siat, ad loquendum rarissimus. Non addam hic linguæ latinæ acommin rhetoricam, ut te ingratitudinis accuset, quòd illam squalidam & incultam jacere sinas, suavitate illa tua diphthongorum privatam, linguæ autem Græcæ ornandæ operam des: frustrà excusares linguæ Græcæ professionem, quam ita colere deberes, ut linguæ Latinæ non facias contumeliam. Quod tu à me precibus petis ut dem ad illa suo jure à te efflagitaret: cui ita fortasse persuaderes, uttaceret dum tibi per invidiam aliorum, id non licere affirmes: confirmes autem sanctè jurejurando, te illam non deserturum tamen, sed illius caussam in aliena lingua acturum: ut quum ibi obtinueris, tum demum ad illam paribus ornamentis illustrandam sis accessurus. Sed utriusque temeritas magistratu coercenda est. Tu autem, si saperes, tibi imperares, ne quid magistratu opus esset. Efficeres denique, ne quod magno labore partum in literis accessit, aliis molestum & invidiosum, tibi ipsi inutile sit futurum. & Resipisce & vale.

Styli negligentiam convenienter imitata est calami incuria: utrumque autem in rem qua de agitur, aptissime competit. Ex regia Hamptonum. x. Julii.

REVE-

# REVERENDO IN CHRISTO PATRI AC DOMINO

D. STEPH: WINTONIENSI EPISCOPO, AC ACADEMIÆ CANTABRIGIENSIS SUMMO CANCELLARIO,

## JOANNES CHEKUS

S. P

agno me respondendi labore levavit i ma ad me, amplissime Presiul, per Vicecancellarii tui puerum missa epistola: & faciliorem missi cursum longè ad scribendum secit, quam vel expectare antea, vel sperare potuissem. Si quid enimp pro antiquis missi dicendum suit, in eo minus nunc hærere debeo, postquam intelligo illos non modò obsoletos atque horridos, sod etiam abrogatos judicio tuo e antiquatos esse, deinde si qua sint in epistola qua anima derssone digna

digna de quibus quæri sine invidia possit, in illis minus laborare me oportet: quia cum honorem tuum, ut tu ais, fartum tectum habere debeo, dissimulanda mihi & prætereunda esse judicas. Ita fit ut in altero confirmandæ caussa mez studium, in altero confutandæ tuæ labor interdictus mihi penè sublatusque sit, ut quod cum caussa conjunctum cohærensque existat, minime efferendum mihi ostendendumve elle videam. Tum si de meipso quicquam non ad ingenii mei ostentationem dixero, sed ad officii diligentiæque meæ susceptionem exposuero, in arrogantize ac temeritatis crimen quantum video, vocabor: & omnibus gravibus opprobriofisque verbis accipiar, ut non fatis mihi tutum etiam sit. si verè possem posthac tamen quicquam de meipso dicere. Sin quiescerem jam, & à scribendo desisterem, tamen iis qui omnia in deteriorem partem accipiunt, vel arrogantiæ reprehensionem vitare non possem: quòd cum otio abundarem, & meas tantum res agerem. tamen dedignarer epistolæ tuæ in mediis occupationibus à te conscriptæ respondere: vel tacito fensu judicioque meo convictus, volens de sententia discessisse, ac rem veram atque utilem silentio ac fuga prodidisse viderer. Sed tamen quicquid sit quod licentiosi homines dicere possent, quidvis mallem illi dicerent, aut tu sentires, quam auctoritatem ac dignitatem tuam à me spretam aut abjectam esse. Et cum

sari judicanda est: & in quo sic molesté à te perstringor, in eo laudem ac favorem apud' te invenire debebam. Quantum enim posfum, tantum auctoritati tuæ tribuo: potestati tuæ obtemperandum, voluntati tuæ parendum, semper duxi: & nunc in eadem sententia sum? fed ita, ut majores partes tuæ, meliores meæ fint. nam quod ad cauffam attinet, quandiu non auctoritate antiquorum, quibus folis in hac caussa nitendum est, sed vulgari ac pervagata confueti erroris levitate superor, tamdiu in sententia jurè permanere debeo. ubi ibi convincor, ubi ab illis oppugnor, ubi illos à nobis dissentientes video, sic lubens à sententia mea discedam, quemadmodum antea in eam ingressus sum. Quòd verò ad auctoritatem pertinet, neque tibi, neque ulli alteri admodum înferiori resistere, neque ab ullius decretis aut edictis pertinaciter ac obstinate deflectere cogito, ut quod ab illis præscriptum ad æquitatem, constitutum ad tranquillitatem sit, id à me ulla minima ratione interrumpatur. Hic ne me, quæso, putes quod officio meo dico, id arrogantia quadam ostentari: aut quod neceffitate coactus ad defensionem meam adfero, id voluntaria quadam animi libidine venditare. Neque enim auctoritatem tuam, qua tu dignus es, si longe major effet, tibi invideo: illud tantum semper precabar, ut ear quemadmodum puto facis, semper bene utereris. Et tamen Cancellarii dignitatem, quam

quam tu mihi tantopere opponis, pratientis, & in Academia permanentis quanta esse debeat, facile adverto: absentis autem, & extra Academiam agentis, quamvis ea oratione mea nullo modo minuetur, qualis sit, non intelligo. Quæ quo major ampliorque est . tanto magis ad literarum cultum tuendum, & ad scholares tuos in caussis literariis defendendos conferenda fuit, ut auctoritas ad literarum confervationem data, nequaquam ad labefactationem studiorum traducta videatur. quo enim potius nobili homini & fpectato præsidium contra externos ad literarum antiquitatisque defensionem non quæsitum, sed oblatum haberemus, quam abs te tam erudito & tam potenti viro, qui ut ad destruendam adolescentium temeritatem & arrogantiam, Cancellariatus munere tibi potellatem affumpsisti, sic studiosos desendere propter auctoritatem, res veras ab opinatis discernere propter eruditionem, & favere antiquitatis studiofis propter judicii tui magnitudinem debebas. Ex quo futurum fuiffet, ut si adolescentes nequaquam eò eruditionis judiciique pervenissent, quò te aspirasse intelligimus: tamen fi quasi viam quandam invenissent, quo facilius & certius id affequerentur, quod est majori cum labore & molestia ab aliis ingres fum, in ea à te sublevati, aliquem tandem curfum studiorum, cum aliqua non modò sua, fed patrix & Cancellarii quoque gloria confecissent

cissent. Et quanquam illud quod est à nobis observatum, tale non sit ut omnes artes quibus judicium & eruditio comparantur, illo uno contineantur, & maxima statim eruditionis pars habeatur, aliquod tamen iter ad percipiendas facilius scientias esse potuit, & quod Gracæ linguæ difficultatem multis modis levaret. Sed cur eam tanto animi moru insectaris, & ne ulitata sit prohibes, quæ multos quasi gradus ad sirmitatem habet? aut cur hoc ad usum accedere vetas, quod si usitatum es-fet, magis probares? nisi quia quod gravissimam perturbationem studiorum habet, illud mordicus retifieri velles: & quod indies honestius utiliusque esset, id ne latius ad studiorum commoditatem serpat, impediendum esse decernis. Quòd si arrogantia sit, res utilitate præstabiles, antiquitate commendatas, genere ipso præclaras, velle in studiis quasi in officio suo continere: videndum quoque est, ne non procul absit ab invidentia, adjumenta detrahere, impedimenta afferre, ut minus facili cursu in re neque multum in dicendo usitata, neque, ut tu putas, ad loquendum necessaria procedamus. Num arrogantia est, eruditorum hominum sententias repetere, & illas confusioni ac perturbaționi rerum invecta opponere? Num arrogantia est, in illorum sententiam ire, qui non antiquitate solum, sed etiam iis artibus quibus qui instructi sunt, eruditi nominantur longo intervallo nostros, qui jam

jam funt, eruditos antecellunt? Num arrogantia est, ex optimis deligere quibus in loquendo & fonando fimus quam fimillimi? Ista quum me sequutum esse fatear, nescio quot quibusque nominibus abs te appellor: & quasi non quem disputando confutares, sed quicum conviciando rixareris, in omnes partes abste versor: & quod in quoquam penè mali esse potest, id in me vibras. Ego verò quanquam libenter patior me à D. tua quid vis vocari, dum id quod facis, vehementer & animose fa-Et quanto plus auctoritas tua valet ad potentiam, tanto magis humanitas tua valere debebat ad modestiam: ut in eo in quo plus. fi volebas, poteras, in eo minus quam potueras, voluisse videreris. Et cum molestius feram contemni quam reprehendi, tamen ad amplitudinem tuam pertinuisset fortasse magis, me tam humilem abjectumque hominem protinus aspernatum fuisse, quam impetum animi, non dico quam violenter, effudisse: illud dico, me dignitatis tuæ caussa dolere, eò te esse oratione productum, ut omnes te magis animo quam caussæ morem gessisse putent. Nunc enim putare possunt, quia aliquid præter caussam esset quod animum tuum pungeret, idcirco D. tuam ad genus hoc dicendi conversam esse: & quum nemo Cantabrigiæ fatis malus effet, in quem debacchareris, tum formam tibi atque ideam improbi describeres, & me quia odisses priusquam cognoviffes.

visses, eum esse putares. Quanquam autem non semper sit, tamen sere plerunque solet accidere, ut majus vitium sit in iis qui maledicunt, quam in eo in quem maledicta conjiciuntur: quia sæpe non tam vitia illius, quam morbum & impotentiam animi sui ostendunt: neque qualis sit qui reprehenditur, sed qua-Iem illum videri volunt, declarant. Ego verò omnem iltam acerbitatem ita fero, ut condonem illud tibi: neque unquam tam graviter in me dices, ut non in eo cedam libenter tibi: & ut auctoritate ac literis, sie objurgando & reprehendendo facile me vinci patiar. Eruditionis autem tuæ hæc summa laus esse non potest, quantum dici potest, in alios invehere: neque aliqua præstantia est ingenii. sic maledicta cum caussa commiscere, ut tanquam corruptus aliquis fanguis per omnia membra orationis tuæ diffundantur. Aut ut maximè me arrogantem demonstraveris, quid hoc ad caussam? hominis est enim hoc. non rei vitium: neque culpa caussahoc usu venit, sed malè tractantis caussam: & qui minus habent quod in rem conferant, scitè hominem lacesfunt: ut oratio illis non desit, digressiones ab-Sed hoc meum quale sit, malo in aliorum cogitatione relinquere, quam de me ipse quicquam prædicare, ne vel modestiam laudando, quod quidam faciunt: vel arrogantiam detrahendo, que mihi objicitur, de meipfo quod odiofum esse & invidiosum solet quic-

dnicquam dicam. Illi malo rei respondere quam tu mihi interim objectas, qua caussa meditanda tam indiligens fuerim, ut non niti post aliquot menses epistolæ tuæ responderim. & tempus ad elaborandam responsionem mihi ipsi sumpserim. De qua re quamquam ad te epistolam scripserim, tamen etiamsi verbum nullum fecissem, tamen perturbationes Collegii nostri, ut quidam tumultum contra magi-Itrum statutaque fecerunt, nosti: quibus tu te etiam immiscuisti, & ad eas cognoscendas facellanum tuum misitti. Non enim audebam injussu tuo ad te scribere: neque sas mihi putabam incognita voluntate tua ad te mittere; ne non modò improbum hoc putares, quòd fecerim: fed etiam audax; quòd fusceperim. Quantam enim arrogantiam in me fuisse putasses, si non impetrata venia in defensionem infiluissem, & me tuæ auctoritati opponere sine auctoritate tua ausus essem, quum ne nunc quidem arrogantiæ culpam effugio, quamvis voluntate tua ad caussam accesserim: guamvis in illis folum quæ cum caussa conjuncta sint; institerim: quamvis non continuò, sed sumpto spatio, meditatè responderim. Quod si mihi tempus suppeditasset, & vacuus à cæteris rebus omnibus fuissem, deliberare tamen diligenter debebam & circumspicere quid ad te scriberem, ne si id non satis accuratum elaboratumque esset, neglectum te & velut è sublimi despectum putares. Satis autem ci-Aa 2

to me putabam ad te scripturum, si meditate; si deliberate, si diligenter id sacerem. Nam quamquam tu fine repehensione mea potes ad me quicquid velis & quæ effuse velis, scribere: idcirco ego etiam ad te pari ratione & extempore scribere debui? Quicquid enim à te scribitur, id facilè in optimam partem propter auctoritatem tuam transfertur: ego si quicquam mediocriter dixero, de eo severe ac libere propter humilitatem meam judicatur: ut tu, quidquid dicas, securus, ego in omnibus circumspectus esse debeam. Ac quantum inter personas nostras interest, tantum inter diligentiam meam & toam interesse debuit, qui cum nihil præter caussam ipsam haberem quod causfam commendaret, non auctoritatem, non gratiam, non amplitudinem: tempore, fedulitate, diligentia uti, & hæc auxilia ad eam propugnandam afferre debebam. Quod si omnibus adjumentis nudatam, omnibus præsidiis destitutam caussam à nobis desensam suisse vidisses, quam inopem, quàm egenam causfam nos suscepisse diceres: nunc quia aliquid affert pro se, quia mediocrem defensionem habet, diligentiam objectas. Nescio autemcui unquam diligentia antehac, nisi mihi, probro data fuit: aut quia id quod scribo, non abortirem, ideo si tempus & spatium sumerem, non id mihi condonandum potius quàm exprobrandum esset? At si studio, si meditatione, si diligentia placere tibi non possum, quid omissio-

missione, quid negligentia fecissem? quomodo vel dignitati tuæ, vel officio meo fatis fecissem? Tu verò facilimè potes quid velis præltare, quia ingenio, exercitatione, scientia ad contradicendum paratus & instructus es. Ego neque per ætatem eò pervenire potui, ut primo quoque tempore omnia mihi ad dicendum suppeterent: neque ingenii tantam celeritatem habeo, ut non tempore & studio quasi subsidio utar: neque arrogantiam tam immanem, ut me putem ad te, quicquid mihi in mentem veniat, statim mittere oporte-Sed cum dignitatem tuam considerabam, cautionem magnam ac diligentiam adhibebam: quum rei fructum animo metiebar, rem tam utilem in tale discrimen venire dolebam: & quam rem propter amplitudinem potentiæ tuæ meditatè pertractabam, eandem propter utilitatis magnitudinem seriò lamentabar. Quanquam enim in speciem minuta & exilis est. tamen ad usum præclara & illustris haberi debet, quæ & initia ipsa mitiora facilioraque, propter distinctionem, facit: & progressiones jucundiores, propter intelligendi celeritatem, habet: & exitus admirabiles, propter comprehensorum multitudinem, relinquit. verò tam multos ex hac emendata pronuntiatione ad græcitatis studium incensos atque inflammatos viderim, tam multos contrà hac corrupta dejectos & aversos videam: quanquam tu hoc in me quoque reprehendas, nef-Aa 3 CIQ.

cio cur non seriò ejus desensionem susciperem. cum præsertim tanta ibi græcitatis adjumenta continentur, quanta non modo ad impellendos, verumetiam ad retinendos animos fatis esse possit. Et quum tam severè à te impugnata sit, cur non à me quoque seriò desenderetur: nisi fortè tibi gravis, mihi nugatoria videri debebat. Etenim tam magnis & gravibus rebus occupatus, nunquam iltuc accessisses, nisi in eo aliquod operæpretium esse putasses: ego reipsa & exemplo tuo permotus, nonnihila in eo quoque esse existimare debebam. existimationem enim meam magnopere pertinet, eas res à me non deseri, quæ dicuntur à me novari. & quia carere laude magis cuperem, quam reprehensione abundare, rem à me defendi, ut indocti facilius me reprehendere ad libidinem, quam docti caussam reprehensionis subesse putarent ad veritatem. Quum autem amotio ejus tam gravis & necessaria tibi visa est, ut ad eam opprimendam quasi ad commune incendium extinguendum advolaveris, retentio ejus minime levis, aut inanis nobis videri debet, qui id quod experientia ad utilitatem firmavit, retinemus: non quod ignoratum est, propter mutandi laborem abjicimus. Fieri enim nullo modo potest, ut altera pars gravis & feria, altera autem levis & ridicula habeatur, cum quo retentio ejus est utilior, eo amissio ejus sit damnosior: ut putare rem à me ridiculam esse desensam, non lon-

gè absit ab eo, ut si quis diceret rem non nimis gravem à te esse objectam. At cur accusor de rebus tam ridiculis, quum edicta de rebus ridiculis fiunt? Cur omnes in partes à te foris, à tuis domi de rebus tam ridiculis versor? Ego verò seriò putabam propter magnas utilitates illam retinendam: & feriò lamentor, nihil in melius nunc progredi, nihil cognitionis & linguarum studia promovere posse, quod non minis, non edictis, non potentia statim coerceatur: ut minus mirum sit, Academiam nostram, quæ universa à te tam sæpe & multum vituperatur, ad aliquod magnum & speciosum pervenire non posse, cum si quid præclarum, si quid utile, si quid laudabile efflorescat, illud statim quasi stolo aliquis extrahatur, & radicitus avellatur: si quid lectores pro se, pro linguis, mediocriter dicant, illud statim arripiatur, quasi jus, qausi subsellia, quasi regnum vendicarent. At ego cum de lectoris munere pauça loquerer, D. tuæ responsum esse, non objectum putabam: & cum de eo tume interrogares, ad quæstionem tuam hoc quod debuit, à me fuisse dictum. Et ego de Græcælinguælectoribus sic loquebar, ut quamvis rempublicam quasi magistratus non gererent, tamen loqui quod sentiunt de Græca lingua & præcipere possent. Sed nihil sit, Græcæ linguæ esse lectorem: non magnopere pugno, fatis tamen ad rem non modò abjectam, verumetiam ut ais, ridiculam tractandam in eo Aa 4 ello

esse possit, ut ne semper majores magistratus ad hujusmodi res temperandas inclamitemus. Si autem hoc lectoris non fit, optimam viam præscribere, errores tollere, opportunitates rerum notare, & quod facultate fua continetur, pro virili parte persequi, nescio quid lectoris putari debeat. Dum Barbarus Plinium emendaret, dum Victorius Ciceronem calligaret, dum Haloander Jus Civile purgaret, dum multi multis rebus manus admoverunt. quibus etiameinemendatis docti contenti fuerunt: num adire alios, gratiam aliorum implorare debebant, ut hoc quod facerent, verè ac erudité facerent? Apud Euripidem in Iphigenia & ταυροῖς Diana Βαυρώνια θεά dicitur, & sic in omnibus libris legitur: & Aldus, librorumque ejus correctores ita in lucem emiserunt. Num si ergo Beaueuvias legendum contenderem, idque me percommodè demonstrare posse ostenderem . non illud prius auditoribus meis patefacerem, & i a emendari libros juberem, priusquam Cancellarius ita legendum esse approbasset? Miterè certè cum lectoribus ageretur, si quando errores corrigant, & aliter legi loca jubeant, tum id nifi aliorum approbatione facere non possint: & si locus corruptus incidat, tum omnes magistratus convocandi funt, ut quid de fingulis auctorum & disciplinarum depravacionibus statuant. ipsi sententia auctoritateque sua interponant. LiLiberum autem femper fuit prælectoris in rebus minime interdictis judicium, ut si causas facti sui afferre posset, illud inprimis sequeretur: & ad se, si posset, reliquos suadendo duceret, non minando traheret. quamvis me magiltratum esse minimè putavi, tamen tantum in me auctoritatis & scientize putabam esse, ut in quibus nihil esset ab ullo magistratu interdictum, & nulla suspicio justæ offensionis esse debebat. Græcæ linguæ errores quosdam corrigerem 3 ad meliorem studiorum viam ingrediendam cæteros impel-Et id mihi semper licuisse, & adhuc quoque in cæteris licere puto, quamdiu magistratus illud fieri permittant: & dum tu cenfor meus & quasi securis cogitationum studiorumque meorum illud mihi aut edicas, aut interdicas. Et si Professor linguæ liberè de lingua judicare non possem, & non modò fententiam meam interponere, sed etiam ea sequi quæ ad usum fructuosa, ad antiquitatem vera, ad discendum expedita sint: miror quòdnam Professoris officium aut sit, aut esse possit. Si quod antiquum, quod distinctum, quod optimum sit, sequi sine pœnæ terrorisque metu non possumus, valde durè & crudeliter nobifcum agitur : neque in eo est quod de Professoris auctoritate multum gloriemur, sed de aliorum severitate potius conqueramur, quare neque in eo magnopere me unquam venditavi, neque ejus magni-Aa r tudi-

tudinem magistratui alicui opposui. sed tamen magistratibus ante hoc tempus non tam mihi quam rei ipsi faventibus, nesciebam cut quid de utili re sentiebam, dissimulare deberem. Cum autem corruptæ pronuntiationis fundamentum, in usu à vobis quasi in vento poneretur, non putavi magnum, si in tali & tam perspicua caussa, cum in ea diu elaboraverim, caussa videlicet, non ingenio fretus, iis me opponam qui auctoritate deposita, si quam habent, ratione vellent & eruditione congredi. Neque tamen cum hæc infima & demississima eruditionis pars sit, quam cognovisse magis utile quam gloriosum fuerit, pro infinita arrogantia haberi debet, si in eo tantum quantum cæteri æquales mei profitear me posse dicere. Et quis unquam arrogantiam putavit in viris mediocriter eruditis, fi grammaticam, fi dialecticam tenere se, & in rerum initiis non magnis, fed tamen necessariis, se tantum profecisse dicerent, ut ne cæteris quidem in regularum & definitionum intelligentia cedant. Hæc videlicet tam magna arrogantia est & intolerabilis, dicere se in elementis latinæ aut vernaculæ linguæ cognoscendis, etiam optimis minime locum dare, ut ad hanc arrogantiam opprimendam nescio quanta vis orationis & quam gravis Sed nunquam iple mihi ipfi **a**dhibeatur. tam arrogans vifus fum, ut non libenter ab abjectissimis quibusque etiam cum studio dis-

cerem: neque cur tam Academicus ellem, intelligo, ut quæ mihi cognita funt, quamvis pauca, quamvis levia, quamvis ridicula fint, ea mihi incognita esse asseverarem. De magnitudine eruditionis neque cum aliis contendi, neque contendo: Anteponantur mihi infiniti homines, non laboro: absolutam eruditionem aliis relinquo, grave judicium mihi ipse non arrogo. In quo tu me, loco étiam infimorum & numero constituis, libenter confisto, tantum illud cupio, ut quod in me vel eruditionis, vel alterius cujusque rei mediocris fuerit, quod equidem esse quam est, optarem, multo majus illud ad utilitatem aliorum sine invidia & molestia conferre possim. Neque certe tam arrogans sum, ut omnia me putem scire posse: neque rursus omnino tam stolidus, ut in quo perdiu elaboraverim, in eo non fentiam quantum profecerim. Ego ingenium meum scio quàm sit exiguum, & facultatem ex imbecillitate mea metior: & tamen quantumcunque illud est quod profecerim, nescio cur ejus me ponitere debeat. Cum autem majores artes viderim, quid magnum aut præclarum esse potest, si in grammaticæ abjectissimis & demississimis partibus aliquem me esse ostendam? Sed si quis studii ac diligentiæ est fructus, qui ad communitatem hominum pertinere debet, arrogantia nunc dicitur, & rerum bonarum usus jactantia appellatur, imperitia & ignoratio pro

tudinem magistratui alicui opposui. sed tamen magistratibus ante hoc tempus non tam mihi quam rei ipsi faventibus, nesciebam cur quid de utili re sentiebam, dissimulare deberem. Cum autem corruptæ pronuntiationis fundamentum, in usu à vobis quasi in vento poneretur, non putavi magnum, si in tali & tam perspicua caussa, cum in ea diu elaboraverim, caussa videlicet, non ingenio fretus, iis me opponam, qui auctoritate deposita, si guam habent, ratione vellent & eruditione congredi. Neque tamen cum hæc infima & demississima eruditionis pars sit, quam cognovisse magis utile quam gloriosum fuerit, pro infinita arrogantia haberi debet, si in eo tantum quantum cæteri æquales mei profitear me posse dicere. Et quis unquam arrogantiam putavit in viris mediocriter eruditis, si grammaticam, fi dialecticam tenere se, & in rerum initiis non magnis, fed tamen necessariis, se tantum profecisse dicerent, ut ne cæteris quidem in regularum & definitionum intelligentia cedant. Hæc videlicet tam magna arrogantia est & intolerabilis, dicere se in elementis latinæ aut vernaculæ linguæ cognoscendis, etiam optimis minime locum dare, ut ad hanc arrogantiam opprimendam nescio quanta vis orationis & quam gravis Sed nunquam iple mihi ipli **a**dhibeatur. tam arrogans vifus fum, ut non libenter ab abjectissimis quibusque etiam cum studio dis-CQ-

cerem: neque cur tam Academicus essem, intelligo, ut quæ mihi cognita funt, quamvis pauca, quamvis levia, quamvis ridicula fint, ea mihi incognita esse asseverarem. De magnitudine eruditionis neque cum aliis contendi, neque contendo: Anteponantur mihi infiniti homines, non laboro: absolutam eruditionem aliis relinquo, grave judicium mihi ipse non arrogo. In quo tu me, loco étiam infimorum & numero constituis, libenter consisto, tantum illud cupio, ut quod in me vel eruditionis, vel alterius cujusque rei mediocris fuerit, quod equidem esse quam est, optarem, multo majus illud ad utilitatem aliorum sine invidia & molestia conferre possim. Neque certè tam arrogans sum, ut omnia me putem scire posse: neque rursus omnino tam stolidus, ut in quo perdiu elaboraverim, in eo non sentiam quantum profecerim. Égo ingenium meum scio quam sit exiguum, & facultatem ex imbecillitate mea metior: & tamen quantumcunque illud est quod profecerim, nescio cur ejus me pœnitere debeat. Cum autem majores artes viderim, quid magnum aut præclarum esse potest, si in grammaticæ abjectissimis & demississimis partibus aliquem me esse ostendam? Sed si quis studii ac diligentiæ est fructus, qui ad communitatem hominum pertinere debet, arrogantia nunc dicitur, & rerum bonarum usus jactantia appellatur, imperitia & ignoratio pro mo-

tudinem magistratui alicui opposui. sed tamen magistratibus ante hoc tempos non tam mihi quam rei ipsi faventibus, nesciebam cur quid de utili re sentiebam, dissimulare deberem. Cum autem corruptæ pronuntiationis fundamentum, in usu à vobis quasi in vento poneretur, non putavi magnum, si in tali & tam perspicua caussa, cum in ea diu elaboraverim, caussa videlicet, non ingenio fretus, iis me opponam, qui auctoritate deposita, si quam habent, ratione vellent & eruditione congredi. Neque tamen cum hæc infima & demississima eruditionis pars sit, quam cognovisse magis utile quam gloriosum fuerit, pro infinita arrogantia haberi debet, si in eo tantum quantum cæteri æquales mei profitear me posse dicere. Et quis unquam arrogantiam putavit in viris mediocriter eruditis, si grammaticam, 'fi dialecticam tenere se, & in rerum initiis non magnis, fed tamen necessariis, se tantum profecisse dicerent, ut ne cæteris quidem in regularum & definitionum intelligentia cedant. Hæc videlicet tam magna arrogantia est & intolerabilis, dicere fe in elementis latinæ aut vernaculæ linguæ cognoscendis, etiam optimis minime locum dare, ut ad hanc arrogantiam opprimendam nescio quanta vis orationis & quam gravis adhibeatur. Sed nunquam ipse mihi ipsi tam arrogans visus sum, ut non libenter ab abjectissimis quibusque etiam cum studio dis-

cerem: neque cur tam Academicus ellem, intelligo, ut quæ mihi cognita funt, quamvis pauca, quamvis levia, quamvis ridicula fint, ea mihi incognita esse asseverarem. De magnitudine eruditionis neque cum aliis contendi, neque contendo: Anteponantur mihi infiniti homines, non laboro: absolutam eruditionem aliis relinquo, grave judicium mihi ipse non arrogo. In quo tu me, loco étiam infimorum & numero constituis, libenter consisto, tantum illud cupio, ut quod in me vel eruditionis, vel alterius cujusque rei mediocris fuerit, quod equidem esse quam est, optarem, multo majos illud ad utilitatem aliorum sine invidia & molestia conferre possim. Neque certè tam arrogans sum, ut omnia me putem scire posse: neque rursus omnino tam Itolidus, ut in quo perdiu elaboraverim, in eo non sentiam quantum profecerim. Ego ingenium meum scio quam sit exiguum, & facultatem ex imbecillitate mea metior: & tamen quantumcunque illud est quod profecerim, nescio cur ejus me ponitere debeat. Cum autem majores artes viderim, quid magnum aut præclarum esse potest, si in grammaticæ abjectissimis & demississimis partibus aliquem me esse ostendam? Sed si quis studii ac diligentiæ est fructus, qui ad communitatem hominum pertinere debet, arrogantia nunc dicitur, & rerum bonarum usus jactanua appellatur, imperitia & ignoratio pro

tudinem magistratui alicui opposui. sed tamen magistratibus ante hoc tempus non tam mihi quam rei ipsi faventibus, nesciebam cut quid de utili re sentiebam, dissimulare deberem. Cum autem corruptæ pronuntiationis fundamentum, in usu à vobis quasi in vento poneretur, non putavi magnum, si in tali & tam perspicua caussa, cum in ea diu elaboraverim, caussa videlicet, non ingenio fretus, iis me opponam, qui auctoritate deposita, si quam habent, ratione vellent & eruditione Neque tamen cum hæc infima & demississima eruditionis pars sit, quam cognovisse magis utile quam gloriosum fuerit, pro infinita arrogantia haberi debet, si in eo tantum quantum cæteri æquales mei profitear me posse dicere. Et quis unquam arrogantiam putavit in viris mediocriter eruditis, si grammaticam, A dialecticam tenere se, & in rerum initiis non magnis, fed tamen necessariis, se tantum profecisse dicerent, ut ne cæteris quidem in regularum & definitionum intelligentia cedant. Hæc videlicet tam magna arrogantia est & intolerabilis, dicere se in elementis latinæ aut vernaculæ linguæ cognoscendis, etiam optimis minime locum dare, ut ad hanc arrogantiam opprimendam riescio quanta vis orationis & quam gravis Sed nunquam ipse mihi ipsi adhibeatur. tam arrogans vifus fum, ut non libenter ab abjectissimis quibusque etiam cum studio dis-

cerem: neque cur tam Academicus essem, intelligo, ut quæ mihi cognita funt, quamvis pauca, quamvis levia, quamvis ridicula fint, ea mihi incognita esse asseverarem. De magnitudine eruditionis neque cum aliis contendi, neque contendo: Anteporantur mihi infiniti homines, non laboro: absolutam eruditionem aliis relinquo, grave judicium mihi ipse non arrogo. In quo tu me, loco étiam infimorum & numero constituis, libenter consisto, tantum illud cupio, ut quod in me vel eruditionis, vel alterius cujusque rei mediocris fuerit, quod equidem esse quam est, optarem, multo majus illud ad utilitatem aliorum sine invidia & molestia conferre possim. Neque certè tam arrogans sum, ut omnia me putem scire posse: neque rursus omnino tam stolidus, ut in quo perdiu elaboraverim, in eo non sentiam quantum profecerim. ingenium meum scio quam sit exiguum, & facultatem ex imbecillitate mea metior: & tamen quantumcunque illud est quod profecerim, nescio cur ejus me ponitere debeat. Cum autem majores artes viderim, quid magnum aut præclarum esse potest, si in grammaticæ abjectissimis & demississimis partibus aliquem me esse ostendam? Sed si quis studii ac diligentiæ est fructus, qui ad communitatem hominum pertinere debet, arroganția nunc dicitur, & rerum bonarum usus jactantia appellatur, imperitia & ignoratio pro

tudinem magistratui alicui opposui. sed tamen magistratibus ante hoc tempus non tam mihi quam rei ipsi faventibus, nesciebam cur quid de utili re sentiebam, dissimulare deberem. Cum autem corruptæ pronuntiationis fundamentum, in usu à vobis quasi in vento poneretur, non putavi magnum, si in tali & tam perspicua caussa, cum in ea diu elaboraverim, caussa videlicet, non ingenio fretus, iis me opponam, qui auctoritate deposita, si quam habent, ratione vellent & eruditione congredi. Neque tamen cum hæc infinta & demississima eruditionis pars sit, quam cognoville magis utile quam gloriosum fuerit, pro infinita arrogantia haberi debet, si in eo tantum quantum cæteri æquales mei profitear me posse dicere. Et quis unquam arrogantiam putavit in viris mediocriter eruditis, si grammaticam, 'fi dialecticam tenere se . & in rerum initiis non magnis, sed tamen necessariis, se tantum profecisse dicerent, ut ne cæteris quidem in regularum & definitionum intelligentia cedant. Hæc videlicet tam magna arrogantia est & intolerabilis, dicere se in elementis latinæ aut vernaculæ linguæ cognoscendis, etiam optimis minime locum dare, ut ad hanc arrogantiam opprimendam nescio quanta vis orationis & quam gravis Sed nunquam ipse mili ipsi adhibeatur. tam arrogans visus sum, ut non libenter ab abjectissimis quibusque etiam cum studio dis-Ce-

cerem: neque cur tam Academicus ellem.intelligo, ut quæ mihi cognita funt, quamvis pauca, quamvis levia, quamvis ridicula fint, ea mihi incognita esse asseverarem. gnitudine eruditionis neque cum aliis contendi, neque contendo: Anteponantur mihi infiniti homines, non laboro: absolutam eruditionem aliis relinquo, grave judicium mihi ipse non arrogo. In quo tu me, loco étiam infimorum & numero constituis. libenter consisto, tantum illud cupio, ut quod in me vel eruditionis, vel alterius cujusque rei mediocris fuerit, quod equidem esse quam est, optarem, multo majus illud ad utilitatem aliorum sine invidia & molestia conferre possim. Neque certè tam arrogans sum, ut omnia me putem scire posse: neque rursus omnino tam stolidus, ut in quo perdiu elaboraverim, in eo non sentiam quantum profecerim. ingenium meum scio quam sit exiguum, & facultatem ex imbecillitate mea metior: & tamen quantumcunque illud est quod profecerim, nescio cur ejus me ponitere debeat. Cum autem majores artes viderim, quid magnum aut præclarum esse potest, si in grammaticæ abjectissimis & demississimis partibus aliquem me esse ostendam? Sed si quis studii ac diligentiæ est fructus, qui ad communitatem hominum pertinere debet, arrogantia nunc dicitur, & rerum bonarum usus jactantia appellatur, imperitia & ignoratio pro

modestia habentur. Quo minus mirum est, Academiam eam quæ abs te laudari & promoveri debebat, tam seriò & graviter a te vituperari, cum nulla studiosorum hominum & ignorantium, nulla bonorum & malorum differentia sit, cum literati & honesti frangantur & exanimentur, otiosi & infames magiltratu & honore afficiantur, & ab iis non modò juventur, sed fulciantur etiam & erigantur, qui Academiæ literarumque dignitati magis prospicere, quam privatorum hominum libidini morem gerere debebant. Sed ego ita arbitror, si ipse utilitatem literarum & progressionem Græcæ linguæ cogitasses, de qua fortassis, ut nunc es, non admodum laboras; neque in hanc aut illam partem, manum moveres, ut quamplurimi illius linguæ scientia imbuantur, nequaquam ita incensa adolescentium studia tam subito animi motu restinxisses. nec tam facilem ac directam viam in eruditionis & judicii cultum ingrediendi obstruxif-Et quanquam mihi neque magnam in scientiis eruditionem, neque grave in rebus iudicium assumpserim: tamen cum in Græca lingua magis qu'am Latina præsidium nonnullum ad eruditionem & judicium comparandum esse existimaverim, facilè quod poteram sine fummorum virorum offensione & laborem & inimicitias & injurias aliorum suscipere non reformidabam: non laudis meæ caussa, quam possem in majoribus rebus quærere, sed aliorum

rum utilitatis gratia, ut facilius id quod expeterent, possent transigere, quod cum ad usum communem consertur, sæpe perit, si benevolentia accipientium potius quam conscientia dantium metiatur. Intelligebam enim usum præsentem ad antiquitatem alienum, ad discendi opportunitatem perturbatum, ad inzelligendi celeritatem confusum admodum extitisse, ut de re barbara, inutili, perplexa, minus mihi laborandum esset, si possem antiquorum formam elocutione distinctam, explicatione suavem, intelligentia expeditam comprehendere. In qua re neque difficili, neque recondita, cum ego elaboraverim, & quicunque Græcæ linguæ peritiores in idem curriculum studiorum ingressi fuerant, hoc sibi non negligendum arbitrarentur, de utilitate perceptionis magis, quam de magnitudine inventionis gloriabamur, & antiquitatis studio magis quam nostro judicio nitebamur. Sed antiquitatis auctoritatem una cum antiquis ipsis antiquatam esse asseveras: & in eo oppugnando maximè insistis, ut si de hoc gradu nos dejeceris, quod reliquum est, imbecillum fractumque esse necesse sit. Hic si obtinueris, nihil est quod contra usum tecum contendamus. Sed vereor ut hoc ipíum quod assumis, tibi possim concedere. Nam qui in Latina lingua non modò antiquati, sed etiam abjecti fuerant, multi reperiebantur, apud Græcos nulli præ antiquitate abjecti, multi præ

bræ novitate antiquati funt, quod si qui antiquari effent, illorum ego auctoritatem lubens repudiarem : quorum, verò auctoritas non modò non integra stat, sed etiam floret, & maximo in pretio habetur, eorum verba & sonos nescio cur non imitandos mihi & sequendos fine convicio proponerem. Græcos antiquatos affers, ut illorum auctoritas apud nos vel minui vel tolli possit? Quid, si non modò non antiquati sunt, sed illorum. auctoritas gravissima apud omnes doctos permanere debet, cur tum illorum imitationem tam capitalem nobis ac severam statues? Inia tio autem secundum poetas ab Herodoto. Thucydide ac Platone ducto, quorum tempora magnam eloquentiæ ac perfectè dicendi laudem habuerunt, quis homo tam vultuosus esse potest, ut ullos ex his præ antiquitate contemptos habeat? aut quis tam omnium studiosus est, ut nullos recentiores præ novitate vix tolerabiles putet? Græcorum autem & Latinorum verborum auctoritas minimè usu constare potest. Et initio quidem hominum fuisse arbitrium ac decretum, nemo negat, ut pro voluntate sua rebus imponerent nomina, quæ postquam Græcorum consensu bene constituta firmataque funt, ea jam exeunte lingua é potestate loquentium, & in eruditorum libris quasi in possessione permanente, non possunt iterum arbitrio aliorum tolli, & à sede sua dimoveri: Quam-

Quamvis enim qui hodie Græcè loquuntur. quanquam minus Platonis aut Demosthenis verbis utantur, idcirco verba Demosthenis aut Platonis mortua aut antiquata putari debent? neque non melius Græcè loquetur, qui illorum hodie formam in dicendo fervat, quam qui longè usitatiore more, sed longè, ut ne cesse est, deteriore verba fundit. Non enim quod usitatissimum in emancipatis linguis est, optimum est: sed quod ab optimis & eruditissimis olim maxime usitatum suit, id semper optimum erit. Cum enim eadem pote-Itas in sonis & in verbis usui conceditur. qua ratione fonos abrogat, verba etiam abrogabit, & rem auctoritate stabilem & firmam in magnam & ancipitem perplexitatem conjiciet? Quis enim novisse potest, quid optimum Græcum hodie fit, cum pauci sciant aui optimi Græci hodie funt, quomodo Græcè nunc foquantur. & quod hodie optimum est, brevi abrogatum erit, ut quomodo bene ad posteritatem scribatur, statui non possit. & Demosthenes Platoque interdum meliores Græci, interdum deteriores erunt pro usus temporumque ratione accommodati, quæ quali æstus maris nunc accessu, nunc recessu fuo in perpetuo motu fluctuationeque versetur. Nec quid discendum ut optimum, nec quid fugiendum ut pessimum ad perpetuitatem in lingua sciri potest, si tota lingua usu quasi spiritu vegetetur. Et cum duo sint tempora ejus lin-

linguæ, alterum quod populari sermone conterebatur, alterum quod è libris petitur, alterum usu, alterum auctoritate constare debet. fuit quidem tempus florente populo, cum usus ad fermonem valere, ac præsentis temporis auctoritate jure suo dominari debebat: nunc ejusmodi tempora inciderunt, ut si verè velimus agere, ad imitationem optimorum non ad præsentem usum nos conferre debeamus. quantum initiò valuerit usus, ut quibusdam tenuibus initiis productus, ad fummum crevit, ut eo tempore plurimum poterat, quomodo rebus imponeret nomina, sive ea hominum arbitrio, sive alia quavis ratione à primo notarentur, neque nostræ nunc est disputationis, neque instituti. Detur hic quantum dari potest, multa in ipsius linguæ slore confusa extitisse, multas ambiguitates, multos in speciem solœcismos, multa nec numeris concordantia, nec generibus congruentia, multa non fatis ad exquisitam formam limata. Ista certè possum concedere. Naturæ hæc vitia funt, seu nævi potius, reliquam liberalem formam ac dignitatem linguæ illustrantes, quæ in lingua, quia naturæ funt, non voluntatis, neque per negligentiam contracta, neque per imperitiam accersita, vituperari, & acri oratione reprehendi non debent. Et quæ naturæ quasi judicio per omnes linguæ hujus ætates permanaverunt, ea debent omnium reprehensorum acerbitate vacare, & ad præſenTentem caussam nihil pertinent, hoc enim nunc. quæritur. Cum lingua non descripta modo formis, & notata ad usum, sed ad perfectionem etiam absolutionemque exculta suit, num licuerit posteris bene ad perpetuitatem constituta mutare, & ad aliam quam vis formam avertere. Vastus habeatur vocalium sonus, xades yun, rocaura isi, pro solecismis habeantur. รากาในสะ , ไทรผิสหา , ทุนศาสติท์รอนน , รีสาคม . pro ambiguis notentur, infinita alia præscribantur, que copiose in extrema epistola perfequeris, & quæ à majoribus negotiis feriatus emendare te posse commemoras. Quid hic docti homines, quid facient, quo evadent, quid suscipient, quas sibi personas imponent, ut ista convertant, ut has dicendi formas abrogent, ut illicitas esse denuntient? nunquam usus præsens efficiet, nunquam doctorum confensus præstabit, ut quod pessimè in iis dicitur, malè Græcè dicatur. Ideo enim bonum est, quia optimo seculo approbatum suit, ut hac in universa lingua perpetua constansque ratio videatur, bonum esse, quod optimo tempore usurpatum fuit: malum esse, quod contrarium illi tempori fuerit. Quod ego tempus, ne me putes omnia quasi ad punctum exigere, quadringentorum, si necesse sit, annorum, & eo amplius hoc temporis spacium definire, ut ne nimis curiofos & delicatos esse arbitrere. Sed quam tu linguam in doctorum potestate adhuc esse dicis nescio certè quomodo accipi verè ullo modo possit, nisi si illos manus violenter injecisse in Græcam linguam putes, & illam sub eorum potestate quasi in custodia dure constringere & coercere judices. Nam si quid in Græco animadvertunt, illud fequuntur, non corrigunt: illud fibi ad imitationem transferunt, non ad immutationem arripiunt. At unde illis hæc mutandi concessa potestas? Num quia sermo hominum mutabilis indies variatur, hoc sibi ipsis docti arrogare possunt? Sed hoc in patriis tantum linguis fit, non etiam in cæteris. Nam quæ emancipata funt, quia non continua multitudinis voce teruntur, sed perpetuo ex iisdem pene libris hauriuntur, nullo in motu, fed in certa quadam stabilitate collocantur. quàm durum est autem, post tantam laborum persunctionem, post tot agitationes rerum, post tot jactationes temporum, nullam Græcæ linguæ requierem dare, ut ipsa se colligat & recreet. & aliquam non modò vacuitatem motus, sed etiam stabilitatem otii & quietis habeat. Quod si corruptus in Græco auctore locus aliquis sit, & verbum verbave plura jam diu falso posita fuerant, & ea usucapione pene sibi jus in eo loco vendicent, ut in illo Ciceronis, Aqua absumptam diu: pro, Aqua absumta diu. Et in primo Thucydidis, έχυρα pro ig νεά. & docti plerique omnes vel assensere, vel minus de eo laboravere, quia usu stabilita, quia docto-rum taciturnitate firmata sunt, si quis in illis

diligentius elaboraverit, & si optimum ac ve--rissimum ejus loci judicium consequutus fuerit. judicium fuum interponere, illud emendare. eo sic emendato uti, & aliis judicium liberum de iisdem relinquere non debet? Doci enim ad confervandam linguam quæ plim floruit, & ad recuperandas ejus partes quæ jamdiu amissæ sunt, non ad imminuendam aut corrumpendam linguam se applicare debent. Quòd si in hac difficultate & asperitate rerum emendare aliquid ad facilitatem & opportunitatem linguæ vellent, illis fortasse aliquid condonari poterat, qui laborem, qui difficultatem, qui confusionem eriperent, & lucem áliquam utili linguæ & cumprimis necessariæ af-Sed doctorum fidei & tutelæ fi commendata lingua commissaque fuit, mali certè cultodes fuerant, qui tam negligenter depofitum servaverunt. Si in doctorum potessate est, non illam ornamentis spoliare, præsidiis nudare, facultatibus dicendi discendique de--stituere debebant. Quis cum altero loqui Græcè, quis conferre studia, quis alterum commodè docere potest? Quis exercitatione dicendi linguæ studium in quod incumbit, confervare? quis alterum sine nimis curiosa animi attentione intelligere poterit, ut homines jurè ab eo ttudio alienentur, in quo se vident postquam profecerint, quid eo faciant præterquam ad legendum nescire. Tolle facultatem loquendi, tolle celeritatem audiendi, tolle Bb 2 op=

opportunitatem discendi, & facile omnes ardores animorum ad ejus linguæ studium inflammatos restingues, facile homines in ignoratione Græcæ linguæ continebis, facilè ut ne habeant de quo in literis gloriari possint, si velint, providebis. Egregia verò, in quorum potestate lingua hæc jacet, doctorum laus erit linguam copiosissimam & uberrimam, cujus cognitio, cujus studium, cujus locutio per totum penè orbem diffundebantur, nunc in tam angultos fines aggregari, ut ne duorum quidem hominum sermoni planè pateat. Magnum quiddam de literis & studiis merentur. cum exercitatio loquendi maximum præsidium ad linguam quamvis discendam habet, qui linguam Græcam invitis omnibus volunt mutam & elinguem esle, & non modò ad usus hominum non idoneam, sed ne brutorum quidem animantium vocibus esse aptam. Et rectè sanè literis providetur, ut dum ne juvenes de Græca lingua nimis infolescant, & cupiditates illorum ad eam discendam erectæ aliò avertantur, os Græcæ linguæ obstruatur, ne illius clarissima voce exaudita, omnes ad illam omni cogitatione ac studio confluerent. fit hæc doctorum hominum ad linguam obscurandam potestas, & ad ejus studium tam vehementer coërcendum auctoritas, certè non video, nisi eandem vim ad linguam debilitandam & opprimendam & versandam quò velint, habeant. Hæc autem doctorum hominum

num potestas quantam vim habeat, & quousque serpat, libenter cognoscerem. Utrum in sonis tantum hæreat, an etiam ad verba permanet: deinde si verborum convertendorum poteltatem quoque habeat: utrum etiam per formas dicendi permeet. hæc si habeant. nihil in lingua video quod à doctorum hominum potestate absit. Quid igitur ullos in formis dicendi aut verbis imitamur? cur delectus aliquis Græcorum habetur? cur non omnes indifferenter recipiumtur? quid alius alio præ. itet. non video. omnes enim ad ætatem fuam aptissimè fortasse loquuti sunt. cur non in noftram ætatem intuemur? nostros eruditos animo sequimur, ac totos nos aliis posthabitis ad illorum sententias formamus, si quid in Græcis perficere velimus? Non enim fonorum modò, sed verborum etiam totiusque linguæ conversionem Horatius notavit? Cur quod verbis, quod locutionibus Horatius attribuit. id ad sonos tantum transfertur? Num eam nunc quam Horatius olim dixit, in verbis mutandis auctoritatem docti habent? Num bene posita ab omnibus auctoribus verba obtorto quasi collo aliò abripere possunt? Sed manifeftum est illos non posse. Nihil enim in optimis auctoribus bene diceretur, si ad hæc nostra tempora omnia transferrentur. Quid enim: illud leve apud Aristotelem & Ciceronem οντελεχείας μαὶ ονδελεχείας, an non multorum doctorum hominum ingenia & labores Bb 3

utranque partem torsir, dum singuli sua judicia afferunt, statuere aliter de universo quam veteres scripsere, non possunt? Quorsum enim Græcam linguam discimus, ut illos intelligamus? an ut Græcam linguam emendemus. & nos antiquioribus opponamus, & majestatem seculi nostri amplificemus? At hæc videlicet effet fortaffis arrogantia, hæc temeritas. hæc vacuitas eruditionis & judicii, si quis eam sic auderet nominare. Ego verò me intra modestiæ fines coercebo, neque unquam ita loquar, ut tibi verbo displicuisse velle videar. Cum autem Dominatio tua omne tempus Græcorum usque ad barbaros putidum atque obsoletum vocat, nescio quod tempus, illustre gratiosumque habere possis. Cum regnarent olim docti, putida tempora atque obfoleta erant : cum omnes nunc penè indocti fint, vel certe ad illos nullo modo comparandi, jam ætas habetur clara & memorabilis. Sed doctiquibus hodie tantum tribuis, ne hoc quidem à te dictum agnoscere sine rubore possunt. Verendum est enim ne non mediooris, sed extrema sit arrogantia, omnia tempora ad hanc nostram ætatem quæ nunc est, vel quæ paulo antè fuit, putida, obsoleta, & ipsa antiquitate horrida nominare. Hoc est autem non pronuntiationem nostram reprehendere, sed omnia ingenia quamvis summè literis, moribus, omnibusque ornamentis exculta, quæ ullo tempore ante nos fuerunt, uno dicto

dicto damnare. Nam ad Gouhos usque & Vandalos. & usque ad vastitatem erucitionis, omniumque bonarum rerum manasseine haec nostra pronuntiatio permansit, & nequaquam putida aut obsoleta numerabatur. Quid num superiores omnes qui illud tempus anteverterunt, horridos etiam squallenteisque vocas? Quid est igitur præclarum in literis? quid solidum in scientiis? quid elegans in lingua? quid ornatum in omni genere humanitatis? Num horum auctoritatem intermortuam aut languentem esse putas? qua tandem in re? Rerum cognitionem certe comprehensam, verborum eloquentiam conquisitam habent. Quid est igitur in quo auctoritas illorum vel mediocriter collabascat? Nam cum de verbis loquor , etiam sonos verborum illis quasi anie mam corpori adjungo. Cur enim in verbit assumerentur, in sonis repudiarentur? Anquiz soni perpetuam in verbis sedem & quali domicilium obtinent, ideireo ejiciendi sunt, ut in alienum hospitium quasi peregrini commigrent? An in doctis hominibus tota hujus rei potestas sita est? An fortasse non in doctis hominibus, sed in doctis Cancellariis omnis caufe sa ponitur? Nam docti cum tantum eruditionis Græcæ habeant quantum è Græca comparaverunt, ipfa autem ad illorum doctrinam aliquid indies adjungant, non illi Græcan linguam possident, qui ab ea aliquid eruditionis:ad:fcienciam quali mercedis ad victum confe-Bb 4

fequuntur, sed ab illa possidentur, & in eige linguæ potestate sunt, cui se totos tradiderant imbuendos. Nam quemadmodum focii municipesque populi Romani, multorum munerum olim in republica participes fuere, nullum tamen in republica magistratum gerere potuerunt: sic docti multis commodis frui. possunt: magistratum gerere, Græcam linguam quasi rempublicam gubernare, non debent. Exteri enim funt, totius rei gerendæ ignari: & præscripta antiquior ratio est, quomodo tractari eam administrarique oporteat. Tempore enim hic non præscribitur, neque lingua libera magis tempore in usucapionem abit, quam si quis liberum hominem usucapione suum esse asserve velit. Quid si quidam impetum in illam fecerunt, de gradu suo dejecerunt, illam abduxerunt, & vi possederunt, num ideo hic valere usucapio debet, aut à vi possessis proceditur ad usucapionem? Sed hæc pronuntiatio vi possessa est, in servitutem libera adducta est, idque reclamantibus erudisis, quorum auctoritas apud omnes vivit, & viget. Hi non intermortui, sed florentes clamant, repetunt, jus persequuntur, testimonium verissimum & gravissimum dant, quam distincta, quam varia, quam multiplex tota pronuntiatio esse debet. Illa non mortua, sed ab hostibus capta & direpta, cum falsus aliquis nuntius de morte ejus retulisset. & re credita alii in possessionem deducerentur: nunc

randem quasi jure postiminii suam vocat post fessionem, & lege in eam agit: multos citat testes, homines florenteis nobilitate, quorum auctoritas confenescere apud audiosos non potest. illi pleno ore clamant hanc possessionem explicatam & distinctam loquendi rationem aptissimam utilissimamque, hanc esse propriam, hanc germanam, hanc græca lingua dignam existere: illam akeram, confusam, barbaram, adventitiam, quæ ex quibus regionibus prodierit, aut quo jure hunc locum teneat, ne usu quidem fordido litium megypakus adjuvante dicere possit. Sed cum hæc corrupta, quafi crudelis Thyeltas, aut ambitiofus Eccocles, fratrem natu majorem de hæreditate & possessione deturbare conata sit, & germanam etiam pronuntiationem expulerit, folumque vertere coegit, non debet tamen vera hæreditas ad illam non longissima possessione, imò ne infinita quidem usucapione pertinere. Cur autem hæc corrupta quasi amans ac plenus charitatis germanus frater, illam non redemit, ac ad suos reduxit, & in possessione juris fui iterum collocavit? Cur nifi quia spurius quasi Jugurtha, impurus, regni appetens: aut quasi Cæsar cupiditate dominationis omnia pervertens, illud Euripidis inprimis justum duxit, sing po adment zen, & cætera. gua hæc fub nullius dominatum fubjecta effe potest, ut ne in doctifismorum quidem hominum potestatem pervenire debeat. Sacro-Bb s fancta

fancta enim nobis esse debet, & ad honestos debitosque usus transferri potest: alienari autem nulla hominum voluntate potest. Idcirco enim nunc illi linguæ tantopere studetur, nt intelligamus eum sensum verborum esse subjectum, quo illi verba scribebant. ut si aliter vel intelligendo capiamus, vel loquendo efferamus, quam illi fecere, non Græcè quemadmodum illi, fed barbarè, ut nostri solent, verba faciamus. Ac mallem certè Demosthenem aut Platonem Græca loquentem intelligere, quam quemvis nostrorum Græca ebullientium. & ita me in dicendo comparare, ut si me audirent, non verba, modò, sed etiam sonos meos in loquendo perciperent. Quamquam enim à recentioribus hominibus præceptis quibusdam tota lingua constringitur, ac in artis penè formam adducitur, non iis tamen legibus tenetur, quas ipsi ad voluntatem suam figere, & in as incidere potuerunt: sed quae ab aliis funt tractata, ab illis funt animadversa: ut hic illorum labor non ad correctionem assumptus, sed ad imitationem elaboratus esse videatur. Nunc autem lingua hæc a populari loquendi forma ad artificium quoddam deflexit, & certain habet formam, propriamque ideam suam, ad quam consequendam laborant docti. Neque video quid doctis relinquatur ut mutent, non in verbis, non in sonis, non in spiritibus, non in accentibus, denique in nulla ne minima quidem lingua parte. Ha-

bet enim nunc statum suum tota. & in stabilitate est, neque temporibus, neque locis. neque hominibus, mutari potest, aut debet. Illi Græcè doctissimi sunt, qui optime imitari antiquos in dicendo possunt. Indoctiores autem funt, quo magis ab illorum præscripta formula discedunt. Hæc autem una nota dectos indoctosque discernit. quomodo igitur docti ab illis discedere ulla in re possunt, nisi indocti rudesque haberi velint. Non igitur in illorum potestate hoc situm & collocatum est. ut quicquam à loco in quo olim fuit, dimoveant: sed potius ut in antiquo gradu conservent: eum si quicquam ab illis differant, in eo docti non sunt: & in quo eos seguuntur. in eo docti numerari debent. Quid enim est in lingua optimum? an non quod Platonis, quod Demosthenis, caterorumque circa illa tempora doctorum hominum approbatione & seriptura firmabatur, & in illorum libris ad nostram imitationem, ut nunc res serunt, relinquitur? An si Demosthenes & Philistus tam studiose in Thucydide versabantur, Socrates in Euripide, Plato in Epicharmo, & longo intervallo Philo in Platone, Chrysostomus in Aristophane ad imitationem claborabant, & ex illis accurate conquirebant quæ ad locupletandam dicendi rationem pertinebant, quanquam lingua popularis etiam tum ad fummam maturitatem perducta fuit : quanto magis in hac inclinatione rerum, animadversionem & atten-

attentionem diligentem adhibere debemus, ut eos potissimum consectemur, quorum ætas & fama magnam auctoritatis & elegantiæ dignitatem obtinent. Et cum Græca lingua longum jam intervallum temporis abdita inclusaque jacuit, & laborioforum hominum industria in lucem iterum aspectumque hominum magis magisque educatur: quid magnum esse debet, si dum alii in majoribus linguæ partibus & gravioribus studiis occupati sunt, nos ad minora longe, sed tamen perutilia, manus admoverimus? Oui enim eart in motu adhuc esfe, & in turbulenta quadam fortuitaque dicendi popularitate versari volunt, quemadmodum cæteræ vulgares plebejæque linguæ jactantur. minime in ea sententia sunt in qua debent de Græca lingua permanere. Nam postquam efferri desita est, & artificium quoddam quasi extruendæ linguæ adhibitum est, ibi pervagata hæc, & infinita loquendi licentia coërcebatur, & regulis quibusdam formulisque includebatur, & insistere quibusdam quasi in vestigiis cœpit, & inhibere nimis diffluentem & laxatum loquendi cursum, ut de his linguis, ut jam nunc funt, minimè loqui Horatius posfit, quæ minimè mobilem habent loquendi mutationem: sed de iis tantummodo quæ multitudinis fermone quotidie dissipantur, & usu publico conteruntur. quæ quis dubitet quin co ipso usu valere debeant, quem penes arbitrium est, & vis & norma loquendi. in aliis auautem quis contradicere potest, quin antiquorum auctoritas valere debet, quos dicendi sapiens folos formam fibi ponet. quod enim in toto genere quod ad perpetuitatem optimum est, id ad imitationem optimum haberi debet. Nam qui ex varietate locorum, temporum, personarum quod optimum est metiuntur, videndum diligenter illis est, ne in aliquem elenchum sophisticum statim impingant. Quando autem desinent Demosthenes & Platones principes Græcæ linguæ dici? at Luciani, Herodiani, Philostrati desinent, & doctorum præsens consuetudo, si ab illis principibus disferat, desinet quoque: sin consentiat, quamdiu Græca lingua Græcique stabunt, tandiu sententia etiam illorum permanebit. tem inconstans stabili, incertum perpetuo, mutabilè solido anteponitur? Olim Erasmi dictio ita floruit, ut ille unus penè ab omnibus in manibus haberetur: & ita doctissimus quisquis habebatur, quanto plus Erasmi scisset, & legisset. De maxima doctorum parte loquor, ne me à proposito divagari putes. Cur non hanc doctorum mentem retines? Cur non ad id scholasticos invitas? cur non in eo potius quàm in aliis, ut studia consumant, præcipis, si usus præsens valere debeat, aut ex multitudine doctorum judicantium potius quam ex magnitudine eruditionis rem æstimes. Sed unde docti nostri, docti sunt? à se habent, an ab aliis? Si à se ipsis, aundidanne suit, neque imitatio

tatio cujusquam nisi sui ipsius quicquam valere Et nos quoque à nobis ipsis omnia petamus, & non ab aliis, si tantum in nostris ingeniis præsidii ad linguas comparandas absque aliorum imitatione existat. Sin ab antiquioribus hoc accipiunt, cur non optimum ad illos ire, à quibus illi acceperunt, ut ne tantum rivulos confectemur, fontes negligamus? Majestatem præsentis seculi graviter inculcas, quam si non quanta sit, intelligerem, immanis sim oportet. Tantam enim eam esse sentio. ut veritatem Græcæ linguæ & auctoritatem antiquorum etiam ipsa majestate obruat. Quòd si tanta ejus majestas non esset, melius æquiusque cum Græca lingua ageretur: nunc cum tantum majestati ejus concedendum sit. quantum edicta illi attribuendum decernunt. non audemus de majestate ejus, ne odiosis nimis suppliciis coerceamur, quicquam detrahere. Cur non hic à nobis potius fit, quod à bonis peritisque medicis fieri videmus, qui cum artem suam ita exercere possent, ut officinarum vocabulis contenti, nihil amplius quærant, tamen magnum studium & diligentem operam ponunt, ut antiqua Galeni & Dioscoridis verba conquirant, & iis nunc quasi propriis ac legitimis, reliquis tanquam barbaris atque asciticiis utantur. Et nunc tamen officinarum vocabula magis communia ac pervul-Galeni autem & Dioscoridis verba meliora sunt, & magis usu contrita esse debent.

debent. Sed in omni disciplinarum corrigendarum genere, quantum cunque contra usum esset, neminem ante hoc tempus novi, dummodo non contra religionem, nec leges fecerit, qui id facere prohiberetur: aut qui postquam ista inquireret, non fructum laboris sui ad exercitationem conferre posset. Publicum autem aliquid, nisi consuetum, corrigere nemo possit. Si quid ego judico, hoc grave vitium est, anteponere eos qui imitari debent. illis quos imitari oportet, & effigiem exemplari anteferre: & eos à quibus linguam discunt, iis qui cognita ab antiquioribus pro eloquentiæ laude in lingua habent, postponere. Quid hoc loco perversius, quam cum de linguis agitur, Gazam, Gemistum, Bessarionem Platoni anteferre: Erasmum, Budæum, Vivem, Melanchthonem, Ciceroni anteponere? cum istius ætatis studia potissimum in illos respiciunt: & nisi illorum usus aliquem in dicendo gradum haberet, quem locum docti haberent, sanè non adverto. Quid autem mirum est, Græcæ linguæ pronuntiationem post tot annos domum redeuntem, quasi Ulyssem, omnibus ignotam, abjectam haberi, & non charissimis cognitam, sed anui vix & cani esse agnitam? Quemadmodum autem Ulysses, non minus Ulysses fuit cum non agnosceretur, neque magis qu'am antea Ulysses suit ab omnibus communiter agnitus: sic vera Græcæ linguæ pronuntiatio mente atque usu hominum

jactari multas in parteis potest, ut vera non ht pronuntiatio, effici non potest. Quis nunc doctus Latinum verbum fabricari potest? aut cujus auctoritas tanta est, ut id sibi arrogare in tali causa velit? qui eruditi sunt, & Latine loqui student, si quando verbo deficiuntur, antiquos exquirunt: quod illis proprium verbum fuerit, indagant: & omnes potius auctores perlustrant, quam eò audaciæ perveniant, ut verborum faciendorum, vel mutandorum potestatem assumant, sed ad antiqua quamvis minus ulitata se transferunt. At cur hic tam religiosi sunt? Quia aliter loqui Latine non possunt. Si enim singulis ætatibus liceret suis modis, & non antiquorum forma loqui, tanta verborum fignificationumque perturbatio in Latinam linguam inveheretur, ut nisi singulæ explicationes singulis temporis bus verborum adhiberentur, alius alium non intelligeret. Et cum æquivocationes in optima perfectissimaque lingua tot sint & fuerint, ut ne doctissimi quidem in rebus tractandis obfcuritatem vitare possent, nos talem omnibus ætatibus auctoritatem addemus, ut illis liceat Græca opponere, detrahere, mutare, & tollere? Galenus nequaquam sibi ab Hippocratis antiquorumque verbis deflectendum putavit, ne videlicet, confusionem aliquam rerum inveheret & perplexitate dicendi tenebras discenti offunderet. Sed nos nostro more loqui, anquorum formam deserere cupimus, ut cum opus

### DE PRONUNT. LING. GR. 401

opus fuerit, minime intelligamur; quis non eam quasi effigiem orationis tenemus quæ ab antiquis maxime approbata receptaque fuit. Hæc necesse est iis usu venire, qui diversam diversorum temporum in verbis varietatem constituunt: ut omnia undique incertis ambiguitatibus oppleantur. Quod si ad vitandam verborum ambiguitatem tantum laborem capiebant, ut in antiqua dicendi formula se continerent: quanto magis nobis elaborandum. ut ab hac diligentia non abhorreamus, cum præsertim facilius nos in hujusmodi errores. quam illi, cadamus, & major nobis cautio diligentiaque ad illas res adhibenda sit. Quæ non modò in verbis, sed etiam in literis fieri debent, ut ne illarum perplexitate sæpe in aliquam vitiolicatem dilabamur, & ab. eo aberremus quod consecuti fuisse videmar, & diligenter observemus quod Plato in Theæteto in eo notare videtur, qui studidse in literis cognoscendis versatus sit ... ut non modò omnium formas diligenter descriptas notatasque, habeamus, sed etiam ut fingulas à singulis oculis auribusque distinguere possimus. Cujus ego auctoritatem in Græcis literis distinguendis ti non sexcentis Radcliffis jure gentium & usucapionibus nescio quibus armatum anteponerem, judicio & eruditione meritò carerem. Et neminem ego adhuc doctum virum & modestum conveni, quin quo doctior esset, eo minus molelle ferret, hoc à pobis susceptum

esse: multosque cognovi, qui cum ipsi propter ætatem & consuetudinem mutare haud posse dicerent, gaudebant tumen alios hac confusione esse liberatos: & spem magnam habebant, homines multo plureis & alacrioreis ad linguam cognoscendam venturos. Ex iis aurem qui Cantabrigiæ funt, qui maximè adverfum nos operosi fuerunt, minimum habent in ea lingua cognitionis: & cum sua eruditione emergere non possunt, in reprehendendis aliorum utilitatibus laudem invenire student. Apud exteros autem eruditi multi, quos nominare possum, qui literis Græcis admodum exculti funt, non tam laudant quasi speciosam, quam quasi onus grave perferunt, hanc totam corruptam pronuntiandi rationem, & quafi Augez stabulum repurgandam esse putant. Quod sanè parum abfuit, quin fieret: & cum omnium penè doctorum judiciis, qui de aliorum studiis rationem ullam habuerunt, perrexissemus, nisi tu cursum studiorum no-Arorum non modò interpellandum, sed etiam interrumpendum decrevilles: & ne progrederetur hoc, curaffes: quod si progressum fuifset, non modo omnibus utilissimum, sed etiam Academiæ nostræ honestissimum fuisser. quibus cum nonnullos in fuperiori epistola recitaverim, quanquam illi tibi obscuri aut ignoti fuerunt, tamen minime mihi pudendum esfe potest, illorum judicium approbationemque sequutum fuisse. Suorum factorum Smithus,

# DE PRONUNT. LING. GR. 403

fi velit, reddere rationem potest: qui quo animo ad exteras nationes abierit, omnes ejus amici, quos scire par fuit, cognoverunt: quantum in sare civili absens profecerit, ne inimivi quidem ejus, si velint, dissimulare possunt. Qui quanquam tibi obscurus & ignotus eft, ut aliis fortaffis illi funt quos tu eximios habes, tamen nobis propter ingenium, eruditionem, multarum magnarumque rerum perfectam acque absolutam cognitionem, in luce atque in oculis omnium est: cui Academia nostra cum de literis agat, primas dare merito illius debet. Certe ego tantum illi tribuo, ut quidin aurem amicis insusuraverit, minime curem : quid utilitatis hominibus, splendoris singuæipsi, ex hac pronuntiatione ducatur, in co credere illi præ multis aliis vellem. Neque tantum mihi quid Oxonia faciat, quam quid facere debeat, cogitandum. Neque minor est Cantabrigize laus, si ipsa ad promovenda studia aliquid querat, quamquam Oxonia eadem retardet: & in hac ipfa te video quid docti apud nos fentiant, & intelligo quid docti apud illos sentire Initia & quasi ortus utilitatum anadebeant. bis politi fuerant: progressiones fructuolas alii perceperunt : exitus laudabiles tu præcidisti. Ut fi quid sit, cur ea quæ florebant, ad maturitatem non perveniant, vitium sit illorum qui res faultas florentesque non modò evertere, sed etiam radicitàs extrahere, atque evellere conantur. An ideo impedita hac pro-กแกะ

nuntiatio est, ne si non impediretur, hones stissime nobis procederet, & indies utilior plaufibiliorque existeret? Reclamantium enim non tanta turba fuit, ut necesse suerit auctoritatem tuam ad tam gravem severitatem descendere. Qui si Roberti Radcliffi unius voce sis excitatus ad recuperatam pronuntiationem funditus vertendam, non tam tua auctoritas severa nobis videri debet, quam illius vana levitas haberi molesta, quod tantum in tali causa momenti apud te habuerit. .aliorum paucorum importunitati hoc condonasti, non tam dolendum te illos melius non nosse: quam moleste ferendum est, illos in me fic literas, fic eruditionem ulcifci voluisse. Qui qualicunque tandem eruditione fuerint caussam meam gravare non debent, neque me in infamiam vocare, quod aliqui quam ego eruditiores funt. Neque enim in eo facultatis meæ, vel eruditionis illorum momenta funt posita, ut vel laudandis aliis hominibus ea abjiciantur, vel vituperandis amplificentur. Et quanquam non ita omnia mea laudem, ut optimè illa dicta putem : tamen nescio cur hæc una de Radcliffo sententia in tantam reprehenfionem incurrere debeat. Eruditio enim mea non in adversarii voluntate jacet, sed in meipso, quantulaçunque ea fuerit, collocatur: ut neque Radcliffo assentiente, aut negante, quod fortasse sextario vini ab illo redemissem, quasi æstus abscessusque maris in

me redundaret, atque iterum dilaberetur. Quanquam enim inter te & illum, longissimum intervallum esse putem ingenii, eruditionis, auctoritatis, gravitatis, eruditio tamen mea. qualis tandem ea cunque fuerit, neque major eo tempore fuisset, si cum Radcliffo: neque minor, si tecum contendissem. Neque obfuisse Achilli Hectorem, neque Ænew Tur-. num putem, quo minus fortistimi essent. Et Diomedes æque fortis, cum Venerem vulneravit, ac cum Martem: & si ex rei magnitudine, non ex hominum imbecillitate res metiretur, æquè fortis Diomedes, cum ab Hectore fugeret, ac quando cum Glauco dispu-Nec mea multum unquam retulit, qualis tandem Radcliffus fuerit, qui meipsum, quod sine arrogantia dicatur, æquè doctum putarem, si à me dissentiret, ac si mecum omni sententia ac voluntate congrueret. Non enim. tantum in hominum voluntate politum arbitror, ut necesse sit aliquid verum aut fassuns ideo magis existere, quia ustatum aut non usitatum sit, cum longe directior & constantior rerum natura & scientiarum linguarumque antiquarum descriptio sit. quam ut hominum libidine ac inscitia non dico depravetur, aut ad abusum inflectatur (id facile fit, & ferè cernitur) sed à naturæ præscriptione, quod in re situm est, alienetur. Atque hic quid initio linguæ nascentis suerat, non disputo, qui non à crepundiis & prima ætate Græcam linguam Cc 3

## JOANNES CHECUS

specto: sed quod in ea florens; varile; vegetum, optimo tempore fuit, id quantum poffum perfequor, & pro firmo, folido & constituto habere cupio. Qualicurque enim ratione lingua à primo robur acceperit, hoc nuno certum nobis & conclusum esse debet, nequaquam per doctos nostros fieri posse, non si infinitis novis regulis totam linguam constrin-Et omnes quas possunt compedes in illam injiciant, ut non aptè & purè loquantur, qui antiquam illam Gracorum formam imitantur. An non Valla in Latinis exagitatus, multique alii in Græcis & Latinis grammatici reprehensi sunt: qui cum regulas quasdam de quibustam rebus constituissent, quod contra antiquorum auctoritatem observassent, firmatum & quasi corroboratum esse voluerunt? Nam cum aliquid in antiquis contra illorum præscriptum invenitur, quamvis tempore, quamvis confensu stabilitum: tamen jaceat necesse est, vel corruat potius, quicquid vel illorum observatione, vel auctoritate est introductum. Itaque nequaquam id nunc quæri debet quid in lingua florente emendare posses, aut quid consuetudini antiquorum dandum esset: dum lingua in populari sermone versabatur, licuisset enim fortasse, si tum vixisses, & illa per otium emendasse, & hæc que nunc pro confuetudine affers, plausibiliter dixisse: & confuetudini liquit in quamcunque voluisset partem .

tem , linguam verfare: fed quid nobis peregrinis, externis, alienis liceat in lingua aliena, artificiosa, stabili, cum in nostra potestate nec sit, nec esse possit. Et in superiori mea ad te epistola tempus à nobis præscriptum est quod & ad maturitatem lingua fuit præstantissimum, & ad imitationem nostram etiam aptissimum, at minus necesse suit te tam alté repetitis rebus, quasi ab incunabulis, Grecam linguam arcessere, & de nascentis lingua statu multum disputare. Quemadmodum si de medio statim loquerer, quod in uno quoque est optimum, ne statim caperere, ad extrema quasi in latebras quasdam avolares. Utsi quis diceret, ad Aquilonem temperationa loca esse & salubriora quam ad meridiem . & Co Hippocratis patriam Ægypto Libyæque antenoueret, station in Commercios quis advolaret. & ibi de salubritate tenebrarum multa dispotaret. Sed mortua ista nostra, nec amplius esse, dicis. Vivunt tamen in libris, vivunt in voluntate ac studiis doctorum, vivuut in animis studiosorum apud nos penè omnium: ut hæc mortua, quia jam non fint, minimè possis dicere: sed quia per te brevi futurum est, ut ista esse amplius non possint: ita enim fortasse non esse, ita mortua esse possint: quemadmodum multis vulneribus telifque confossum aliquem & confectum, non esse dicimus, quia propter magnitudinem & atrocitatem vulnerum diu permanere in vita non po-Cc 4

#### WAS JOANNES CHECUS

test. Sed si manum paululum abstineres, inregrum nobishoc liberumque de pronuntiatione faceres, non nimis gravis & venemens contra studia existeres, videres certe quam tu mortuam, fœtentem, quatriduanam arbitraris, eam non modò vivere, sed vigere, sed serpere etiam. & diversorum hominum animos peragrare, denique etiam alio procedere, Nemo enim inventis frugibus, libenter glande vesceretur: nemo à rebus distinctis & æquabiliter distributis, ad confusionem sonorum penè intolerabitem deficeret : nemo à rebus utilibus & experientia usaque ipso fructuosis, ad inanes infrugiferasque exilitates dilaberetur. Quanquam enim boni & liberales patresfamilias, si magna fames regionem pervadat, non modò libenter triticeo pane abstinent. sed hordeaceum fabaceumque si habeans, eo admodum contenti funt : ubi fames desierit. non modò ipfi non attingunt, fed ne famulos quidem eo pane cibare volunt. Sic in fumma Græcæ linguæ jejanitate, homines avidi quodcunque primum ad manum veniebat, id avidè hauriebant. Posteaquam uberrimos jam & copiolissimos fructus Graca lingua profudisset, ut omnes satiari prolixè possent, sapientes viri tanti facere hane pronuntiationem corruptam debent, ut non modò mancipiis pro epulo non anteponant, sed ne porcis quidem suis quasi siliquas objiciant. Nam mihi qui corruptam hanc & vitiosam, tantopere, quia

ustrata est, extollunt, adulari velle multitudini hominum, & servire aliis, ad utilitatem propriam, non verè & liberè, quantum rerum natura patitur, de rebus ipsis loqui velle videntur. Cur enim non mihi in rebus istis graviter & severè licet conqueri, quo Thucydidem video in rebus non multo majoribus. magna cum voce & dolore profundere, & ignaviam hominum, veritatis dimissionem, lamentari? Quid enim magnum ad Athenien sium Rempublicam de cattero gubernandam afferre posset, utrum Armodius & Aristogiton Hipparchum regem'ne an fratrem regis interfecifa sent? Utrum rex Spartiataum, unum'ne an duo suffragia ferret? utrum Pitanates turma existerett & tamen in iis ipsis graviter exclamat; imus dirunairue@ rois romois à Chronere of ann Islac, मुंद्रों होतों को देखामक महामिक कहाँका ?. Sed hæ res noftræ magnam utilitatem continent. Quanto verius igitur, quanto justius hic exclamare liceret: O' desertam veritatem, à abjectas literas. ô fractos itudiosos, quod ante pedes est, illud confectamur: quod ante animum obversari debet, deseritur. Confusa capiuntur, distincta excluduntur, propria repelluntur, externa affumuntur. Utilia jacent, frivola vigent, antiqua interdicuntur, barbara commendantur. Sic fert quorundam natura, ut indagationem rerum non ferant, sed potius Auporem in defectu sensum admictant, quam celeritatem ingenii ad rerum utilium percep-Cc r

#### DE PRONUNT. LING. GR. 411

tur. Quod si qui contraria rerum facultate polleant num hoc eloquentiæ potius quam eloquentium erit? aut non hominum facultate potius quam eloquentiæ præstantia caussam metiuntur. Ego autem quid certum in re sit. fortasse video: quid certum in hominum voluntate positum sit, non video. Et quum ego doctissima tempora, in que intueri potissimum studiosi debeant, quasi Polycleti statuam proposuissem: tu usum mihi contritum & pervagatum quasi Lesbiam regulam opponis, cuius turbidam fluctuantemque inconstantiam in re perpetua certaque sequeremur. In re enim and optimum elt, quæritur: in hominibus dicitur qued ett. & quum eloquentiæ una forma optima fit, contrariæ autem res in homipibus eniscant, qui eloquentium varietatem ad tempora accommodant, de hominibus loquuntur aliquid, de reipfa parum. Hic pro Cicerone & Ciceronianis si dicerem, disertus offe possem. In quo enim me deficeret vel ratio, vel oratio, cujus imitationem mihi objici, in magna laude duco. Quamquam enim non eò pervenerim, ut illius formam dicendi ne minima quidem ex parte exprimam: tamen quis me reprehendendum arbitraretur. si in dicendo optimo oratori studeam esse quam similimus? Et agnosco certe quam lu, serit Erasinus in nimis religiose Ciceronianos, & joculari orațione in importunos quosdam & & plus justo ineptientes invectus fuerit: ut DOR

#### JOANNES CHECUS

non tam imitationem Ciceronis prohibuisse, quam ridiculam & vitiofam imitationem correxisse videatur. Et cum quidam Ciceronem ita probarent, ut non modò maximè illum præ cæteris admirarentur, sed eum nimis curiose solum probarent, in magno vitio & reprehensione suerant: tum ne illi quidem admodum laudandi funt, qui hoc quod in Cicerone excellens & magnificum est, audire sine fastidio animique tumore non possunt. Atque hic mihi Linacrum proponis, cujus factum potius quam reliquas illius virtutes fi approbarem, vereor ne perinde facerem ut si supploflonem pedis, aut gestum alicujus boni oratoris imitarer, virtutes ejus relinquerem. nam quæ hæc in Linacro animi modestia esse potuit, quia cogitationes animi in Galenum intendebat, sequebaturque quietum Celsi, & fedatum Columellæ dicendi genus, quod in ea arte valere debet, idcirco alias res non laudare modò, sed ne ferre quidem sine aurium convicio posset. In quo mihi perinde placere debet, atque in eo quod cum provecta admodum inclinataque ærate effet, homo studiis morbisque fractus, & morti vicinus, cum sacerdos effet, jam tum novum Testamentum primò in manus cepisse, & ex eo aliquot Matthæi capita perlegisse: & cum quintum, sextum septimumque percucurrisset, abjecto iterum quantum potuit totis viribus libro, juraffe, aut hoc non fuisse Euangelium, aut nos

## DE PRONUNT. LING. GR. 416

hos non esse Christianos, quod ejus factum quanquam judicio in literis singulari effet. quum Italo sacerdote quam Anglo aptius fuerat, si imitari vellem, & si sic omnem vitam vel à Cicerone, quemadmodum ille à novo Testamento abstinuit, judicio & eruditione meritò carerem. Et fecit in medicina tantum quantum alius Latinus illius ætatis quisquam: & quandiu' in medicina se continet; tandiu laudem singularem habet: sin foras serpat, & oratores carpat, videat ne ultra medicinæ crepidam progrediatur. Nam quanquam in transferendis Galeni libris laus ejus est propè singularis: ramen si de acumine & celeritate ingenii disputatur, aut de rebus popularibus graviter & disertè tractandis, in eo si nunc viveret, quanquam doctissimus & judicio in literis singulari esset, tibi laudem concederet, medicinam ipse assumeret. Et tamen cur tam fastidiosus esset in audiendo Cicerone, nescio: illud videmus, omnes quos ille libros de Latini sermonis structura compofuit, exemplis Ciceronis abundare: ut non tam fortasse revera neglexerit, quam animi quadam morofitate videri voluit neglexisse. De scribendo quod mihi objicis, diffiteri non possum, quin in eo quod instituerim, negligentior sim, neque illud quod affequi cupio, semper expleam. In quo si me imperitum atque omissum dixeris, facile concedam, non omnia adesse quæ in mediocriter eru-

### 414 JOANNES CHECUS

erudito requiri possem. Sin sic hoc à me usitatum dicas, ut non aliquid inde fructus perreperim, ut non majorem quotidie uberioremque ad id quod incepi, me percepturum putem ! vereor ut non fatis percipias pnorfem à me hæc scribendi ratio instituta · sit. Mae autem rei culpa esse non potest: si qua culpa est, mea est, non rei: mea negligentia, non rei vitium. Et quemadmodum cum tu mee & hee Anglicum diceres, quod nos quasi bee aut fee sonamus, eadem Latino e, quemadmodum bene me, bene te fonet! in co si quis te reprehendat, demens lit oportet, cum fortallis ad ulum tuum, fortallis ad voluptatem, fortallis ut anis exemplum accurate loquendi des, ista sic afferas! sic ego duum ad meam utilitatem hoc inflituerim, quis conus & æquus tam mihi hoc vitio vertere velit, si usurpaverim: quam condonare, si interdum aberraverim. autem tam difficilis pronuntiationis noftra susceptio, quam tu arbitraris: & multi alil docti ante hac judicaverent, qui primo quoque tempore rem laboriolissimam & difficultatis plenissimam eam esse putabant : postea Moata tantum re & lustrata, facilem & jueundam & utilem elle perspiciebant. Ego vero non de me ipso, nam id quidem fortasse arrogans videri posset, sed de multis qui hodie hujus linguæ studiosi funt, asseverare possim, illos omnem hanc pronuntiationis formam ita tene-

tenere, ut verum literarum sonum, quantitatem, accentum, summa cum facilitate ac fuavitate elequi possint. Nam Tongi & Billi & Aschami, si tibi noti essent, ut alios præteream, ita sentires eos Græcè loqui ac sonare, ut melius & perfectius aliquid non requirores. Omnes enim quorum mediocris elt in hac re consuetudo, que sit . & . . & ... evidens & manifesta discrepantia, & ea non modò momento temporis clarè docetur, fed etiam longè celerius discitur, ut nihil omnino cuiquam metuendum sit, ne in dicendo liteme distrahantur. Nihilo enim magis sapor pro Super. & catera ejusmodi sonamus, quam goon pro gone, aut the eare pro theare, aut mi in ne. pro mine, aut si quid est aliud hujus generis : quod ita facile observatur, ut ne admonitionis quidem egeat. Neque quisquam tam vecers est, quin si intendere aciem animi in hanc rem welit, non facile possit intra generis sui limites sonum aprè ad patrize suze morem, ut in Latinis facimus, concludere: ut non tam necesse sit in istis disquirendis tanto cum animi fervore anesconogen, si quis ea co--gnoscendi, non altercandi studio excuteret. Opimum illud nostrum minimè tibi probari dolco. Arbitrabar enim me translatione hujus verbi apte in co sensu uti potnisse, quum D. tuause à translationibus quidem abhorreat, fed illis quasi luminibus quibusdam orationem dillinxeris. quod equidem ex istac epistola extrema mani-

### 416 JOANNES CHECUS

manifeltare possem, & idem factum tuum es se in quo me reprehendis, nisi honorem Cancellarii fartum tectum habere deberem. quum Opimum vs magni partem aliquam putaverim ficut exile 18 parvi, videbar mihi eodem jure opimum parvo opponere potuisse. quo julticiam vitio. Quanquam enim totam formam & ideam virtutis justitia non complectatur, tamen quia pars eius est. & genere toto continetur, de justitia loqui non pof fum, nisi virtus subesse intelligatur. Sic si quis quum opimum dicat, ideo illudatur. quia non totam magnitudinis naturam expofuerit: in vitio tamen esse non debet, cuth opimum absque magno nequeat intelligi. Ac five ad aliud referantur, & affectorum naturam habeant. five natura fue terminentur, & in aliquo quantitatis gradu locentur, femper tamen sub magni & parvi ratione continebuntur. Opimum enim fine magnitudine definire nemo potest. Et ut in magno ac parvo, sic in opimo ac exili fieri potest, ut non tam natura lua, quam comparatione, spectentur, ut idem & exile & opimum, dum ad diversa confereur, haberi possit. Quanquam quod hic de diversis prædicamentis affertur, tantum valet ac si Dialecticam ignorantiæ opponerem, cum in diversis prædicamentis sint. Quemadmodum enim scientia, sic ignorantia in affectorum relatione cernitur: Dialectica in qualitatis genere continetur. Sed nimis præmecife & restricté mecum agis, cum adomnes : verborum angultias tam severè descendis & fatis mirari non possum, cum Cancellariatus tui dignitatem tam fartam tectam haberi cupias, existimationem scholaris tui abs te tam rutam cælam in tam minutis rebus existere. Ouid autem de literarum nominibus tantopere scrupulum mihi movere oportuit? quasi verò non satis de illis, & quantum quæris, Plato in Cratylo, & in fine Theæteti conscripserit. quanquam si originem literarum alphabeti & nominum rationem subtiliter exquirimus, non apud Græcos nata, sed à Phænicibus & Chaldæis videbuntur esse mutuata. Et verò de quibus quæris, facile patent, & nullo negotio intelligitur, quò quæque illorum fint referenda. nam cur elado, cur illado, cur spinedo, cur upipa dicerentur, folum inter omnes literas caussam reddi posse, Plato affirmavit. A' me verò quoque si opus esset, caussa traderentur, nisi verendum esset, ne quod tu prædicas, curiosius in aliena lingua philosophanti arrogantia quædam fubesle videretur. Illam verò meam de o & a admonitionem quoniam tam moleste pateris, tibi remitto: neque quam simpliciter illa à te posita suerant, memorabo: ne si hujusmodi loca exulcerem, honorem tuum non fatis fartum tectum habeam. Itaque honoris tui caussa neque hoc attingere, & multa in hac epiftola obruere taciturnitate ac filentio studebo. Et ut omnia à  $\mathbf{D} d$ te

te in relationem transferri possent, eruditionem tamen meam in relationem tuam posse cadere, vehementer moleste ferrem. Quanquam enim ea admodum exigua sit, & quamexigua sit, libenter agnosco, & videri eam minorem quam esse magis cuperem : tamen cum multa à te in relationem traducuntur, video si ca relatione constare posset, magnopere abs te esse minuendam. At quod de jungendis diphthongis locutus eram, ebrietatis me penè infimulas. Ego verò satis me sobriè locutum esse arbitror: & nisi quod animo tuo morem gerere volebas, nihil fuisse causæ cur hoc reprehendendum in epistola mea quære-Video enim ædes exstrui, tunicas consui, prandium emi: è quibus ædes non prius sunt quam extructæ funt, neque tunicæ priusquam conficiantur, neque prandium quoque priusquam apponitur. Dum enim fundamenta jaciuntur, ædes non funt, exstrui tamen ædes tum dicimus: cum partes tunicæ deformatæ jacent, & ad fuendum habiles funt, tunica non est, consui tamen tunicam dicimus: prandium dum in macello est, nemo vocat, eò tamen itur, ut prandium ematur. A' fine enim antequam ad finem perveniant, pleraque ferè omnia nomi-Sic quanquam diphthongos nisi nari solent. vocaleis conjunctas minime arbitrabar: tamen aescio cur non jungere diphthongos diceremus, si hujusmodi res in unum aggregaremus, quæ copulatæ diphthongos efficerent, Ideo enim

## DE PRONUNT. LING. GR. 419

Enim junguntur, ut diphthongi fiant. ideo ædificatur, ut ædes fiant. ideo suitur, ut tuninica fiat, & si que sunt ejus generis. Venis ad caput rei, & aliquid ex Theone affers. quod certe, fine reprehensione sit dictum, toti epistola tua anteponi potest, non quod reliquam epistolam non probandam putem, sed quia hic maxime cause adherescis, & probabilitatem aliquam sententiæ tuæ admoves. Et esset quidem aliquid quod dicitur, si recte, si verè, si integrè hic locus efferretur. Sed vide quam multa in eo sint que minus pro te, quam tu arbitraris, facere possint. Primum si tam curiose & conquisité hic agerem, quemadmodum ipse mecum soles, ad punctum omnia revocare, neque hic quid fit a, neque quid non sit, demonstrare posses. Qui enim magis, si auctoritati illius tantum nitaris, as fonandum ut 4, quam 4 ut a magis arbitraberis? Nihil est enim in Theone quod hoc firmare possit, neque cur magis t, justus sic sonus ut a, quam a simplex ut . Sed ita restrictè tecum non agam. Iniqua enim penè est, quamvis ab aliis usurpata est, hæc dubitandi ratio. Sed quis unquam confiteretur. in muis von, aliquando dinguesion hujus nervos esfe posse, cum Anguesor nullo modo, sed imaswher potius existat. In divisione enim quod integrum est, in suas partes, non in alienas dividitur: ut arborem in radices, truncum, tamos dividere potes; in caput, thoracem,

ventrem, pedes dividere non potes, quanquam enim partes separatæ à tota, suam propriam interdum habent vim, minime cum toto cohærentem: non tamen ita separatæ sunt, ut non aliquando potuerint totius esse. mus hujus verbi mosou pars esse non potest. Neque enim in illo Isocratis yeaque name, xerdr idem totum esse cum xarra potest, quia penultima differunt, etiam cum integra funt, nei ve autem partes xaire esse potuerunt. मध्ये रेजर cum महन्द्रेजर partibus & antepenultima convenire non potest. Quòd si longæ brevisque syllabæ in sonando varietatem esse necesse fit, quam nos in omni oratione diligenter observamus, etiam si similiter sonarentur, tamen longitudinis & brevitatis prolatione facile tota hæc ambiguitas eluderetur. Deinde circumflexus ad aliquam modulationem inclinans. fyllabam ipfa fonandi ratione facile, si in sono effet, ambiguitatem omnem proderet. Tum quis putaret leges & decreta apud antiquos, è quibus hoc unum est, voce solum esferri, pon etiam scriptura, in æs incidi, vel in tabulas librosque referri? quàm facile autem teneretur oculis hæc calliditas, si sub aspectum subjecta esset, & scripturæ forma in oculos incurreret? Et cum accentus in sonando antiqui observabant, in scribendo autem recentiores eos grammatici affigebant, neque singulas literas ad plureis usus quasi Delphicum gladium accommodabant: ex accentu in scribendo

bendo fieri a ma faxla potuit: in dicendo aupicola neque ex confusione soni esse potuit. Quid igitur? codicem mendolum esse dicemus? Certe si non esset, non tanti Theon •fophista fieri debet, ut Plutarcho cæterisque doctis in hac caussa constituenda anteponatur. Nam cùm Theon quid non sit potius, quam quid esset, subinnuerit, Plutarchus verò quid esset an planè demonstraverit, quanquam non abjiciendus Theon, nescio tamen cur Plutarcho gravissimo philosopho aliqua ex parte sit anteferendus. Et non intempestive prodisset Theon, si prodiffet emaculatior. Utcunque autem sit. magnæ Camerario habendæ sunt gratiæ, quòd illum in lucem adduxerit, quòd in multis locis corrigendis bonam operam navaverit. Hoc autem condonandum illi, vel potius non exigendum ab eo fuit, cum confusam pronuntiationem, sicut multi alii docti, ut potest, tolleret, & in alias majores res intueatur, ut hanc rem minus sibi, quanquam de erroribus & mendis libri non injuria conqueratur, advertendam esse duxerit, tum quia seriem rei non impedit, tum quia de exemplorum veritate sæpenumero minus laboratur, ubi quæ traduntur regulæ vel certæ, vel planæ funt. Eruditorum hominum laus non in singulis partibus, sed in toto spectari debet, ut non magnum sit, cuivis mediocre erratum perspicere: non parvi sit ingenii, omnia e-Qui enim minutulam aliquam mendare. Dd 3 · parpartem, quam cexeri non adverterunt, corrigunt, & ideo efferre se multum & venditare solent, perinde faciunt ac si sutor cum vitium aliquod in crepida invenisser, meliorem se artificem & periuorem pictorem . Apelle putet. Hoc ideo dico, ut neque non laudatum à me Camerarium, neque nimis mihi ipsi à meipso arrogantia quadam tributuin putes. Nam quomodo in massex duenullor effe posit, non video: in adapted to superposition aptissimè cerno. Quemadmodum autem hic locus legendus sit, queso animadverte: & puta me multas probabiles caussas, quare sic putem, habere, audyreis mossin isu siquemia in 20 मा देल को पंक के मुख्ये के प्रिकृतिकाल , तेपरामार के कि मानason dymodia, trees of to dymunitive, with this meason on , Esw dymoria. Ut audyteis & audy teis fit a Malestor & to Appreheror. In nak Bose enim, præterquam quòd subesse ratio non videtur. nisi hoc quod dicturus sum, arroganter à me dictum effe putares, auderem confirmare in nullo Graco rhetore aut philosopho, qui quidem impressus extat, rodal plestor if ro hippulme esse, usi in heris & scriptura, que sonum imitabatur olim, & munc imitari debet, aliqua discrepantia nut varietas existat. Illud autem putare, quidquid vel à doctifilmo Camerario, vel ab ullis aliis eruditis in publicura producatur, omni vitio carere. & incorruptos continuò auctores exire, nimis credulum est. Nam & qui ipsi libros scribunt auctores, sape .

ne in aligum vitiolitatem propter multitudinem cogitationum imprudentes incurrunt: & qui correctores librorum funt, persepe dum in unam rem seriò intenti sunt, aliam fortalle mente trapseunt: & multi celeritate conficiendi, diligentiam emendandi non rarò antevertunt. Cicero enim cum Achillem apud Homerum worken dictum neget, quem bis indliade sic appellavit Homerus : aut cum Priamum septendecim liberos ex justa uxose habuisse memoret, cum novendecim ab Homero recenseancur, errasse puto: indoctiorem suisse non perto. Memoriæ enim hic lapfus, non judicii fait. & ipse se alio rempore sue admonipero corrigere facile petuit. Neque verò cum Cameranius, cum Victorius, cum Sturmius Ciceronem emendaret, & in nonnellis libris quædam omilissent, ideireo non doctissimè secerunt in iis que emendabant. Neque illi ita quicquam correxerunt, ut interdictum mihi autarent quadam etiam animadvertere. Quid si hoc in tertio de Finibus Ciceronis sic legendum putarem : Nastri verò qued essimatione aliqua dignum sit, non completti vitam beatom putant. Num ideirco Victorius mibi aut Cameraries irascerentur, aut qui in istis corrigendis magnos excepit labores Sturmius stomacharetur, quod ibi deesse Non, abillis animadversum non fuisset? Imò verò magnasiputo gratias agesent, si ego quantulumcunque posiem, ad compunem utilitatem afferrem, & Dd 4 in

#### 4 JOANNES CHECUS

in eo etiam in quo ipsi laborant, aliquid communia studia juvarem. Quid si illud paulo post in eodem libro ita legendum censerem? De pertinentibus nibil est bonum, præter actiones honestas: de efficientibus nibil, preter animum: quis tandem illud mihi vitio verteret, si quia alii multa præclarè, ego hic vellem non modò sic conjicere, sed caussas etiam justas meæ conjecturæ adferre? Quid si ex Cicerone multa hujusmodi, quæ forte alio loco docebo? Quid si ex Herodoto, Thucydide. quid si ex Homero multa adferam, ut nemo negare possit, quin sic sit, ut dicturus sim? Num ideo Camerarius in universum non laudandus ut doctus, & amandus ut adjutor Rudiorum, & colendus ut multorum depravatorum corrector? At ut omnium, ne ipse quidem sibi assumeret, neque tu illi attribueres. Quid illa in Herodoto, ubi in primo Sommiem pro Somnifora, nées pro naisely, revoteumlia pro revotστυμβία, πέρα pro leela, ξμπειρώ pro έμπηρλο legitur. In secundo, cupaza, pro cupuza, numer) pro danior), avegi pro aven, amisa-TE DIO amesane, os ar eiras pro os avenas. tertio πυών pro man, Φιλονικίη pro Φιλοιnh, & cætera hujusmodi quæ ex Herodoto magis quam Thucydide aut Homero propono, quia in eo diligenter se versatum fuisse prædicat Camerarius. Hæc ego cum videam non modò in Aldino codice ita esse, sed in cateris quoque impressis eadem retineri, & ma-

magnam in omnibus sententiæ mutationem existere, quis me arrogantem, quis temerarium dicet, si ista sic legenda esse confirmare possem. Ista cum Tongis & Billis & Aschamis animadverti: & ne me gloriosulum esse in elementis putes, affeverare postum, me cum Tongis & Billis nonnulla loca in Platone. quem habeo non inemendatissimum, in Herodoto. Thucydide & Demosthene, in Homero, Euripide, Sophocle correxisse, & errorem ab illis tenebrasque depulisse. Hic si -mihi doctorum confenium, si usum receptum, fi libros impressos proferas, quid mea isthæc omnia ut non hac verba ita ut legi debent, legenda esse comprobem? Sed quod ad Theonem pertinet, conjecture nostre leves manesque tibi videbuntur, & caussæ nostræ minium favere judicabimur, qui omne quod contra nos facit, tam citò sine ulla deliberatione fallum, corruptum, vitiosum habeamus. Ego verò hoc ita planum me facturum arbitror, ut apertè intelligatur, errorem in libro infignem esse, & causse nihil sit cur vel hoc ignores, vel Camerarius negligeret. Quid enim eo potest esse manifestius, quod apud Laertium in vita Zenonis scribitur, ubi ex Stoicorum fententia, quid applicata fit, oftendit. Ibi enim exemplo hoc αμφιδολίας utebatur, quo etiam Theon usus est, minnels missioner. fignificatur enim iis verbis, partim quidem, dula reis afflices: partim verò. Dds

#### 446 JOANNES CHECUS

minutes millans. Ex hac antem ubi usuata ejupcado, & quo in verbo posta suerit, sacile houer, ut ne ad novas ambiguitates gignes--das corrupta auctorum loca quafi lupanaria consectemur. Cuias verbi tam celebrata fuit omnium sermone ambiguitas, ut minime docti qui in antiquioribus versati sunt, aliud ad ambiguitatem notius ac contritius requirerent. Senventia hac qua à Theone proponitur, decantata in scholis, repetita in progymnasimatis, discentium vecibus jactata, nec tam obfcura mihi ad emendandum, neg tam firma tibi ad nos confutandos esse potesta. Quid verò . si solummodo Laertii dicto contentas. nihil aliud ad loci emendationem adferreng? num aut Erasmi auctoritatem elevare, ant pronuntiationem nostram emendatam imminuere ullo modo debet? Hoc enim idem à Quintibano est Latine expositum, quod est à Theone wacharum, ut non satis tempestive videatur prodiisse, qui te in tantum errorem tam citò deduxerit, nec nobia injucunde, qui cernimus quod contra nos alicitur, id ex vitiolis locis corrogari. Uni autem de ambiguitate Quintilianus loquitur, her verba habet : Alterum est, in quo alia integro verbo lignificatio est, alia diviso: ut ingenne & armanentum & corvinum. Ineptæ fanè cavillationes, ex qua tamen Græci controversias ducum, Inde dwared illa vulgata, cum quæritur utrum enla qua ter cociderit, an tibicina si ceciderit,

# DE PRONUNT, LING, GR. 447

ei, debeat publicari. Hane verò quam ille vulgatam dicit & usu, sermone, exercitatione adolescentium frequentatam esse, nos videlicet ignoramus, & nescio quid ex co novum atque inauditum ad lingua confesionem firmandam animo extruimus. Sed intempestive prodisset Theon, si non tempestive annea Quintilianus & Lacrtius produssent, qui omnem hanc ambiguitatem quasin Theone elt, verissima ambigui explicacione sustulerunt, ut minus nunc tibi laborandum sit, quid deprawati Theones posthac loquantur, neque alii nimis intempestive Theorem prodiisse quasi ante victorism triumphent. Sed fi ad evertendam hanc veriffimam & utiliffimam pronuntiationis nostre rationem fine aliis emendatioribus venisset, tum prodiisset intempestivêş nunc quia non tam nostram sententiam labefactavit, gram adversarios nostros decepit, nequaquam nobis quos non fefellit, fed illis intempestivé prodiit quibus tam inconsiderate impoluit. An' non intempestive potius prodiit Quintilianus, qui tam exeptatam rem, tam elaborate conquisitam, tam apte accommodatam subitò è faucibus omnium confusionis amantium eripuit, ac ne id ipsum quidem quodesse ambiguitate confusum poterat, confufum aut perplexum ne in Theone quidem veltro esse patiebatur. Quid autem, num hoc solum in Theone vitiosum, num solum deprexatum chitio? quid illud apud eundem wing & whit, pro

## 498 JOANNES CHECUS

norms & nive. Et in hoc ipto Theone cum muita sint, cur præponi Chria fabulæ debeat, idque disertis verbis à Theone est positum, tamen à Camerario non est ad Theonis ipsius præscriptum liber emendatus, sed ad Aphthonii seriem potius tractus, ut minus mirum sit cum ea quæ planè à Theone præcipiuatur, noluerit imitari, hæc quæ veritatis speciem propter abusum habuerint, animo transierit. Ad hunc igitur Theonis locum fatis hæc fint. De eo verò quodi proxima penè linea apud eundem est, quid pro corrupta vestra, an pro emendata nostra facere videtur? Ex eo enim 78 n quale fit, & quam ante omnes vocales eandem vim habeat, manifestum est. Quis enim dubitet, si con en ravgos & s'nerravgos, ita germani soni conjunctique sunt, ut auribus in dicendo distingui nequeant, non alium rd a ante e quam ante a aut o fonum retinere. & nequaquam agrestem atque adipatom illum sonum qui in ch profunditur, efficere. Quare Theoris judicio cedas licebit, si modò integrè in Theonem intueri velis, & in illo potius imitando insistere, quam errores & vitia quæ in illum irrepserant, consectari. Itaque cum ratio, cum antiquorum auctoritas tantum valeant, ut ne Theon quidem, si longè intempestivius prodiisset, negare hoc posset, nisi fummo jure mecum agas: & non modò ed anestodoseiv, fed to anestodinacov perfequaris, nimis vererer illud tuum, Ratio quidem fic se ba⊶

habet: sed hoc jure utimur. Quo tandem jure? jure summo auctoritatis ac potentiæ tuæ: quæ si nulla comitatis ac clementiæ adversus subditos moderatione temperatur, minimè mirum est quomodo ratio se habeat, si quod velis pro jure utaris. Ego verò hoc jus quod rationis est expers, quale tandem sit libenter agnoscerem, ne fortè si naturæ regulam & prudentium hominum auctoritatem bomi homines sequerentur, hoc quod rationis vacuo jure quidam utuntur, totum inanitate fua ipsius rueret. Nunquam enim intelligere potui quomodo justa ratione in liberas & emancipatas linguas, quæ ne in doctorum quidem hominum potestate sunt, usus talem auctoritatem exerceret, ut quidvis contra rationem. contra jus & fas in linguam introduceret, & vel constitutas res meliores everteret, vel nascentes res præclaras è medio tolleret. Nam si solum cognitionis finibus teneretur Græcæ linguæ apta & eloquens locutio, tum nos hanc tam claram & utilem pronuntiationem animo folum intelligentiaque conclusissemus: flunc quum nulla nec fuit, nec est antiquior aut melior Græcæ linguæ explicatio, qui ea nos jubent abstinere, perinde faciunt, ac qui juberent me aliquid scribere, sed tamen ut quàm optime & aptissime ad rem scribam, mihi interdicunt. Et si genus ipsum pronuntiationis, in rerum perspicientia & contemplatione solum poneretur, tum certè nequaquam

ad usum aliquem aut actionem ista conferremus: nunc verò cum ideo pronuntiatio est. ut sub actionem cadat: ideo exercenda, quia utilis: ideo colenda, quia antiqua: ideo usitanda, quia distincta est: quis recte putare potest, eam solam cognitione contentam, extra actionis fines excludendam esse? At viami monstras . qua usus nobis minuendus fuerar: & ubi extrema feceris, consilium tandem post confecta omnia mihi das. Ego verò quanquam de hac fera benevolentia tua tibi gratias ago, tamen de consilio tuo sæpe apud me de-Nescio enim quomodo accepturus fuisses, si ullam viam quasi factum meum, non quali confilium tuum institissem. Muki enim fua ipsorum consilia probant, aliena instituta non laudant. & ego fi hoc de cætero fecero quod tantopere probas, vereor ut illud ipfum moderate accepturus sis. Quanquam si iis rebus manus non admovisses, consilium nostrum non modò de aggrediendis, sed etiam de conficiendis rebus nostris, satis integrum fuisset! & non tam intempestive Theon quam ipse prodiisti, qui conatus nostros nefarios videli» cet & intolerandos frangeres, & ne in rebus quidem ridiculis quietos esse paterere. cum initia usus ridicula improbaque sint, tamen hæc nostra modestis omnibus & studiofis primo quoque aspectu placebant. vero & præfractis nihil quantumvis gloriofum placere ullo tempore potelt. Haud scio autem.

## DE PRONUNT. LING. GR. 431

ate ut quorundam animi nunc funt, si ego in perturbata hac & confusa me continuissem. illi ad hanc emendatam se contulissent, ut aliquo modo mihi obviam irent, & abs te impetrassent, ut ad utilitatem studiorum liceret illis in hac nostra, quæ nunc tantopere Dominationi tuæ displicet, versari. Quod utinam illi suscepissent, ut plausibilior ea tibi suisset. & fine hac perturbatione nostra utilitas communis affluentius processisset. Nisi autem aliquid in opinione hominum effet quod in re ipfa non cernitur, neque mea caussa publicum commodum impediri, neque illorum publicum detrimentum importari in Academiam nostram debebat. Hoc verò quod cupis fieri, ut omnes una mente, una voce assentiantur. ne in ullis rerum initiis ne optimis quidem & utilissimis cernitur, in nullisusus fundamentis ponitur: neque si quicquam conareris magnum hoc exfeectares, neque domi otiofus federes, dum ad hoc quod fuscipis, omnes se tibi lubentes offerrent: quad ad usus non modò initia, sed etiam progressiones satis esse debebat, habuimus. Publici lectores omnes congruebant, auditorum tripla pars avidè hauriebat, & quantum illa emendata caperentur oftendunt, quum propter introductam confusam tantopere mœreant, & studium penè linguæ cognoscendæ deponant. Cum verò ante edictum tuum ducentos quotidie habuerim auditores, nunc vix quadraginta habeo, & illi qui-

quidem omnes penè pueri sunt, & qui tutorum fuorum minis ac verberibus adducuntur. Nam illi in quibus studium voluntarium fuit. quique se cum fructu Græcæ linguæ studio dediderunt, ii promulgato edicto, quasi serpente viso pedem referebant: & si quid Græcarum literarum attingunt, illud domi apud se privatim meditantur. Quantum verò est hoc detrimentum, quod quidam in senatulo nostro frequente, non tam honorifice certé quam, ut libere dicam, ridicule dixit: Quemadmodum crepitaculum ad abigendos corvos . he edictum tuum ad absterrendos studiosos esse Medici autem in ægritudinibus lefactum. vandis præcipiunt è duobus medicinis si altera melior, altera deterior sit, deteriorem tamen adhiberi, si hanc ægrotus vehementer postulet: quanto magis nunc utiliorem viam tam ardenter flagitantibus nobis, par fuit te non tam severum erga nos existere? In animis enim Academiæ nostræ hujus pronunciationis fructus ita insitus & consignatus est, ut minimè ulla magna persuasione ad eam retinendam opus sit, si quasi spectator, non quasi actor & judex & adversarius idem esse voluisfes. Omnium enim animi ad hanc nostram conversi, tam ægrè se ab ea distrahi passi sunt, ut lubentes à te omnes omni studio flexis genubus etiam atque etiam contenderent, ut hoc beneficium à nobis non eriperes, ut nos integros & liberos in liberalium scientiarum cultu

capiendo esse permitteres: ut nos quid ratioribus, quid perfuadendo, quid literis possimus consequi, apud nostros valeamus. Quo autem quisque peritior apud nos est, hoc lubentins ad hanc emendatam se adjunxit: & non modò clariorem viam discendi, sed etiam expeditiorem docendi rationem in ea esse animadvertebat. Ignorantes autem quidam, ut famam fibi ex incendiis literarum colligerent, huic nostræ se opposuerum: quorum si consilium aspiciamus, fortunati sunt; quia quod volebant, assequebantur: un doctrinam, tales ferè sunt, ut discere potius elementa quam docere debeant : & de Græcis facilius quam. Græca loqui aut expedire possunt. Eò autem res rediit; ut minime obsideri illam opus esset, aut vim aliquam illi afferri, ipsa se ultre sinc sanguine & sudore dedi-Omnes pene quos holtes nos inventuros arbitrabamar, cos focios & adjutores laboris nostri habuisnus: ut minime illa qua maxime fierisvelles, desideraremus. tamen hunc pacatum tranquillumque cursum D. tua intervertit, & de integro bene conslitutam descriptamque ejus rationem, ad iniquiorem quandam, quia foris ufitata est, formam revocas: & hic nos necessario hærere sine ulla exceptione vis, ut si quid sit quod ad firmandum meliorem usum Di tua requireret, id nunc à te impeditum potius qu'am ante à nobis desideratum suit. Itaque si illa Еe ad

ad expugnandum usum satis fuerant, satis expugnatus à nobis usus fuit. Sin alia quædam adhuc restarent, ea ad usum sollendum verbo effecisses . ut minus de usu conqueri posset: vel si nos sivisses, tacita quadam ac sobria ratione consequuti hoc sine turba ac dissensione fuissemus. Atque utinam certè intempestivior nemo Theone prodiisser, qui quia Græcus & rhetor est, jucundus nobis & pergratus esse debet: reliqui certe qui neque Græci, neque boni grammatici sunt, molesti nobis ac. fermè intolerabiles sint. Quorum voluntatem si potius sequeremur, quam utilitatem studiorum quæreremus, non modò de appellandis, sed etiam de cognoscendia elementis minime angeremur. & de Gracis sonis restituendis aut de externa lingua discenda homines Angli haud sanè ita graviter laboraremus. Sed auum tota ad usum nostrum Græca lingua expromenda sit, ideo omnes vias invenire debemus, ut maximas ex ea utilitates percipiamus, & cum legenda nobis, non etiam loquenda sit, elaborandum nobis est, ut ad usum nostrum quam accommodatissimè lega-Quo rarius autem in fermonem quotidianum hac lingua venit, tanto minus laborandum est utrum ne usitato more loquamur, nec ne, cum non in loquendo, sed in fructu intelligendi tota confistat. Longéque minus mirum est, pronuntiationem nostram cognitionis finibus terminandam esse, cum tota lingua

gua omnisque ejus sermo præterquam in intelgentia nullum usum habeat. Quòd si pauci tantum è nobis Græcam linguam vel ad utilitatem nostram, vel ad honestam animi relaxationem uti vellemus, aut si in scholis legamus, aut domi profiteemur aliquid, quæso. patere eam sic in exercitationem nostram cadere, quemadmodum olim fuit, cum in actione consistebat. & sermone hominum versabatur, non quemadmodum hodie cum in fola intelligentia meditationeque animi conquiescit, Quum autem Turcæ Machymetani omnes tantum in Arabica Punicaque lingua excolenda operæ industriæque consumant, ut omnes pené Orientales nationes ad ejus studium, sient fertur, incendantur: cur non Christiani omnes linguas nostras, Græcam & Latinam sic amplificaremus, ut tum in its elegantioribus, tum in omni vitæ ac scientiæ cultu capiendo anteponamur illis, & omues nostros ad has linguas concipiendas excitemus, omnesque rationes persequamur, quo facillima & explicatissimm, tum ad loquendum, tum ad intelligendum esse possint. Sin tota Græca lingua in loquendo potius quam legendo consistere debeat, quid est quod vereremur, ne quod utilitatis in discendo domi pararetur, id foris in agendo discederet: cum controversiam aut litem de re minime actuosa nemo suscitaret: & quid intelligeremus potius, quam quid loqueremur, quivis quereret. Ante paucos Ee. 2

autem annos, qui inter cæteros latinius loquebatur, habebatur ut arrogans, illudebatur ut rudis : cum id tamen non loquentis vitio, fed audientium culpa exfifteret. tremum malorum est, à talibus hominibus derideri, qui maximè revera deridendi funt, quia quid derident ipsi non advertunt: ut facile odiosi homines in rebus optimis caussas ridendi quærant, prudentes non tam severè ad opinionem multitudinis se toros accommodent. In tota hac caussa autem neque me ego cum cæteris auctoritate ac doctrina confero, neque meos possum aut volo tuis opponere, qui fortasse & ingenio majore sunt, & diligentia acriore, & eruditione uberiore, & tempore diuturnitateque me meosque in studiis anteverterunt: quibus ego cam tales fint, de eruditione magnopere, & de magistro suo multo magis gratulor. Sed quanto quæso fili magis profecissent, & quanto cum minore labore ad id quod nunc habent, pervenissent, si Se ad hanc nostram emendatam & distinctam applicuissent, & in ea mediocrem laborem præ hoc quem caperunt collocassent. Quod si tu tam multis claris & illustribus ornamentis abundans, hoc praestare in erudiendis aliis possis. nt fine magno labore res difficillimas asperasque conficiant, id non tam rei natura, quampropria quadam facultate tua potes: & si ad hanc nostram te adjungeres, emendatamque in manus sumeres, non modò cæteros, sed te-

## DE PRONUNT: LING: GR. 497

teipium quoque, id quad ex eventu metiri pollis, admodum superares. Nunc cum tantum in corrupta possis efficere quantum quisque alius, non statim ex eo fit ut vestra corrapta sit optima, sed ut tu in corrupta sis optimus. Quod si ammi tui caussa velles in nostra. emendata periculum facere, ex eventu metireris facultatem tuam, quam bene in parvorum & adolescentium animis posset procede-Nec dubito quin ad quamcunque partem te applicaveris, in ea me longo intervallo fuperares, sed si in paribus ingeniis, qui eodem. itudio, eadem diuturnitate funt seu unum in corrupta, ego alterum in emendata instituesem immensum penè quantum non propter facultatem dicendi, quam nullam inlignité eximiam mihi arrogo, fed propter pronuntiacio. nis claritatem in codem studio hic illum anteverterer. Nam quum tuus neque ex familiari colloquio inter congerrones disceret, neque usu loquendi quicquam proficeret. & ex libris folum difceret, & oculorum potius quam aurium observatione fretus, in lingua que exiguas, ut nunc comparatur, ad discendum opportunitates habet, cum tædio huc illucque multum jactaretur, non mirum est tot rebus illum retardantibus, si longè retrò ab eo relinguatur, qui loquendo, communicando, legendo, audiendo, parater oculorum acie & aurium comprehensione ad intelligendi celeritasem utatur. & duorum sensuum maximis præ-Ee z sidiis.

# JOANNES CHECUS

sidiis ad discendum paratus instructusque veniat. Oux verò hac tandem studiorum invidentia est, ut aurium sensus, qui ad discendum maximè valet, & ad disciplinas consequendas maximè opportunus est, à Græca lingua discenda quasi inutile quoddam mancipium amovestur? Aut quid jam Græca lingua commerita eft: quæ difficilior nobis studentibus quam illis usurpantibus quum sit, plureis ad illam cognoscendam sensus, majora pressidia, uberiores Rimulos habere debemus, dimidiatis tamen quasi opibus destituitur: & cum duo sensus ad illam fültinendam quafi columnæ admoverensur, fit ut meliore opportunioreque columna auzium detracta, totum Græcæ linguæ ædifieium non modò labefactetur, verum etiam corruat. In quo charitas magna esse non potest. quæ destructa ædificat, non exædificata destruit: & adjumenta importata promovet, non utilitates perceptas impedit, que cum ad unilitatem communem confertur, cum facit ut eo facilius perveniamus ad quod sudando laboramus, tum charitas ædificat, & juncturas partium labantes confirmat. Qui autem in literis ad aliquod magnum pervenerunt, & cateris obstruere faciliorem aditum ad cognitionem volunt, neque quantum cæteri proficere possint, laborant, fed ut ipsi cæteris habeantur doctiores, nituntur, hos scientia magno inflatos tumore facit. qui fastu se præ aliis extollunt, & astu difficultates atque impedimenta cæteris obiicione. Quia

Quibus # quicquam tale prestare per auctoritatem lieet, sequia in excelfo gradu dignitatis funt, ideo fine reprehensione hoc efficere posfunt, illius tamen Paulini memores non funt. Omnia mibi licent; sed non omnia expediant. Non expedit rebus difficilibus obscuritatem majorem offundere, non expedit utilitates communes de medio detrahere, non expedit res nascentes bonas evellere: quia tamen hoc multis viris propter auctoritatem conceditur. ficet certè. Utinam autem quid expediret, quid Academiæ interesset, quid literas promoveret, videremus: ut linguarum præsidiis quam facillime instructi, in ea studia incumbereinus, quibus judicium & eruditio maxime comparantur, quo & tu minus de nobis quetereris & nos minori cum labore ad res graves & utiles perveniremus. Sed duré mecum acerbeque agitur, quum id à me tantopere querkur, ut ad punctum omnia revocem. Primum id nihil necesse est. Melius est enim totius generis natura rem definire, ut ne nimiis angustiis trastationes rerum vinciantur. Deinde Iniquum est, si punctum rei quod indivisibile at fub fensum non cadit, quasi manu comprehenfum non teneas, vagari velle & pererrare, neque ullis certis & propriis limitibus coerceri. Tum id à me exigis, quod auctores optimi in rerum gravifimis tractationibus ad usum non requiremt. Et quod injuriosum -quoque est, cum res satis intelligi possit, ta-Ee 4

men id cupias fieri, quod curiquius ut fiat, vetas: & quod non modò non in nostro familiari fermone, & lingua Britannica, fed ne in alia quidem arte ulla nemo, ne doctiffimus quidem, facere possit. Et cum eo quod satis est, contentus esse debeas, interrogando genus illud curiofum confectaris, quod in inquirenda re ipsa fieri ab aliis non permittis. Postremò postulas, quod à scientia potissimum abhorret, ut res privatas & impartibiles, quæ tub sensus solum solent cadere, scientia & oratione tractemus. Notiones resum communes. & mentis comprehensiones, quibus ea quæ in aures sensusque incurrunt, prima quaque auditione verè integreque judicantur, non requiris. Hæc cum facis, injuriam te gravem mihi facere arbitror, qui linguam eam quam sub oculorum judicium subjectam esse dixeras, quoniam, ut videtur, jam colorata lingua, & non amplius fonora est, eam ita pingi literis cuperes, ut auses tuæ ad minimum picturæ punctum possint descendere. Vestra autem confusa illa, quam præ amoris fervore fertis in oculis, si aliquando ad luum, fensum quasi ad prætorem urbanum caussam diceret, quia tam confuse, tam peregrinè loqueretur, num vincere judicio apud ingenuas aures æquasque posse confideres?, judicem potius quæréret qui illam loquentem intelligeret, quam qui caussam illi adjudi. caret: & qui tetram ejus confusionem emendaret

Maret potius, quim approbaret. Quanquam hac nottra emendata ils qui usum ejus nullum habuerunt, uno aut altero die propter imperitism ejus qui audit, subobscura esse videbitur: tamen si quis judicium de utraque facere vellet, facile statueret obscuritatem nostræ in auditore esse: vestræ autem in re ipsa collocari, & nostram posse mediocri assuefactione. depulsa insolentia, percipi: vestram verò nullo itudio, nulla industria, nulla vigilantia, retenta confusione, posse comprehendi. illa est yanarania, que inani perpetuaque verborum jactatione vocem profundit: quam dum auris quali sonantem capit, mens tamen quali peregrinam, & non fatis intelligibilem rejicit. Et quemadmodum campanæ unum cum sonum edunt, tamen hoc videntur singulis, loqui quod quisque maxime dictum esse vult: sic vestra confusa ita se mentibus hominum offert, ut non quæ sit loquentis mens in dicendo, sed qui sit auditoris animus in accipiendo demonstret, ut facile quid quodque dictum signisicet, lites graves suscitari atque odiosæ rixæ possent. Quo minus mirum est, Prætores qui jus dicunt, tam percinaciter ab hac confusa itare: cum hac fublata, magna multitudo controversiarum, totumque quasi Prætoris grammatici jus tollatur. An non hæc fumma γλωσσαλγίω est, sic te in dicendo versare, sic torquere, ut cum optima verba, gravissimas Ee 5

# A JOANNES CHECUS

Antentias, compolitam orationem afferas, tamen en non auditoris culpa, sed rei ipsius consulione implicata intelligi à nemine possit. com ad infinitum immensumque modum la boraveris, omnes labores, stadores susceperis. tamen minil proficies, in codem luto hærebit. in eadem rerum confusione versaberis. ica? quia pronumeiatio perplexa est, obscura est. confusa est, abfurda est, contra naturam Natura enim hanc vocum, perturbationem, quali valum aliquod chaos, deteltatur: nihilque probat nift quod diffinction, illustre; Muminaum que est: & ejusmedi que sunt, es sensum præsidis ad animum desert: reliqua ne si in sensus sexcenties sua sponte incurrant. tamen ab animo nili ægre molesteque percipi non possant: ut in its inamis quedam inutilisque γλαστικήτα fuscipiatur, que ψυχαληποία ή immanem quandam & importable lem secum propter confusionem apportant. Utinam verò rozodaidurio, & fenorum porius exstuendorum artificium abs te ad refusia elaboratum fuiffet, quam hæc in animo akanukhi illo. & in sensibus dinayid ad ingenii tui venditationem laudata celebrataque fuisset; dici non potest quantum dignitatem tuam, literarumque amplificasses, & animos studiosorumi auxisses simul, & Academiam tuam florentem selicemque retinuisses. Ego verò quod ad me attinet, quanquam multis de caussie beneficium abs te me accepturum elle potius sperabam 4

# DE PRONUNT. LING. GR.:

bam, quam ut sic fermone, epistolis, convide cioque tuo jactarer: tamen mea caussa memadmodum positim patior, literarum verò caussa peracerbe & permoleste fero. Et cum medici partes susceperis agendas, illud non moleste serendum, fed lamentandum elle, medicinam te name studiosorum fanitati recuperande utilem, angue fenfuum perceptionibus fuzvem, neque tali tamque perito medico, qualem to findierum futurum putabamus, admodium diguam: fic fecifie aut potius ad internecionom literarum venenum offerres, ne linguæ nimie florerent. quam ut falubritatem lingua & adjumenta fludiorum promoveres, ne studiosi nimis animum Nescio antem quales tandent desponderent. illi medici vocari debent, qui dum parti confulunt, totum corpus labefactanti. Hos video a dum populari venuolaque abulus vanitati lervire Rudes, dum quibusdam, qualescunque tandem fint, morem fempergeris, totum Graez linguz corpus, omniaque studia nofira in discrimen periculumque vitæ ac salutis vocata penê exanimari. Utinam autem eum diens aliquando videam, cum talem te præstes, qualem ego fuille semper arbitrabar, ut non mitasa fludiorum forma contentus, fed utilifima verissimaque ratione delectatus, optimama facillimamque eruditionis consequende viam nobis invenires, & ad omne literarum genus maximis optimisque com præsidiis animos nosizos incenderes, & ad copiditatem discendi ani-

# 144 JOANNESSCHECUS

animi tui propensione inflammares. Utisam pro hac mediocritate ingenii, itudii, ac ætatatis mez, si nullam magnam beneficentiam. id quod non require, sakem verborum benevolentiam, quod exignum est, consequi posfem: aut si minus consequerer, ut acerbitatem aliquam dictorum contra me tuorum, too nihil minus/petere possum, interdum sakens velles minuere. Ucinam pro magnitudine eruditionis, consilii, auctoritatisque tuz, id quod in aliis ferè caussis facis, sic hac abusione, quæ in consueudinem cadit, relicta, magis quid antiquum, quid utile, quid præstans. quid distinctum sit veritatis regula, non popuhri licentia metiseris, nec nimis te ad censum animi tui in iis vulgaribus & pervagatis rebus communibusque accommodes. Multo minus hoc à me jam peteres, ut resipiscerem, qui ante feptennium in pronuntiando resipui: nec hoc tantopere laborares, ut ad Babylonicam hanc confusionem quasi canis ad vomitum redirem: & ego magis distinctè resipiscendo studia juvarem, quam confuse desipiscendo à te laudarer. Et quum mea fortasse culpa magis quam beneficentia tua, nullum à te unquam quod sciam, nec re, nec verbo beneficium acceperim, à cæteris autem nullo meo merito. fed illorum perpetua benignitate innumerabilia capiam: cuperem tamen in primis ut quod illi vel gratuita quadam animi inductione erecti, vel parentum' meorum amicitiæ copulatione com-

# DE PRONUNT. LING. GR. 448

common, in maximis gravifilmisque caussis meis perpetuò fecerunt, id vel mea, vel parentum meorum, vel literarum, vel benignitatis tuæ, vel æquitatis caussa hoc mihi minimum seriò petenti in rebus sevibusque ridiculisque semel concederes. Da mihi hoc primum petenti, ut literarum ingenuarum curfus liber sit: ut quantum auctoritate, quantum rationibus vincere posiumus, tantum obtinea-Da tempori nostro, ut non omne pe-Da Academiæ nostræ, ut floreat. studiosis, ut utilitate maxime expetita fruantur. Da emnibus, ut non quanto maximo jure potes, auctoritatem tram interponas, ut de severitate edichi aliquid remittas: ne nostra omnis fres, que sublevationem studiorum à te adhuc exipectat, inanis irritaque fiat. Illorum importunitas, qui ad liblationem studiorum emnino spectat, apyd te nimis valeat. ommes nos hoc uno beneficio tibi perpetuo devincios, nostrorum animos ja-centes excitabis, Regiam beneficentiam promovebis, & in re facillima, nobis gratiffima, in studio tibi noto, nobis utilissimo, in Academia auctoritati tuæ subdita, nobis charissima, omnes honestos, studiosos, literatos, maximo & sempiterno beneficio tibi constrictos obligabis: & Academiæ honeflius, literis utilius, mihi gratius facere nihil unquam poteris. Et omnem hujus recuperatæ restitutæque linguæ fructum tibi refere-

# 46 JOAN. CHEC. DE PRON. LING. GR.

forenus acceptum, ut beneficium hoc literatum per te conservatum auciumque habeamus: & quod tantum ad rem stabiliendam desideratur, in quo privati homines non vatent, id auctoritate tua ac memorabili in literas voluntate sirmatum constitutumque sit: & omnes literarum amplitudines, omnes honotes tuze incredibili bonitati tribuantur.



STE



# STEPHAN. VINTONIENSIS

EPISCOPUS,

CANTABRIGIENSIS CANCELLARIUS.

JOANNI CHEKO,

ARTIUM MAGISTRO, LINGUÆ, GRÆCÆ PROFESSORI CANTABRIGIENSL

infumerem, dum hominem fastu & arrogancia turgidum, su judicio ( ut Paulus ait ) jam subversum, ad fanitatem reducere ratione contenderem & argumentis, quem non infusione illi, sed scripturæ facræ admonitione, id quod video accidisse, ut operam omnem & cleum frustra insumerem, dum hominem sastu & arrogancia turgidum, suo judicio ( ut Paulus ait ) jam subversum, ad fanitatem reducere ratione contenderem & argumentis, quem non nisi ipsa auctoritate compescere queas. Ego verò Che-

#### 348 STEPHANUS VINTON. EPISCOP.

ke, non necesse putavi omnia pro meo jure agere: & quam mihi tacitè exprobrabas ignorantiam, aliqua ex parte purgare volui: ut intelligeres me non tam ex imperio magistratus, quam certo animi judicio pronuntiaffe de sonis: sanè si consilium quis spectet, non omnino imprudenter: si rei exitum & eventum (ut quod verum est fatear) non satis feliciter. Te enim, ut video, commovi nonnihil: eausam verò quam agebam, apud te adeò non promovi quidem, aut quantum ex scriptis conicere liceat, spiritus illos tuos, quos minuere cupiedam I auchos jent nominil & accumulatos esse intelligam. Mihi respondes ad omnia. quare (si licet barbarè loqui) religio est tibi verbum ullum prætermittere meum, ut videtur, fine responso. maluisti dicendo nihil dicere, quam tacere. Addam etiam hoc. simplicius fortaffe quam velles, sed verius. eracifat nimium tua loquacitas linguae Græcæ professor. omnia fide Gracca trahis ad calumnism. scriptis nostris sensum affingis gignendis verbis commodum: arque hoc Græce. Tuorum verborum oblitus, interim Debarchari verbam parum honorificum mihi adscribis: interim, sed paulo post its ais: Ego verò me intra modestiæ fines continebo, neque unquam ita loquar, ut D. T. verbo. displicussfe velle videar. non satis Græce hoc (cavisset enim Gracus suum mendacium oblivione prodere, ne tanonam forex suo indicio periret.) Ego-

Egone verò in quenquam debacchari soleo. vir bone? scripsisti seorsum ad meum sacellanum, te modestiæ fines conservasse, ut quodam quasi præjudicio animi mei sensum obtuitderes, ne virulentiæ tuæ venenum eleganter, ut tu putas, concinno verborum apparatu tectum persentiscerem. Istæ scilicet sunt tuæ, quibus abundas, doctæ facetiæ, quibus me hominem stolidum & stupidum perstringis, sed, ut tu vis, urbanè tamen: cum ego contrà te rustice aggrediar verbis apertis & rudibus, fastum & arrogantiam objiciens ac impudentiam, atque adeò nunc etiam vanitatem Græcam. Confiteor meam in verbis inopiam, Cheke: & vicissim agnosco copiam. res nudas pro mea facultatula profero: & quod mea auctoritas tuetur, liberè & incunctanter quod fentio eloquor. veritatem res ipfa confirmat: libertatem defendit mei muneris prærogativa, quam tu sine arrogan:ia & fastu non serendo. imitari non queas, sed tanquam parenti aut patrono eum honorem haberes, quem leges tum divinæ, tum humanæ decreverunt: hoc est, ut rem verbis temperares, & rei atrocitatem, si quam facti veritas suggereret, orationis modellia mitigares tamen. Hoc, a quid tibi esset judicii, me tacente perspexisses, aut me admonente didicisses tandem, nec pari mccum jure contendere ausus esses: videlicet ut quæ mihi libertas in te competeret, eandem rursum in me tuo jure vendicares, & in Ff digni-

# 450 STEPHANUS VINTON. EPISCOP.

dignitatis mez nomen tam petulanter luderes: quo sanè modo existimationem tuam sartam tectam jure conservasses: cum contrà nunc dum eath rutam cæsam, accitis per inscitiam vocabulis, dicere voluisti, Hactenus quidem certe fecilti planum, quam nullo delectu verba congeras, & quam parum intelligas quæ Joquaris. Alibi dicis, nolle te auctoritatem meam tua oratione minuere: & tamen eodem loco subjungis, Auctoritatem absentis Cancellarii qualis sit non intelligo. Vide, quæso, eloquitio hæc, (qualis sit non intelligo, &c.) Hunccine sensum referat, nullam esse absentis Cancellarii auctoritatem judicio tuo. tio sententiam Latini sermonis, ut ostendam te, quod loqueris, non animadvertere, sed in verborum numeris totum occupatum esse, & ajentia negantibus fine delectu confundere: & quod de dicaci quodam dictum est, malle eum amicum quam dictum perdere, idem profectò tibi usu veniet, ut si quid alicubi numerose scriptum legeris, id statim ad sermonis yenustatem infarcias, parum curans quàm appolitè & aptè sententiam referat quam spectares. Non funt hæc à me in te male, sed bene dicta, Cheke: funt enim vera, & ab eo prolata, cui hæc libertas jure competit, Cancellario nimirum in scholarem: neque ea extra caussam etiam, ut que in retundenda arrogantia potissimum consistat, quæ una innovandis apud vos sonis occasionem dedit: quaque fubla-

sublata, omnis hinc contentio facile evanesce-Itaque ridiculè mihi acerbitatem condonas, in qua injurius esse non possem, ni modum excederem; à quo tam longè absum, ut citra fines legitimos magno intervallo pro mea lenitate hactenus constiterim. De animi mei morbo non est quòd queraris, quin literis tecum agere non sim gravatus. Animi vehementiam, quam magistratus suo jure in te exercet, eam in chartls confumere volui: in quo nostram naturam, non aliorum consilium Diligentiam in te nunquam refum fecutus. prehendi. Quòd verò polt menses respondisti, ideo notavi, quia post moram, post tam longam deliberationem etiamnum pergeres tam stultam rem, tam levem, tam ridiculam denique seriò tractare, & multas bonas horas in re frivola malè collocare. Liceat quidem in riugis nonnullam olei jacturam facere, fed modicam: concedatur nonnihil affectui, fed in re fubitaria, ubi nulla, aut minima sit intermissio, dum calet animus, dum fervet bilis. Levat enim animum præsenti ægritudine aut in chartas aut in verba effusa molestia. At verò fluititiam, quæ alioqui tempore concoqueretur, scientem prudentem acciris ultro & quasitis fomentis alere, & retinere, quæ tandem dementia est: id quod in te notandum & reprobandum putavi. Itaque ego quicquid in hac re facio, fabitò facio, ex tempore facio, nulla, aut certè minima præmeditatione Ff 2 aut

#### 452 STEPHANUS VINTON. EPISCOP.

aut cura. Sed quicquid in calamum ceciderit, id exprimo: modò ab eo quod propolitum lit, non abhorreat. Propono autem mihi arrogantiam, stultitiam, temeritatem tuam, nuncque adeò vanitatem etiam, ut idem sæpius repetain. Huc nimirum status causse deflexus est. Nam quod ad infos fonos pertinet, animus fuit corum rationem, nisi quatenus usus commonstret, in hanc aut illum partem non expedire, ne tuam videlicet arrogantiam imitarers tantum consilium, consusam eam, perplexam, involutam, dubiam, ambiguam, ostendere. usus auctoritate, comprimere te volui: ad cuius confirmationem citavi Theonem (Joachimi Camerarii opera purgatum. quem ego Camerarium, Cheke, non honoris caussa nominavi, ne erres: scio enim qualissit, & tibi non esse ignorum, arbitror) Putabam certè illius nomen apud te multum valere debere, quòd Melanchtoni, quem tu tanti facis, & ego te arrogantia fuperare video, in nonnullis longè inferiorem esse, sit multis nominibus conjunctifimus. Sed Camerarii in Theone lapfum humaniter excusas, ne quid homini per te labis inferatur. in quo non paulo illi clementior es, quàm mihi fueras dudum, ut qui illius erratum in Theone, magnorum virorum exemplo, eleves: cum simile quiddam in me ferre nullo modo potueris. At verò ego cum Camerarium in aliis caussis gravioribus, cum multorum pernicie, lapfum videam, in Theo-

# DE PRONUNT. LING. GR. 453

ne tamen explicando, rem acu, quod dicitur, retigisse contendo. Tu verò insultas, quass nostram ignorantiam exprobras, qui non legerimus Quintilianum, non Laertium, ex quibus corruptum infeitia Theonem facile liceret repurgare, & restituere. Me tamen non visnimium gravare: fed aliquam culpæ partem in eum confers qui mihi indicavit. Hoc scilicet facis pro tua modestia, & tacite fingis mihi tanquam pragmaticum aliquem, qui argumenta suppeditet, & litis quam tecum exerceo instrumentum suggerat. Sed nemo ad Theonem, qui artem Rhetoricam tradere professus, que usui discensibus esse posset, hum jusmodi exemplum de amphibolia protulit, munters &c. que verba si in mun vers divisione facias, fensum nullum ambiguum referre queant, cum non sit verisimile, nec natura rei conveniens, ut aula quæ ter ceciderit, fit publicata. Ad ea enim que rarò accidont jura non adaptantur, nec major in verbo with rels amphibolia esse poterit, quam in eo quods apud pueros inter ludendum proferri solet, Ma. gifter comedit ancam: ut magister dividaturi in magis & ter. moum autem si dividas, mens & cogitatio in alterutrum fensuum; qui his vocibus subjiciunt, exposita, facile errare poterit, & ambigere. At verò ubi senfus ab insis rerum argumentis tam longè remotus fit, ut venire in mentem non facile possit : aut commemoratus à communi sensu tam sit atienus. Ff 3

# 454 STEPHANUS VINTON. EPISCOP.

ut non sit credibile de co sensisse eum qui primus id elocutus est, quænam quæso esse in verbis amphibolia poterit? Nam anod allegas. inter mosen nei mais son manifestum discrimenin scriptura patêre, id etiam evenit in aingreis, quum conjunctum uno tantum accentu notetur, divisum verò duobus: & quemadmodum neglectus in notatione accentus huiusmodi amphiboliæ occasionem dare poterit, ita etiam in messes id posser accidere, ut propter communionem fonorum ve e red vice es tum demum receptam alterum alterius locum scribentis injurià occuparet. Adeò in istis sive audantele dividas, sive matien, in verbis ipsis potius occasio amphiboliæ est, quam ipsa amphibolia. Neque enim fine errore aliquo five legentis, sive scribentis, sive proferentis esse amphibolia ulla poterit: error autem pari facilitate in alterutrius divisione possis incidere. Et sensus ambiguus, quem Camenarius desendit. promptus est & expositus: iste que in tu affers. planè ridiculus. At enim inquies, Sic habet Quintilianus. Fateor Quintilianum hominem Latinum, Gracorum in tradenda rhetorica vanitatem irridentem, eosum amphibolias ita. recensere, ut non ad utilitatem ficte, fed ad ostentationem sine omni fructu excogitatæ viv deantur. Quod autem Laertius ait, ausuris missioner, probat to auxingle dividi posse: & fateor quemadmodum suprà dixi, magister. Sed: Theonem video relictis longis logis & metilibus

# DE PRONUNT. LING. GR. 455

bus exemplis superiorum rhetorum aliquid ad usum præsentem afferre voluisse, & ab eo ingeniose & cum aliquo etiam sensu accommodo, & ab usu rerum non abhorrente, amphiboliæ exemplum positum in his verbis, winnele meson, &c. quid Quintilianus in Gracos ludendo dixerit, quid mea? quod reperio, amplector cum præsenti usu consentiens. Istas vestras ariolatrices restitutiones pari qua profertis facilitate contemno (An lex edicat, ne fæmina sit tibicina, an in tibicinam quæ deliquerit, pænam irroget, ratio fert ut ambigatur, de domo que ter ceciderit: rarior est cafus quam ut de ea legislatorem cavere voluisfe, quisquam debeat suspicari: nisi forte aulam pro olla accipiamus: atque ea testacea, que vel semel collapsa acque contrita, publicis itineribus reficiendîs esset accommoda, Itaque manet etiamnum pro usu Theonis teltimonium. ut affinitatem is au va) voi e, ostendat. Objicis tu in Theonem quædam, sed quæ nondum probantur. Non enim decantatam illam, cufus meminit Quintilianus, dignæ quæ rideatur, actulit in medium Theon, fed fua nova divisione in mexico facta, ulti errore haud dubie amphibolia fiat, sed simili ei qui in wintele possit accidere. Hoc me male habet, ut invitem te alicubi sentire cum Camerario, à quo cupio in quam pluribus ut latissime dissentias. Et tamen ut video, meis optatis non acquiescis, ne ut resipiscas quidem: & ego vicissim Ff 4

### 456 STEPHANUS VINTON. EPISCOP.

tuam petulantiam non fero. Hactenus ab amicis dissentiens, animo meo morem gesti, ut tibi nonnihil responderem, atque ita responderem ut intelligere posses: quam contemnenda ducam quæ tu tanto cum apparatu post communicata cum congerronibus tuis consilia tandem exhibes. In quo diligentiam tantam eatenus improbo, quòd in re tam nihili sit infumpta: Incumbe diligenter fuscepto muneri. ut regiæ majestatis stipendium demerearis: repone diligenter quod arrogantia decessit. Pauciores ad lectionem conveniunt, ut audio. quam folebant: hoc ideo accidere puto, quia te multi ex tuis non intelligant, cum ex usu communi nunc pronunties: ut planum sit quam inutiliter tua pronuntiatio illis cessisset, si in aliam quamcunque regionem studiorum causa commigraffent Nimium audax fuit tua temeritas, mihi crede, digna, ni resipiscere cæpisses, in quam regia majestas graviter animadvertisset. Hactenus laudo Smethum tuum. quòd cum proximè apud me esset, fassus est se utranque pronuntiationem præstare posse, nec quem offendat pronuntiatione. Nosse enim vel balbutire, modò idem, si quando usus sit, expeditè loquatur, etiam laudi dandum est, juxta illud, Debitor enim sum stultis & sapientibus. Omnis temeritas in actione publica est: quam ego & jam absens tuebor, utcunque tu eleves Cancellarii auctoritatem. Præstiterit multo linguam Græcam cum fuis fonis exfula-

## DE PRONUNT. LING. GR. 457

re omnino, qu'am ut juventus te preceptore arrogantiam, temeritatem & vanitatem imbibat, pestes ad omnem reliquam vitam perniciosissimas. Non sunt hæc literarum vitia, sed hominum, scio: cæterum ne culpa in has derivetur, eorum est prospicere qui bonis literis ex animo bene volunt, & verum ex his fructum ad publicam omnium utilitatem succrescere cupiunt. Tantum est, tu sungere tuo munere diligenter, ne quid in te desideretur vel quod ad publici Prosessoris solertiam, vel modesti scholaris officium pertinere videatur. VALE. Londini IIII. Septembris.



Ff , JOAN-

# TOANNES CHEKUS

REVERENDO IN CHRISTO PATRI AC DOMINO.

# D. STEPH. WINTONIENSI,

AC CANCELLARIO CANTABRI-GIENSI.

🔀 🛠 🕸 uum ea te eruditione ac ingenio esse Mintelligam, Præful ornatissime, ut non modò videas quid in quaque re sit dicendum, sed illud etiam possis omnibus eloquentiæ numeris-exornare: tum ita femper de te judicavi, tt quanquam animi tui magnitudine præfractos homines contumacesque repelleres: tamen ea rursus moderatione humanitateque esses, ut humiles supplicesque homines minime aspernareris. Quanquam enim de præterito facto meo, ratio mihi necessariò tibi reddenda fuit, ut intelligeretur nequaquam nihil fuisse quod nos ad illius negotii susceptionem impulisset : tamen de cætero cum pro meipso quantum debui mediocriter respondering, in animi tui septitate ac favore vellem

acquiescere: & etiam atque etiam abs te precari, ut tantum mihi in hac petitione mea favoris adhibeas, quantum moderatio tua facilitasque solet aliis in rebus multo gravioribus tribuere. Ego cum omnem pronuntiationis nostræ rationem sic in auctoritate tua positam constitutamque esse videam, ut vel arbitrio tuo funditus tollatur, vel' humanitate quadam animique tui moderatione reliqua esse nobis adhuc possit: contenderem abs te, ut auctoritate tua totum hoc nostrum pronuntiandi institutum, quod bona cum venia, animique tui assentione fieri posset, firmaretur. & ad nostras non nimis sanè iniquas petitiones velles te paulum modò inclinare. Hoc fortaffe durum ac penè iniquan tibi videbitur, ut abs te requiram: sed tamen bonæ justæque causæ satis multæ funt, cur ab hac petitione non abhorrerem, & tuam benevolentiam erga me perichtarer. Nam cum, quantum acerbitas, quantum sevenitas tua valeat, sapius literis tuis expertus fim, & auctoritatis tuæ pondus fatis fæne testatus sis: nunc contrà cuperem aliqua benignitatis tuæ ac facilitatis, parte, illa. graviora ac molestiora aspergi, ut severitas tna ad audaciam adolessentum, si quæ fuit, & arrogantiam contundendam pertineat; humanitas autem tua ad res bonas utilesque constituendas & confirmandas valeat. Quæ autem maior laus humanitatis tue esse potest, quam. quos auctoritate superalli, cos comitate tibi de-

devincire? & quos jure tuo subigere possis, eos benignitate qua folutos liberosque facere? Ad arrogantiam nostram reprimendam, ad animos nostros minuendos, satis est quod auctoritate tua depulsi de gradu dejectique sumus, neque ullum in nobis ad res nostras recuperandas præsidium relictum sit. Cum autem edictum tuum hoc propositum habuit, ut arrogantiam quorundam coërceret, illudque ita iam sit effectum, ut non modò arrogantes atque elati, sed dedecore ignominiisque fracti atque abjecti sint, præclarum sanè & tua auctoritate dignum feceris, si ita totam hanc caussam temperaveris, ut edictum tuum non ad rem ipsam delendam, sed ad quorundam ferociam refrenandam sancitum fuisse videatur. Omnes hoc sciunt, te posse id quod incaperis. fumma cum auctoritate retinere: intelligunt nihil necesse esse te aliquid relaxare: & tanto major dignitatis amplitudinisque tuæ splendor erit, quanto magis libera quadam voluntariaque animi inductione hanc facultatem nobis dederis: & me, quem contempsisse poteras, aliquo tamen in loco numeroque habueris. Etquum in literis tuis eruditionem perfectam, ingenium acre & magnificum, voluntatem etiam nobilem ac præstantem vidimus, qui comis, qui benignus erga cæteros mitisque haberis, impartire mihi aliquam morum tuorum suavitatem: & in re tibi ad concedendum facillima, me nec opinato, gratiffimo

tissimo tamen beneficio humanitati tuz devin-Dici enim vix potest quam incredibile beneficium me abs te accepturum putarem, si quod verbo præstare atque efficere possis, in eo reipsa possem tibi gratias agere, ut etiamsi pronuntiationem nostram non ita probares, nos tamen in nostro dicendi genere esse permitteres, & ad illud fahem quasi conniveres, deque ea nempe ridicula minus laborares. Auctoritatem tuam hoc non minuet, sed amplificabit potius, si qua auctoritate suttulisti, eadem auctoritate rellitueres: ut dum auctoritatem tuam in omnes parteis valere videamus. non modò te propter auctoritatem admiremur, fed etiam propter humanitatem diligamus. Dignitati tuæ quam plurimum accesserit, fi cum auctoritate nos superaveris, viceris, everteris, nullamque rerum noltrarum fpem nobis reliqueris: tamen arrogantia nostra non modò fracta, sed dissipata etiam, plus abs te quam sperare potuimus, voluntate & benignitate tua obtinuerimus. Cum autem innumeris me beneficiis posses afficere, tamen si multis magnisque ad vitam degendam præsidiis me sublevares, & optima plenissimaque sacerdotia tribueres, ut nunc sum certe, quanquam illa sicut debeo omnia magni æstimem, plus me obstrictum obligatumque teneres, si hic me liberum solutumque esse patereris. Et cum in hac re neganda petentiæ tuæ magnitudo appareat, in ea concedenda humanitatis tuæ lumen emineat.

neat, tanto laudabilior humanitatis tuze oftensio erit, quanto potentiam communem cum multis aliis, humanitatem cum paucis eximiam & singularem habeas. Mea certè ignominia in hac caussa cum sit, & aliqua infamiæ macula conspersus cum sim men tua permagna laus & commendatio ad gloriam erit, in quo posses vincere, in eo sic te gerere, ut quædam quibusdam condonare veile videaris. Cum verò auctoritate, eruditione, ingenio me vincas, precor ut hic facilitate, clementia, largitate cæteros superes: & hoc mihi voluntate tua benignitateque concedas, quod auctoritate fateor auferre abrogareque possis. Ego verò profiteor me abs te hoc beneficium sic accepturum, ut cum absque famma benignitate, comitateque tua hoc non obtinerem, tamen hoc singulari voluntatis tuze testimonio incredibiliter me à te auctum adjutumque putem. Quod si modestè rem non tra-Claverimus, aut si non ad eruditionis progresfum, fed ad oftentationem abusi simus, non recusamus quin hoc quod concesseris, possis rescindere, & nos à nostro dicendi genere iterum abstrahere. Sin nunc in tam exigua levique apud te caussa ita nos negligas, ut quanquam scholastici tui simus, nibil tamen obtineamus, & in rebus tam minutis repulsam patiamur; quem tandem animum in rebus majoribus habere debemus, aut quam spem concipere tuæ vel mediocris erga nos voluntatis pof- .

# DE PRONUNT. LING. GR. 463

possumus? Quid autem vel levius mihi ad actendum, vel facilius tibi ad concedendum, vel humanius tibi ad largiendum esse potest? Non peto ut mea caussa labores, sumptus, curas, suscipias, quod ne debeo quidem abs te impetrare: tantum ut concedas, assentiaris, annuas, voce aut nutu significes, vel ista te permissurum: vel quod minimum est, neglecturum. Ego autem me sic observantia, studio, officio erga te geram, ut intelligatur me hujus benignitatis tux recordatione fruiturum, & te hoc benesicium nequaquam in ingratum aut immemorem contulisse. Dominus selus D. tuam nobis diu servet incolumem.



# STEPHAN. VINTONIENSIS

EPISCOPUS,

CANTABRIGIENSIS CANCEL-LARIUS,

## JOANNI CHEKO S.

🎘 💢 🕸 uod à me per literas tam vehementer efflagitas, Cheke, si ejusmodi esset, in quo tibi aliquo tuo cum commodo, fine omni existimationis meæ jactura satisfacerem, facilè concederet precibus tuis ingenii mei indoles, in humanitatem & benignitatem femper pro-Neque enim in vita hominum jucundius quicquam benevolentia duco. Ac omnium si fieri posset, animos & amores, data ad hoc opera, conciliaverim: adeò nec labores, nec sumptus effugiam, curasve detrectem, quibus hominum in me studia flectere, mihique adjungere posse sperem. Et utinam durum modò esset quod petis, ut meam benevolentiam non frustra pericliteris. Sed dum tuo affectui obsequeris, quid me fiat, (ut ille inquit) ne-gligis. Quid tandem, obsecro, de me homi-

## Steph. vint.episc.de pr.l. Gr. 46

nes aut loquentur, aut fentient, qui edichum in publicam studiorum utilitatem, publica auctoritate, atque adeò jurisdictionis perpetuæ causa propositum, in gratiam privati, precibus videlicet delinitus, abrogem atque rescindam? si non est publice utile id ut facerem. ego' ne precibus darem locum magistratus publicus? sin est, haud potest honeste tibi concedi quod publicæ utilitati fuit denegatum. Quod à me contendis Cheke, illud continet. ut gravissimam in meipsum seram sententiam. Quicquid nimirum à me hactenus in sonorum caussa factum fuerit, id omne non ex certo animi judicio, sed temeraria quadam animi libidine profectum esse, scilicet ut vos luderem aliquantisper ad Mitionis Terentiani exemplum, & nunc tandem vestrûm misertus, cum animo meo gesserim hospitem, qui juvenis animum ipsa commemoratione conturbarat, dicam abiisse. Præclarum verò specimen Cancellariatus mei, & pulchrum principium darem adveniens, si in edicto ferendo quid possem pro imperio, potius quam studiorum ratio à me postularet, cuperem ostendere. Ego verò Cheke gravissimis rationibus adductus sum, ut publicum in sonis concentum, Edicto desenderem. Et in eo quoque judicium meum sum secutus, non ex ipsa sonorum exactiore disquisitione natum, id quod in Edicto palam profiteor, sed ex rerum usu & consequentium pervidentia (ut ita loquar) comparatum. Hoc Gg

## 466 STEPHANUS VINTON. EPISCOP.

mihi tuz rationes, cum oppugnare nullis machinis possunt, preces certè multo minus debeant immutare, ni levis, ni imprudens, ni stultè ambitiosus haberi velim. Noli ergo putare leve esse quod petis, & beneficii rationem in eo collocare, quòd tu carere tam facilè poteris, & ego non fine ignominia queam concedere. Ego abrogato per preces Edicto; quid aliud quam temerarius, inconstans, imprudens, inconsideratus, imò verò indoctus ab aliis, ab aliis gloriose imperiosus dicar, quasi potentiam sine injuria levem, quod quidam faciunt, arbitrarer. Quod enim fine caussa delectum erit, videbitur fuisse sine causa promulgatum. At verò tu contrà, manente Edicto, industriæ laudem si qua ea in re competat, salvam nihilominus habes tamen: & scientiæ ejus opinionem, qualis ea cumque sit. apud te retines integram nec imminutam: præsertim cum edictum non de re, in qua tu tantis vigiliis elaborasti, sed de usu tractet. Ea etiam æquitate, si diligenter expenderis, temperatum, ut tuis laboribus, quod ad scientiæ rationem attinet, non adversetur. enim de sonorum dsu, quem tu ab origine contendis alienum. Hanc scientiam tuam si per Edictum proferre in publicum non licet, nulla tua culpa est, nec quicquam eo nomine tibi poterit imputari, per quem non stat quo minus proferatur. Ergo ex Edicto tibi perire nihil poterit, sed magna materia laudis accedere,

ut aliquid de scientiæ tuæ sublimitate remittas infirmis, & scientiæ, quam omnes te habere intelligunt, insigne documentum adjungas charitatis dum Edicto ad omnium utilitatem proposito, libenter & bona fide te submittas: adeò tibi parendi multæ sunt causæ, atque hæ justissimæ, mihi verò abrogandi nullæ. Multa precibus dari solent: fateor. Et ego preces non aspernor tuas: sed non est quod desideres liberæ facultatis; & in nostra potestate esse non videtur, quod salva side, salvo honore. & illibata existimatione, haud liceat admittere. Si non iis radicibus firmis illis & robustis. ac publica præterea utilitate, tanquam pedamento niteretur Edictum, evulsissent id haud dubiè ex animo meo fuavi verborum structura concinnatæ preces. Quam meam facilitatem utinam velis imitari. Et quod tibi præstare non integrum modò, sed etiam cum laude conjunctum sit, id precibus meis velis annue-Quem enim olim præfractum & contumacem, Edicto pro auctoritate compescere visum fuit, eundem nunc mitiorem & modestiorem factum, orare, obsecrate & obtestari non gravabor, ut omissa contentione de sonis, re frivola & inutili, seriis studiis operam dare velis, & nominis tui famam, solidioribus fundamentis exædificare. Nihil potest habere firmi, mihi crede, sonus. Ut qui nulla unquam in lingua idem potuit diu consistere; & pereat; si vis, memoria corum quæ scripsi-Gg 2 mus.

## 468 ST. VINTON DE PRON. L. GR.

mus, unà cum sonorum controversia. Ego officium quod offers, libenter amplector. Et ita te mihi putabo officiosissimum, si eandem mecum persuasionem indueris, non expedire in sonis ab aliis dissidere, non modo quia novum & invidiosum, sed etiam quia arrogans quiddam habet, & contentiosum, usui & destinato studiorum sini apprime inutile & impedimento suturum. De mea humanitate cætera fac cum voles periculum, nec te tentasse pœnitebit. Vale.

Granucii postridie Calendas Octobris.



DE

DE RECTA ET EMENDATA

LINGUÆ GRÆCÆ

PRONUNTIATIONE,

THOMÆ SMITHI ANGLI,

TUNC IN ACADEMIA CANTABRI-GIENSI PUBLICI PRÆLECTORIS, • AD VINTONIENSEM EPISCOPUM

EPISTOLA.

## REVERENDO IN CHRISTO PATRI AC DOMINO

## D. STEPHANO

GARDINERO VINTONIENSI EPISCOPO,

CANTABRIGIENSIS ACADEMIÆ CANCELLARIO LITERATISSIMO.

👺 🄀 agnum fanè fructum voluptatis ex col-M loquio tuo cœpi, clarissime atque orna-tissime Pontifex, cum superiore die in Hamptona Regia, tuam D. adivifsem, partim officii mei, partim consulendi tui caufa. Nam quod antè fama tantum & auditu acceperam de prudentia tua, tum præsens experiundo didici: maximam solertiam non solum in gravibus negotiis, sed etiam in his levibus & literariis controversiis acumen incredibile, & eximiam facilitatem atque copiam, cum humanitate summa in disputando tuam Amplitudinem habere conjunctam. Sed quod ferè fit in ejusmodi sermonibus, neque unquam fatietas homini cupido disciplinæ ac φιλολόγω, nec modus conspicitur: nisi quando tempus vel cætera negotia distrahunt invi-· **G**g 4. tum.

tum, & semper dum absens meditatur apud se, quæ præsens jucunda sentiebat, quanto fuerant illa suaviora, tanto magis aspirat ad eadem rursus, & eorum desiderio languet. Res levis quidem in speciem distrahebat nos, sed quæ cum digna wifa fit, in qua tua D. elaboraret, non potest à nobis contemni. De Græcæ linguæ pronunciatione dico, quæ ante hoc Edictum tunm frequentabatur apud nos, & jam septem annorum usu continuo robur ac firmitatem habuerat : qua tam nostras placebat. & tantos fructus atque commoditates adferre visa est, ut multis his annis nihil evenisse meminimus taminsperatum & inexspectatum, nihil molestius & magis acerbum, quam ut per Edictuni tuum tolleretur. Que cum à me defendebatur pudibundè & paucis, memini D. tuam aliquot multas rationes attulisse, cur eam improbares, & eas maxime quas ante Joanni Chæco æquali meo, doctiffimo juveni, perscripseras, ad quas & tum nos quædam opposuimus: sed ut ejusmodi colloquiorum ratio fert, breviter & concise, non quæ totum ordinem cause & universam viam atque rationem expliçarent: fed quæ notarent magis & tanquam digito indicarent, sententiam de quaque re nostram, & tuam elicerent. Nunc postquam à te decedens, ça quæ tum dicerentur, revolvissem in memoria, & diligentius animo considerassem, non potni me continere, quin de singulis quibusque rebus accuratius

pertractarem, & quendam ordinem sequerer, ut cum à D. tua dissentiamus : quem eximia prudentia, gravitate, auctoritate, maxima eradicione & divino quodam ingenio præditum sciamus, non folum illud constare possit, quæ tandem ea ressit, in qua à te desciscere audeamus: sed etiam ratio nostri facti, quod à quibusdam nimis audax judicari queat, tuæ faltem D. ne ignoretur. Non hercle nos confilium tuum damnare atque corrigere, sed ne reprehendere quidem audemus: sed tamen optae mus illud inflecti nonnihil ac mitigari, neque de te ac tua natura, sed de quorundam invidorum nostrorum calumniis ac delationibus diffidimus ac dubitamus, qui te durius ac immitius forsan importunis accusationibus de hoc negotio statuere fecerunt, quam vel humamitas tua, vel ipsius rei natura postulet. Nam fi constaret omnino tollendum illud esse, quod apud nos erat inchoatum, & error esset manifestissimus in sonando, durum tamen videri debet. folecismi culpam tam gravem ac nefariam haberi, ut ejectionem è senatu, immunitatis amissionem, magnam quasi capitis diminutionem, & honestæ atque inculpatæ vitre, atque integræ forsan samæ hominis, quandam proscriptionem contineret. Flagitia quæ in Grammatica committuntur, satis magnum habere supplicium judicantur, si irrideatur qui deliquerit, & Barbarus appelletur. Edictum propè parricidii supplicium, Græca-Gg 5 rum

rum literarum rectis fortalle, certe his de quibus etiamnum dubitatur an recti funt, sonis imposuit. Atque hic permultis occasionem dedisti comparationem quandam nimis odiosam faciendi, inter Regiæ Majestatis nuperrimum factum in simili causa & Tunm. Nam Regiam Serenitatem, ajunt, maximi omnium imperatorum Octavii facilitatem ac diligentiam esse imitatam, quòd cùm ad ludimagistros triviales conscriberet, fine mulche dictione, fine supplicio - commonefacere tantúm Grammaticos officii sui voluit, & quosdam modò errores fatis habuerit tanquam digito commonstrare: magnam autem partem, corum emendationem & correctionem arbitrio docentium reliquerat. Tuam verò D. nimis acerbè, cùm ad Academiam scriberet, in linguarum cognitione pro magnitudine sua florentissimam in re controversa inter doctos, & quæ jam aliquot multos. annos cum summo esser applausu accepta: ut tolleres id quod probarent & funditus everteres, statuisse statim, ajunt, altera tantum parte audita, mulclas dixisse graves, supplicia nova excogitasse. Hic senatu pellatur, alius propter u fortasse vel u immunitate scholastici careat, misellus puer flagris concidatur, Procancellarius, procuratores, cæterique magistratus Academiæ advertant & tantum non omnia collegia excitentur: ne a & a, fonentur a & u, sed & & i. & canquam si sacrofanctas nuptias celebraffes, in diphthongis huic VO.

vocali tanquam ferming perpetuum indixisse te silentium memorant, ut altera tanguam vir fola loqueretur. Nos quidem certe de hoc viri ac fœminæ jure dubitamus, & de toto hoc guid rectum sit putandum in sonis Græcis. dissidemus ab opinione ut apparet tua: neque illud, quemadmodum quidem arbitramur, fine magnis & autoribus & rationibus, ut veniam potius mereamur, quam tam acerbam mulctam, siquidem aberremus. Sed si D. tuze yacaverit ut nos audiat. & laxare paulisper animum, ac inflectere à series negoties ad has iterarias commentatiunculas libeat, non dubito quin oftendam rectum esse illud & verum in Græcis, quod nos ante hoc tuum Edictum tenuerimus: vitiofum ac mutandum quod vulgus atque consuetudo potissimum sequatur. Quod priusquam faciam, diluenda funt illa quæ maximé videntur officere causæ nostræ: quorum hoc videtur vel præcipuum, in quo etiam ego ipse testis esse citor, qui aliquando nescio cui amico in aurem dixerim me nusquam extra Cantabrigiam nostram postræ pronuntiationi patronum invenisse. Itaque Chæcus & ego tanquam proculcatæ & spretæ rei, atque ab omnibus nostra etiam confessione irrifa, atque excogitatores infimulamur. autores Quod quidem perodiofum nobis effet, si nop semper & inventu & servatu difficillima quaque videremus que putantur optima, pervulgatissima verò quæ sunt pessima. Scd ne D. tua,

tua, vel quisquam alius in ista causa de me sentiat aliter, quam res ipfa postulet, profecto quod ad me attinet, non fanè manum verterim, hoc an illo modo pronuntiem. Græca prælegi, gaudebam si quid excogitare potui quod auditoribus meis prodesset. Nunc ad alia vocor, aliam mihi Spartam Regia benignitas concessit, quam & pro virili ornabo: Græcam linguam neque mihi discere necesse est, neque docere vacat. Quo circa in hac caula, tantum verum quærere juvat, & rationum momenta ponderare. Cum apud Gallos agerem, etiam illorum in Latinis quantumvis corruptæ sonandi rationi, deserebam aliquid libens, & in Italia dum fueram, quasdam item literas ex illorum more fonabam: domum reversus nostra loquendi consuetudine contentus fum: Non enim fonos vel discendi, vel docendi, vel majorum certè rerum & uberioris disciplinæ causa peregrinationem illam susce-Quod si contigisset, ut obiter quicquam animadverterem, neque hercle aliquid didicisse ponitere potest, neque ignorasse quicquam earum rerum, quarum gratia non veneram, fraudi esse debet : tantum abest ut huic causæ debeat obesse, quòd ego Gallos ad hanc fonandi persuasionem non pertraxerim. Quis me tanquam novum apostolum, ad hanc fuadendi prædicandique functionem dimisit? aut à quo ego tale mandatum acceperam, cujusye in ea causa negotia gesseram? An quia

### DE PRON. LING. GR. LIB. I. 477.

D. tua quorundam calumniis incitata, juffionibus, interdictis, edictis, poena, mulcta, metu, pro usitatissimo sono, sed forsan corrupto. & & o, tanquam pro aris & focis edicendum esse putavit: ideo nos quidem legatos tantum non ad Cæsarem & Gallorum Regem de illa ipsa re missife credis? Non tanti putavi unquam esle, sonem ne au, au, sicut canes molossi: an af, af, quemadmodum catellæ Melitææ: ut propterea transfretarem Oceanum & Lutetiam adirem, & magna diligentia per totam Galliam quærerem, qui nostro more Græcè loqueretur. Neque tamen non gaudebam si quando sub cœnam cum doctis viris sermo de rebus ejusmodi intercederet: aut notabam minus quid audirem, aut quod notabam, in memoriæ penum illibentius collocabam. A' quo cum forte etiam in simili collocutione depromerem hoc quicquid est quod D. tua de me audierit in alicujus sinum, ab amicis, ut fæpe sit, prodebar, & ille amicus ut causam nostram everteret, quod ego obscurus & ignotus homo in ejus aurem tacitus infufurraveram, ad D. tuam detulit. Non hercle amice fecit, quisquis ille suit: poteram enim sesellisse D. tuam & mentiendi licentia, quam sibi, qui peregrè aliquando fuerunt, vendicare solent, multos esse dixisse qui hanc rationem seque-Sed neque tanti eam rem putavi, ut vel apud D. tuam, vel apud eum, quisquis fuerit, amicum præsertim, de illa re mendacium confingerem: neque tamen omnia detulit .

lit infucate ac syncere, que audierat, aut ego fortè non omnia illi aperiebam. Quid enim interfuit? non omnia funt semper, & omnibus dicenda. Sed ne amicis meis hujufmodi fusurros renuntiantibus D. tua nimium credat dicam ipse nunc quid in universa Gallia de tota hac re compererim, ut ex me certius, quam ex ejusmodi susurris, mea facta, si quid ad rem faciunt, eognoscantur. Christophorus est Landinus Aurelianensis, vir acer ac diligens, tum in Græcis tum in Latinis literis non mediocri cum laude & existimationis sama versatus, prælector utriusque linguæ in illa urbe per Ducem Aurelianensem satis magnifico constituto stipendio factus: cum hoc, ut est humanus admodum, & in hospites præsertim eruditos comes ac benignus, familiaritatem ibi præsens inibam. Conferentibus aliquando nobis invicem de studies, fortè ut fit; colloquium incidit de literis Græcis: ibi cum de pronuntiatione has nostra mentionem fecissem, & totam illius rationem illi explicassem, dici non potest, quan non modò libenter, sed etiam avide arripuit, nec dictis modò probavit & assensus est, sed etiam experimento & factis continenter expressit, semperque post. quod equidem sciam, eandem rationem in docendo feguatus est.

At cum inde post aliquot menses Lutetiam essem reversus, utibi operirer argentum meum,

#### DE PRONGLING. GR.: Lib. 1. 479

& viaticum acciperem, quo Italicam profectionem adornarem: quia tardius exspectatione mea literæ venefant, & ego non magis moræ quam otii & desidiæ impatiens eram, optimum factu putavi ut transigendi temporis caufa prælegerem aliquid publice, & in Græcis maximé versarer literis. Communicavi cum eruditissimo viro, Regioque professore Graca linguæ Strazelio: ibì cum de libro delegendo non satis constaret, & ad prælegendum neque me multûm animaret, quod & abundare diceret tum Lutetiam professoribus, & in Græca lingua, si non optimas, at certe plurimas lectiones esse: & adjunxit eum honestari auditoribus in ea urbe, non semper qui doctissime enarraret autorem, sed qui gratia notitiaque maxime valerer: tamen se mihi autorem esse dixit, si fiduciam mei haberem, ut me proderem populo, & notus esse vellem. Atqui, inquam, præterquam quod nec diu hic hærere decreverim, etiam est aliad quod me retardat à Græcis, quo minus ego ĥomo ignotus, nec fatis adhuc linguæ vestræ ac morum callens, objicere me invidiæ vellem, quæ folet cunctos, qui aliquid diversum à cæreris profitentur, comitari. Quidnam illud est, inquit? pronuntiatio, inquam, que à vestra, quam audio, propè tota diversa est, præsertim in literis quibusdam & diphthongis, cui tamen ita me assueveram, ut neque relinquere facilè possim si velim, ne hercle velim si possim: adeò

adeò enim & ad veritatem propius accedit, & ad antiquorum usum & sonorum naturam, & nunc cum illi sum assuetus, jucundior videtur & facilior. Intelligo, inquit, quam dicis, quam Erasmus in quodam Commentariolo suo prosequitur. Illam ipsam, inquam: nam vestram hanc corruptam esse nimis quam apertum est, & veteres aliter pronuntiasse, differentiamque constituisse, ubi nunc nulla cernitur, perfacile probatur, tum illud de apunta, apud Aristophanem, & Bi Bi ex Suida, & illud de Sylla & Phrygibus apud Ciceronem: & multa protuleram, ex quibus colligitur non esse eundem sonum eum quem vulgus hodie literatorum, & quem antiqui olim in Græcia tenuerunt. Certe, inquit, plurimæ funt in eam rem rationes & conjecturæ, & est perspicuus ille locus ex commentariis Aristophanis, neque tamen omnino deficiuntur conjecturis qui diversam sententiam tenent: quod ad me attinet, præsenti qualicunque sono contentus. nolui de novo aliquo laborare, & si quidem tale quid tibi conandum foret, nescio quo animo funt laturi qui te audient, in alio sono semper educati: & ut ingenuè, inquit, dicam, hæc de pronuntiatione certamina, pædagogium, & ludimagistros puerorum & decent & incendent, majora quædam àte nobis pollicemur, quem in omni Philosophiæ genere diligenter esse versatum audivimus, neque velim ut in re tam levicula laudis aliena nimis invidos\_

## DE PRON. LING. GR. Lib. I. 481

dos, eorum qui hic funt animosirrites. Recto, inquam, confulis & peramice, ego interim argentum exipectabo, & si diucius hic hærendum sit, quoniam non nisi voluntate nostra impellimur ad profitendum, sæpius de his re-

bus & per otium deliberabimus.

Tertius quem super hac re conveneram: Græcus fuit, at ex qua parte Græciæ non hercle teneo, vir doctus & infigni comitate præditus: diverfabatur id temporis in Bernardæo claustro Lutetiæ: adivi hune data opera, sciscitaturus ex eo quem sonum ipsi Graci in Græcia usurparent. Mox ubi cœpi mentionem facere de hac fonandi ratione, copit excandescere, & Erasmum, licet cætera Italicè. tamen hoc memini satis Gallice Badinum vocabat, quòd homo Germanus tam vastos sonos, ut ajebat, & absonas dipathongos in Græcam linguam, unde ipsi oriundi essent, invexisset: neque hic consistere inter nos disputatio potuit, quoniam ego Gallicè parum admodum, ille non ita multò plus, Latine nihil callebat: Græcè etiam cum loqueretur. etsi hercle cumprimis eruditus est, tamen è suo vernaculo Graco propter consuetudinem tantum infersit, ut non commodè poteram illum intelligere: qui debebat esse interpres Gallicè modo & Latinè, non Græcè nec Italicè sciebat. Itaque sic ab hoc discess, ut neque rationibus essem fatis instructus, quibus diversam à me sententiam firmarem, neque tamen Hh non

non intelligerem quodnam esset illius de tota ista re judicium. Neque hercle præter hos tres in tota peregrinatione mea, quod aufim confirmare, quemquam alterum exterorum hominum super ista re sum allocutas. Ex quibus unus in meam sententiam statim concessit. Strazelius quietem disceptationi prætulit, tertius omnino nostram causam repudiavit : ut intelligat D. tua neque non fuisse aliquid, quod amicus meus ad te detulit, neque tamen omnia vel audivisse eum ex me, vel ad tuam D. cum fide retulisse. Quid autem istud ad rem faciat, nescio: neque enim si ego, qui res alias agebam, casu non repererim, non & alius fortasse quærendo inveniet, qui rationem hanc sequatur: neque si non fuerit repertus quisquam, poterit hoc nostram causam lædere, qui non exterorum hominum incerto: & vago usu, sed vocalium & diphthongorum natura, & antiquorum autoritate, & veterum exemplis nitimur & causam nostram defendi-Et tamen reversus domum, intellexi non solos esse nos in ista conjectura. Nam cúm in familiari colloquio de hac re mentio orta est, narravit ibi doctiffimus quidam & integerrimæ fidei vir, ac fummus amicus meus, qui nuper Venetiis revenisset, & ibi atque Patavii diutius esset commoratus, esse Patavii Gracum quendam natione, Janum, ni fallor, nomine, consummate eruditionis virum, & existimationis non mediocris, qui contendit id**ip**ſu**m** 

#### DE PRON. LING. GR. LIB. I. 485

blum quod nos, vetultiores Gracos, longe diversam habuisse pronuntiandi rationem, in illa sua diserra doctaque lingua, quam, qua nunc omnes ferè utantur, & hanc etiam ipsam in vocalibus & diphthongis quæ fuerit, solet percuntantibus ex conjectura sua parefacere. Nec dubito fore, quin si quis diligentius perscrutari velit, & in hoc elaborare, facile plurimos reperiat qui vitia notarent & ineptias animadverterent, & de corruptela lingua querantur: sed aggredi ad emendandum, & corrigendilaborem & invidiam subire, tam in literis & eruditione, quam in republica & moribus, pauci profecto volunt. Sed hie D. tua, que sibi propugnationem desumpsit novæ hujus pronuntiationis, quæ à veterum incorrupta & Græca fonandi ratione vehementer deflexit. Aristotelem nobis opponit, qui voces esse aliquas naturâ dixit, alias ad placitum: quibus verbis illum fignificare nobis vis, quarundam vocum naliam effe in rerum natura certam speciem & tanquam ideam, sed pro hominum arbitrio fibinde variam atque mutabilem. Itaque quantacunque fuerit in sermone absurda mutatio, tamen illam esse præcipuam existimas, quæ jam tum in maximo elt usu cum loquimur: quòd in sermonis & verborum negotio, nihilft stabile, nihilexploratum, nihil constitutum & æternum, nulla certa species, & tanquam idea.' Noltra quidem ratio diversa est: nam si per ideam & speciem, scriptions formam intel-

#### \*484 THOMAS SMITH

intelligis, aulim prope negare, quod ponitur, & esse certam quandam ideam & speciem vocabuli, ut verbi gratia vocis hujus ve arbor contendam: ut neque Ditua, neque nes. neque Galli, neque quisquam mortalium recte illam possit scribere nisi per a & r & b & o & r. aut elementa vel symbola que parem vina ac potestatem habeant, ut & hæc omnia contineant, & ar, sit primum in exprimendo. b. in medio. or, verò postremum. At si de sonandi idea & tanquam specie sentis, tantumdem dico: neque enim si D. tua incipere ab r, & jungere o, tum b; affumere aut alioqui invertere literarum ordinem velit, poseris 18 arbor clare pronunciare. Sed aliud fortassis dices, istac autem ipsum quod quæritur nunquam dices. Ergo ut videtur, & ad scribendi rationem & ad pronuntiandi vim, quandam certam & stabilem formam & quasi ideam vocabula obtinent. Quid ad significandi? in eone tenebimur, & plane ad usum & ad populum & ad placitum pertrahemur? Quoniam. autem isto vocabulo delectaris ut id quod 2 run nulu Aristoteles conscripsit, ad placitum vertas, ex eadem quoque schola, unde hæc versio dimanavit, quaso D. tuam ut nobis liceat addere primi impositoris, ut non intelligamus ad placitum nostrum aut cujusvis alterius, sed ad primi impositoris placitum ac decretum, voces significare. Ut si quis cum velit vestem legare, supellectilem ascribat, aut auri nomine aurichalcum comprehenderit, non continuò

quod illi placeat, pro fignificato habetur, fed quod vocabuli natura desiderat, id tenebitur. Rerum enim, inquit Jureconfultus, †vocabula sunt immutabilia, hominum verò mutabilia. Ergo poliquam primus ille impolitor fignificationum & quasi architectus verborum vim suam. & autoritatem, & naturam vocabulis infuderit, immutabilis deinceps & certa & constituta significatio est, ut etiam certam sui ideam ac formam possit accipere, non solum ad scribendum & sonandum, verum enam ad sentiendum & significandum: naturam etiam talem dicimus esse vocabuli, ut si quis contra id auod constitutum est vel sonuerit, vel scripserit, vel ad fignificandum traxerit, distorquere vocabulum & luxare compacta membra, & contra naturam his abuti videatur. ld quod non rarò fieri ab imperitis hominibus, & vitiosæ consuctudini cedentibus sæpe quidem Grammatici scriptores, non-rarò etiam Jureconsulti nostri queruntur. Quis autem sit primus ille impositor, & qui sunt architecti verborum, quæstionis est, & in hoc tota causa vertitur. Et dissentire quidem à D. tua nos in illa re perspicuum est, quoniam D. tua totam hanc autoritatem his qui pro tempore viyant erudicis hominibus ac disertis ascribit. Nos tuam hanc fententiam dividimus, & quateaus de vulgaribus & vernaculis linguis agit, affentimur non illibenter, ut illud quidem tam

† Ulpianus, leg. si quis in fundi, de Legatis 3. sf. Hh 3 in nostra quam in Italica, Gallicave, aut illa vernacula Græca, purum ac putum habeatur, quod sequentur hi qui hodie loquantur eas linguas incorruptissime, quodque frequentissimus usus comprobet. Quatenus verò tantam licentiam in tres illas eruditorum linguas, Græcam, Latinam, Hebraicam, hujus etiam 20tatis hominibus concedit, etiam si non libenter à D. tua dissentimus, tamen concordare non poslumus. Semper enim nos existimavimus, harum linguarum autoritatem non à præsenti seculo, nec ab his hominibus qui nunc vivunt sumi debere, sed ab illes ipsis sontibus unde ipsi hauserunt, ut & eos quoque nostro fermoni canones adhiberemus, qui omnium etiam eruditorum hujus ætatis antè itilum direxerint. Neque hercle quenquam hominum, quanquam plurimum certé doctorum ac difertorum habet hæc ætas, tam arrogantem elle puto, ut suam scriptionem pari dignitate cum Cæsaris aut Ciceronis inimitabili distione locum habere contendat: nisi si quid sortè tam aptè, tamque apposité mutuatum à Gerone converterit in suam rem, ut res quidem qua de agitur, hodie tractata, dicendi verò filum ac ratio, tempora Cæsaris ac Ciceronis resi-Itaque tantum quidem sibi in re & argumento credi postulabunt, quantum rationum momenta ponderare valeant, cantum verò in scribendi ratione ac forma, tantum in verborum & dictionum usucapione autoritatis haberi,

ri, quantum ex antiquorum exemplis rectè se esse usos possint ostendere. Ergo quod singuli sibi arrogare nunquam audebunt, id nos universis tribuemus. Immò verò neque universis, neque enim hæc ætas est in qua Latinus Græcusve sermo, senium, juventutem, velsorentis ætatis recuperationem, sentire potest utraque profectò lingua interire apud nos atque extingui potest, senescere non potest.

Fuir quidem tempus quando dicebantur in illis innovari quadam, veterascere quædam, quedam in summa maturitate constare. tum fuit hæcæstas ac folstitium, quam D. tua, quæ in rebus aliis # dixelGamer erigi fers iracundè vel ad minimum etiam astrologorum punctum, depingi tibi delinearique petis. At nes ducentorum amplius annorum spatio tibi hoc tempus comprehendemus, ut vel parcissime cum tua D. agatur, in Latinis, in quo tempore si M. T. Ciceronis tamquam eloquentiæ parentis ætas in medio constituatur, fines utrinque commodè novorum ac veterum vocabulorum architecti putabuntur: sic tamen ut etiam illa nova veteraque, Latina vocemus. Quod Ciceronis temporibus in usu fuit, id florens, plenum, maturum, neque novum neque vetus, sed interjectum his & omnino purum habeatur. Neque tamen ita quin illius exceptionis tuæ ratio habetur, μήτε πάν Ε, μήτε πάντοτε, μήτε το δοὰ πάντων. Nunc neque nova neque vetera pollumus ipli Latina verba fin-Hh 4. gere: gere: nam, si Plautina sunt aut Enniana, quantum nos cumque longo tempore non audita proferimus in lucem, vetera funt: fin à Quintiliano ac Gellio, vel aliquo eorum qui tum vivebant afficta ac usurpata, qui non reperiebantur Ciceronis atque Octavii temporibus. nova funt, etsi antè mille quadringentos annos constituta compactaque fuerant. Prisca illa & obsoleta quæ ante Ennium, & ista nova & ridicula quæ post Aulum Gellium, invaserant in Latinam linguam, castior, loquendi ratio respuit. & qui sibi Aristarchi vices in illo labore desumpserant, pepulere foro. Neque ego nunc tuæ D. mea somnia narro, sed quod omnes quicunque hoc argumentum sequebantur confessi sunt. Hæc est enim communis scribentium opinio. Idem & Laurentio Vallæ, & Hadriano Cardinali, & Thomæ Linacro videbatur. Quod & de Græcis dicendum est, nisi quòd & coli maturius hæc lingua cœpit, & ditari à pluribus, & tardius delabi & quasi consenescere, sed tamen prisca quædam & antiqua tum in sonis, tum in verbis, & multò etiam magis in moribus habuit: habuit & constantem ætatem, fracta tandem est illa lingua, concidit & extincta est.

Loquor nunc de illa eruditorum, non de ista que hodie usurpatur, que nec tam prepinqua est veteri Græcæ, quam Italica est Latinæ. Sed quemadmodum arborum dum tenellæ sunt, baccas ac poma fundunt, pauca quidem,

dem, sed illa grandia robustaque, sæpe tamen caduca ac decidua: dum constantis funt atatis, & plurima & præstantissima: cum rursus. consenuerint, vieta & insipida serunt, & deteriora quotannis, quoad truncus etiam iple ac radix marcida fenio prorfus exarefcat. Ita Latina Græcaque lingua robustos primum ac duros Oratores, & horridiuscula verba pepezit: mox tanquam in bona sua ætate, quicouid illud est quod habemus molle, facetum, dulce, elegans, gratiofum, purum & ornatum extulit. Senium exinde secutum est, vieti fructus, frivola verba, tralationes inepta, puerilis quasi balbuties & semibarbarus sermo conspiciebatur. Ad extremum Turcæ, & Scythæ, & Gothi, & Wandali, & Quadi, & Heruli, & illa tota colluvies Barbararum gentium, tanquam hyemis procella, Borezque crudelior flatus irruens, stirpem utramque & radicem & totum truncum evertit. Hyems. itaque post hac neque Latinus Græcusve sermo amplius usu hominum frequentabatur, sed tamen, quod fieri solet factumque gaudemus, gnavi homines & industrii tanquam frugi patresfamilias, quæ in sua cujusque ætate fuerunt vocabula, tanquam variorum cujusdam longi anni temporum, baccas & fruges & vindemiam, in libros, quasi in quasdam cellas & horrea & specus condiderunt antè longo tempore, & invexerunt. Itaque quædam in dulcibus ac suavibus commentationibus, tanquam Hh s io

in melle & passo & defruto servata, quædam in contentionibus acribus & vehementibus. quasi in quodam salso atque aspero succo & dura muria cooperta, quedam in parvis & exilibus opusculis, quasi in seriis & cupis & doliolis, quædam in magnis & ingentibus voluminibus, tanguam in vasto specu atque horreo conclusa, usque ad nos integra, illæsa, intacta, para, putaque venerunt. In hoc penu est quicquid illius veræ ac veteris linguæ fætus ac fructus fuit, quicquid extra est, spurium est, adulterinum est, nec germanum ac verum, fed adscititium & succedaneum. Et quanquam plurima quidem amisimus per temporis injuriam, que vel extincta prorsus interierunt, vel abdita neque dum reperta ignorantur, maguum tamen thesaurum, & infinitam copiam Græcarum ac Latinarum vocum reperimus, & rurfus in manibus ac usu habemus. enim feriæ, plurima vafa, grande horreum, Platonis & Aristotelis & Demosthenis & Homeri in Græcis: Ciceronis, Cæsaris, Livii, Phinii, Catonis, & Varronis in Larinis, aperitur etiam nunc, & patet omnibus. Occlufum erat hoc horreum, & obturatus atque obtectus hujus racemationis feracissimæ penus, à barbariore illo fæculo, quod & arborem etiam totam everterat. Et adulterina quædam lingua, quæ quandam tamen faciem illius veteris retineret, cum in Italia tum etiam in Grecia exorta est. Quæ fractus quidem edidit

dit mitiores fortassis quam cæterarum nationum dialecti, sed tamen certè barbaras, ner que Græcos, nisi imprimus loquamur. Nam & si quæ bacca fortè decidua veteris illius arboris remanserat in solo, verum tamen suum sonum ac saporem vetustate ac negligentia corrupta brevi amilit. Ergo quoad rursum aperirentur hæc horrea, & tanquam penuaria veterum autorum, utraque lingua in suo monumento, humata & quali consepulta jacebat, neque verus & genuinus Græci aut Latini sermonis fructus extra specus hos & tanquam horrea relinquebatur. Confinxerant nihilo tamen secius interea sibi quendam sermonem Latinum eruditi homines, & quoniam inaudierant quædam, veros tamen fontes & cellas non repererant, quasi Latinam linguam quandam habehant. Non aliter quam his temporibus, quia concha purpuræ vel non reperitur vel ad lanas non adhibetur, cooco tamen Cnidio, & nescio quibus aliis rebus, quasi purpuram quandam conficiunt. Ut etiam apud Aromatarios, quum veras species rerum non habeant, succedaneas res pro illis & quasi ila las habent. Quæ si eundem nobis præbent nsum, quem quæ antiquitus in usu fuerunt. non hercle repugno, modo tamen illud mihi concedatur, non easdem esse ipsas res sed quasi illas. Ut si veteres illi Graci quomodo natura vocabuli fert recin de lugsin, hoc est, trois en eurois, nos autem non ut illi, sed tris en efrij

efrij dicimus, ut idem tamen significetur. St quidem illud folum Græcum est quod illi sonabant: certe quod dicimus, non vere Greecum est, sed quasi Greecum est, eundem ufum apud nos præstans, quem verum illud apud veteres. Scotus igitur & Thomas. Tartaretus, & ille à Lapide, in re Dialectica: Scotus quoque idem & Petrus Lombardus. & Occamus, & Thomas in Theologia: tum Accursius, Bartholus, Baldus, Faber, Cynus & Dynus in Legibus: Gentilis & Fulgentius, & Halius & Villanovanus in re Medica: Sacroboscus & Bonatus, in astrorum ratione describenda: denique quicunque tota illa ætate de quaque re scripserint, num sermone defecti funt? non hercle, quid igitur? and atinè locuti? certè si Latinum illud est quod D. tua dicit, quod doctiffimi in quaque ætate tenent, quodque vulgus sequitur, & quod in frequentissimo est usu, Latinissimò sunt loquuri: trecentis enim amplius annis doctiffimus quisque sic loquebatur, ut non solum ad usucapionem, sed etiam ad præseriptionem longissimam, temporis quidem fatis effet: credo hercle etiam & contradixisse neminem, quo minus haberent & patientiam. Sed si quidem illud tantum Latinum est quod nos contendimus esse, & omnes ferè consentiunt, quo nimirum Cicero, Cæsar, Terentius, Plautus, & alii classiei autores usi sunt, ac eo modo ac fensu quo sunt usi, quicquid Scotus & Thomas,

mas, & alii dicunt & scripsere, magnam quidem partem ne Latinum quidem est. Utcunque patrimonium hoc tam diu, & hanc faciendi Latina verba licentiam, pro possessionibus aut pro hæredibus, aut alia quacunque legitima de causa tenuere, quiddam hercle ex his bona fide, quod non putabant aliam ad eam rem autoritatem requiri: quidam verò, quos bonos viros ac prudentes D. tua vocat, mala tamen fide in hac re versati funt, ideo quod licet isthuc esse corruptum & adulterinum scirent : non putabant tamen autotii fui esse quo delectabantur aut negotii, quod gravius effe existimabant, quicquam in ejusmodi rebus innovare. Itaque sentiebant quidem de Latinis ut Latini, loquebantur ut Barbari, & vocum mutationem vehementer formidabant. Laurentius tandem extitit Valla vir audax, qui ausas est hoc facinus facere, quod D. tua tan's toperè horret: horreum ingressus est, veros Latinæ linguæ fructus gultavit, & in lucem protulit: & quoniam D. tua magis illa similitudine delectatur, excitavit è sepulchro primogenitum fratrem, non quatriduanum tantum, sed quadringentis credo amplius annis extinctum & confepultum, protulit in lucem: homo privatus. & in paterna prædia propriam ac peculiarem honoris arcem ac fedem collocavit. qui se pro fratre minore gesserat, & tot annorum præscriptione, communique propè totius orbis consensu ferox, scholas, subsellia, tribuna-

#### 94 THOMAS SMITH

bunalia, libros, musa, suggestus occuparat; eum adulterinum ac spurium esse comprobavit, omni honore ac dignitate sposiavit: nisi in Jureconsultorum formulis, & quibusdam antiquis bibliothecis, sub utilitatis ac majestatis umbra, tanquam intra tabernas scalis oppilatis latitasset, prosecto nusquam hodie esfet.

Atque hoc ille primus in Italia, vel certè inter eos, qui primum istuc incorperunt præcipuus ac princeps, mox Hadrianus, & Lil nacer, & Budæus perpurgare Latinam linguam. e verum nitorem orationis restituere, non die vinitus, quali miraculo quodam nemine ufque contradicente, sed certe humanitus multis ubique contrà nitentibus, & facinus indignum; sed frustra conclamantibus aggressi funt. Ex quo quidem parva in re, quemadmodum quidem multi existimavêre, magna tamen eorum hominum laus, magna gloria superata demuni invidia consequuta est. Opiniopis enim & errorum commenta delet dies, rationis ac naturæ judicia confirmat. Negue verò quisquam doctorum certe hominum nunc eos irridet quòd tot annis intermortua verba referrent; & vetera illa jam putida & ipsa antiquitate obsoleta & horrida verba repeterent. Certè vetera fuerunt illius temporibus, quòd ipfi nova confinxerant, & fortaffe obfoleta, quod ea non intellexerant, putida profectò dici non debent : neque etiamfi amaracinum & omne un-

#### DE PRON. LING. GR. Las. I. 495

inguentum quibufdam fit animantibus odoratu injucundum, propterea necesse est putidum dicamus. Quod barbarum, quod ineptum, quod vitiosum, quod pro Latino usurpatum, putidum est in oratione, doctorum quoque hominum & scientium si non oculos, at certà aures offendit: aut si quidem illud propter consuetudinem ferre poslunt, at eo tamen certè propter viviositatem offendi debent. Ergo non si mirum in homine videtur, quod mortuus atque sepultus, post aliquot annorum curricula rursus excitatus Erebo, tanquam revertens postliminio, suum requireret patrimonium, quia de sa re nihil in legibus hactenus cautum habeamus, propterea in dictionibus & fonis & fententiis & opinionibus hominum abfusdum erit talia quædam ex intervallo reverti, cum ejusmodi res Aristoteles, non semel atque iterum, sed innumerabili vicissitudine oriri atque occidere consuesse notavit. enim D. tua fortaffis de sonis illud revocandis absurdum putat, non de vocabulis, & verba quidem reduci posse credis, ideo quòd in scriptione continebantur, sonos autem nullo modo redhiberi, quòd statim cum proferuntur, evanescant. Itaque in sonis modò tenere vis illud quod facete dixit Plautus, Quod est, vivit, quod fuit, mortuum est. At nos non modò mortua reduci, sed etiam extincta. defleta, obliterasa, & si quidem ita loqui liceat, trecensos annos educta, restitui ad lucem.

tem, & in honore haberi, & rurlus ab omnit bus coli probavimus. Verba inquis, vocabula & dictiones, non item sonos: quasi verò nos scribimus tantum, non etiam Latine loquamur, aus quali non hie fit usus literarum, ut custodiant voces, & velut depositum reddant, legentibusque id exprimant quod dicendum fit. An verò Latinum quod est, illud non multò Latinius est, si Latine proferatur, quam si Lat tinum corrupte? Certe nostratia verba dum Gallus, & nos dum Gallica primum sonare discimus, muruo non intelligimus, & jurat alteruter fuum illud idioma & dialectum non este: cujus quidem rei causa non in vocabulo dum scribitur, sed in sono dum profertur confishit. Quod fi forando Gallus ita distorquere porest Anglicam dictionem, ut.ab Anglo non intelligatur. & nos item ita legendo, dum rudes ejus linguæ fuerimus, verba Gallica depravamus, ut quod legatur rectè: reputanti Gallicum effe non videatur: ad ad quidem. quemadmodum videtur, ut proprium genuinumque quiequam in vocibus, esiam fono proprio ac nativo est opus. At Gallicè us sonem recte, Gallerum consuetudinem, que magistra & quasi architecta Galliez linguz putatur, consulam: Itidem si Britannice quid loqui discese velim, non Galles qui Anglicé norunt , sed Angles potrus ipses adibo. · Et & quicquam volo μέλα Ιταλικώς professe, quis mihi commodior magister, quam qui sit hujus lin-

#### DE PRON. LING. GR. Lib. I. 497

lingue autor populus Italicus: Quòd si hoc in his linguis obtineat, nullaque ratio sit, cur idem in cæteris non observetur, conclusum sit quod perimus, & illud teneamus, Pronuntiandi quidem ac fonandi vim ac veritatem. non aliunde peti debere, quam unde verborum autoritas & linguæ ratio ducitur, & ex:eifdem loquendi & pronunciandi hauriemus præcepta unde & scribendi: fitque illud rectum ac verum in sono, quod & in verbis ac loquendi ratione probatum est. Quod quidem non ex cujusvis hominis placito, nec ex imperitæ multitudinis confuetudine, nec ex annorum longa præscriptione, nec ex nostri feculi consensu, nec ex eorum, qui aliquando doctissimi homines appellantur, usu trahendum esse ostendi: Sed ab his fontibus & autoribus, qui primi impolitores & artifices, & architecti principes linguæ illius, qua de agitur, fuerunt, ut quod ipsi probabant & consuetudine ponebant ac usu, verum illud & syncerum, purum, putumque ac germanum haberetur: quodque aliunde per obreptionem & calumniam ingressum, & ita diu obtinuerit ut jam præscriptione velit niti: nihilotamen minus ut spurium & adulterinum notandum est. omnesque fonorum rationes ad eam normam explorentur ad quam & voces, nihilque sit recte prolatum, quod non eo modo quo antiqui solebant sonuerimus. Quod si difficile factu est, nihilo tamen seeius faciundum est: .Ii..

Nam ut stignlationem non exchinguit disticultas præstacionis, L. sispulationum, ff. de verb. oblig. ita nec veritatem. Neque enim ideo minus rectum est quod fieri debet, quia non fit, neque ideo quia non facilé fit: Nam & paucos esse bonos multi vident, & disficilia ea esse, quecenque pulchra & honesta sunt, Græco etiam proverbio (xaremi mi narai. ) teltatum eft. Difficile est, faceor, sed faciundum tamen, & factum etiam ne desperemps. Nam si quemadmodum illi anciqui Graci olim fua verba protulerunt, & nos ea sonuerimus, recte sonabimus, & Græcè sonabimus: sin verò, non ut illi, sed quemadmodum Itali, Græca quidem loquemur, sed Italice: & si discesserimus a vero germanoque fermone Græcorum, & quomodo Gracifiantes Galli promuntiaverimus, non hercle tum Græsè sonabimus, sed Græcum Gallicè. nam fi quod nos Angli stridulo ac nativo sono, good chere & good chese quatuor vocabulis & fyllabis, Galli goode sheve & geede shese in syllabis octo, & literis quibusdam immutatis dicant, non hercle hoc verum Anglicum est, sed quasi semi-anglicum & Anglicum Gallice. Ergo si vetalium, hoc est verum & germanum Græcum, non ut illi antiquitus, sed quemadmodum recentiores prosulero, non hercle Græcum Græce, sed Græcum loquar semi-turcicè, certè barbarè atque extraneé: Nam hoc vulgare Græcum ab illo veteri vehementer distare, planius est quam est aut à me probari opus sit, aut à quoquam ne-

negari possit. Qua est igitur ista regula; vel quî scire possumus quomodo veteres sunt loquuti? Certè fallax est & inconstans, & magis etiam inftabilis quam Lesbia regula, confuetudo sonantium: nam ut illa ad lapidis formam, fic etiam hæe ad regionis morena & literas. & fonum inflectitur. Itaque quo modo Itali Græcè nicos loquuntur, co initio quo nos chiry hoc elt cerasum appellamus, Galli non possunt, sed vel kyrios aut shirios dicunt. xi) ve+ rò quod Germani forsan recté, plerique omnes Galli plane sbin pronuntiant. An vero & in Latina lingua tantus error non est #Quis Anglus Gallum Latine loquentem, nisi affuerus intelliget? certé ego non potuis at Italum statim, quia nos ab Italis cum Latine fonamus. nisi in valde paucis, à Longobardis autem Itahæ propemodum in nulla re diffidemus: at à Gallis infinitum quantum diffentimus, quamvis nostri sint vicini. Ergo si rectum, quod cont fuetum, erit, quero num confuetum Gallie. an Italize aut Germanize putas? Nam certum est ista tiscrepare. Galli nunc, quod quidem præsens intellexi, credo propter irrisionem exterorum hominum, incipiunt in Latino fermone fyllabarum quantitates observare. Quæro igitur tum quando non observabant, quando plurimas voces breviter & corrèpté proferebant, quas nos Angli concordes cum Italis producebamus: Utra nationum rectè loquebatur? Certè rectum utrunque non fuir, quod fuit in Ii 2

eadem re & de eadem diversum: utrunque autem ustatum fuit. Et rectum quidem ego putarem illud quod ad naturam fyllabæ, confuetudinemque veterum proxime accedebat: usitatum autem, quod in utriusque regionis doctorum virorum consuerudine ponebatur. Ex quo conficitur aliud esse rectum in vocabulis. aliud etiam à viris doctis usitatum. Rectè itaque fecimus nos qui cognito errore, quemadmodum etiam Chæcus notavit, non amplius Magdálene, Jácobi, Sálone, sed Magdaléne, Jacóbi, Salóme loquamur: id quod non ab omnibat unà tanquam per miraculum, sed ab aliquo uno tanquam per tentationem & experiendi fiduciam eceptum, in usum hominum & consuetudiném pervenit. Rectè etiam fortasse nunc' Domine ne in furove, per e Italicum, quod in Bee cum spis dicimus, aut me cum que nostro more loquamur, observatur, etiam si Joannes Coletus, vir illius tempestatis cumprimis doctus semper eo modo, ut intellexi, locutus est. Et ista quidem ut constituerentur rectè neque autoritas Prætoria, neque regiæ Majestatis quæ rebus magis seriis occupata est. imperium implorabatur, sed aliquis nescio an audax, certè rectè sonans, illa primum immutavit, neque cessit consuetudini depravate Multa enim sæpe docti viri negligunt, multa non animadvertunt, plurima gravioribus suis negotiis postponunt. Quid si dicam illos etiam quædam ignorare? Neque enim

nocesse est eum qui mukis & magnis ingenii arque industriae dotibus ornetur, ita ut docti atque eruditi nomine mezitò censeatur, omnia scire. Nonnulla etiam profecto aliquando qui sunt inferioris ordinis, dum in minutioribus rebus occupati funt, animadvertunt, quæ magnos illos viros preteriêns. An verò faciune omnia que recta putant docti viri? Maspus ille Erafmus in hac ipfa caufa quid rectum putavit, libro edito tellatus eft, quid fecerit. D. tua narrat. Quid quòd & Amplitudo tua plurima reprehendit in formulis judiciariis, que apprime ridicula fuerunt, & contra leges & & admonebat identidem auditores quid in judiciis isti causarum concinnatores, & litium redemptores aggrent: interim autem in judiciis & actione ab infis formulis, si quando usus esser, non abhorruisti, causa videlicet inferviens, & fori confuetudini cedens. Si anidem rectum id erat, quod erat ulitatum, cur reprehendisti a non urgeo nunc akeram partem, si non rettum, cur ipse es ulus? vides enim magnos & eruditos viros non semper quod optimum est factu facere, fed sæpe quod est consuerum. Ergo rectum illudaest, quemadmodum quidem videturanon semper quod eruditi ac magni viri faciunt, sed quod probant: imo verò neque quod probent ried quod probare debent: fiquidem homines eos esse puramus, & errare posse.

Nihil igitur nos confuetudini? Nihil moribus hominum? nihil totius quafi orbis confenli 2 fui? Ihi & nihil restorum ferè hominum conspiration ni? nihil isti, quem tua D. tantoperè celebrat. afai tribuemus ? metuebam ne me mujeftatis imminute acculares, li fonorum alum noltrum in tourn demonstrate immo verà motum trisurge les surjectes enté auplies munump que possit. Quid antem ithed oft? in quod rais ex confuerudine plerommone hominum, maxime qui docti & probi viri appellantur, ifuciat dicatve, the reprehensione faciat acidicac Ergo si reprehensionem effugiat, actiam recte? non concedura. Neque enim neculie escomnia qua reprehenduntur, de vicis la elle, vel femper que vitiofa func à conclis reprehendi. Nam ut apud Triballos, nisi quis parentem fuum jum fenem occidiffet; impius putabause, Et soud Maffagstande Garomantes, quodrem matre sua vel forore stupri consacradine avaquis haberet, neme reprehendebaur. Quid Sparce in Lycurgica disciplina? Fureum secisse mon fait turpe, deprehenfus in furto-callinabatur. quod illi mon reprehendebant quetiam Quod si apud illos rectum fuit. rectum fuit. non etiam statim rectum eris. Vitiosum est enim genus illud rationis, & Dialecticis notatum, quod ex parte totum, rei on ri name to we's to annie ducit. Ego verò neque apad iltos isthuc rectum ant borons esse dicerem, sed haberi: Non enim uvquiedam ignorantia, quedam facta excusat, etiam omnia excusat. Nom qui patrem ita occidebat, certè parricida fuit, fed

sed non paniebature. Et qui com matre coneubuit, flugitium admise, quod respuit natura, fed non notabater: & contra naturam fanè furum elt, quanquam ab aliquo populo, ut à Lacedamonia probabatar : au confuerudines omnes ex sequitate manute, prebandas, non somes quacunque fait, sequendas exillimemus. Esgo qui apud Triballos & Effedones parententufuam machaverat, impiè fecie, fed tamen dadabatur : «qui non occidente, recte fecir, fed reprehendebattma Disprigion confacsudo naturam inverteren fed apud excecance confucuding a representionic moram wel in flagitio collete, wel pari levitace etiam in rectè facto potestinurere. Atque fimiliamen fant comm confuctuding m fonaffe, se male visible, imò verd fimilia: quonium par poma apud nos in amoque confinitur, arque etiam illus propemodum ex Edictorius implicium est gravius. Sed ad sem. Rai apud Gallos corripienda producir, won reprehendidur, & unnen fettecifat, Fiquidem Grammaticis oredinas, donai and Savidación in multis formulis farecon-. fultorum barbare loquitur Scanalé Lanine, prodengar: qui pure, venulte, Latime, licet aprawiter & copiosè différaty tamen omni instibmedialer or arrogantie motabitur. It quod sin formu woftro accidiffe fuperiore die anim--autverseum. Nam chin regutionem apad we de maici fair honore quidam fesset, g& squia Latinè per statuta jubemur id facere, Ĭi 4 scrip-

# 104 I THOMAS SMITH a

Ariplesset ita : Supplex à vobie contendit Titine. ut, Ge. Com ferebatur, à mulus imperitie hominibus continuo: propter: Latinitatem ana tiquata est: quod cum ille intellexisset, animadwerfo errore fun, transcripsit ita, quomodo:consuetudo habet, Supplicat vestris reverentiis Titius, quod, &c. & statim rogatio nemine usquast contradicente accepta est. Risimus in illa Academia quæ formulis omnibus in judicio supersedere patiene, & ubi Latine Gracæque fons & propagatio debest elle, feribendi magis formulam, qua Larina fuit ad antiquationem, quam æquitatem rei petitæ, quia jesta videbatur, ad impetrationem valuisse. Didicimus tamen etiam inde confuetudinis ufusque longavi non levem esse autoritatem a nimirum ad abolendam rogationem apud imperitos & ineptos: non ad constituendam dentinitatem spud doctor & diferios. Quanquam enim reprehendebatur, etiam cum repulse mulcia, propter Latinitatem pecisio. zamen neque reprehensio neque repulsa poterat efficere quominus magis effet Latina qua rejiciebatur, quam que fuerat accepta. Sed ut ne--que Vatinium bonum civem illud effecit quòd Prætor factus est, aut fatenem malum, quia dejectus in petitione fuit; sed quædam esacin Catone vis ac dignitas, quam neque populus ab eo repulsa tollere, acc in Vatinium suffragiis transfundere potuit, licet honorem dederat:

rat: Sic in sonis quedam est antiquitatis veritas; quam neque confuetudine diversam, ne que reprehentione nullam, neque voluntate moltra translatitiam efficere possumus. 2 M AG'N.A quidem: vis , magnum: pondus; autoritas plurima confuetudinis. & ulus, ut vià ziola hudari, bona negligi, recta contemni, prava coli, zqua repudiari, iniqua fuscipi, amittere te tua, aliena retineri à te sine ullareprehensione & quasi jure faciat. Veritas tamen eternitate nitatur, & constantia nature persufucapionis fallacium ne aboleatur... Nam bona fides non in permisso, sed in recto has ret. & error communis excufationem flagitii. venitatis indagatio diligentia, laudem habet. Multa quoque funt, fateor, que nullam fabilem ac firmam name faz fedem , & quali -ideam habent: in quibus moris & consuetudimis pracipuum jus & tanquam imperium elt, -us ex ejus decreto cuncta fiant & administres-· sere Cujulinodi linguas & habitus & mores dicimus nominum viventium, que nulla stabili in fede fed in perpetuo mora ac mutatione consistent. Neque enim testamentum solum & suprema voluntas hominis incerta & variabilis, occ ut Jureconsultus air, ambulatoria cenfour nime ad mortem: Sed & ipsa sacies stominis & oris lineamenta, & tota quali figura corporis, & veitis formz, & gellus ratio, tam diu quan vivio quis, identidem immutanter.

At ubi semel mortuus fuerit & exsbinctus, flabilitatem quandam suam consequeta sunt: sut meque ex voluntate ejus que jam nulla effe. potest, nec examinio posteriorum, quod umsum jus in fato functum non habet, variari & de novo fingi, vel alterationem aliam ullam accipere queant. Quocirca di quis pictor, ut Apelles, aut sculptor, et Polycletus, nobilis alicujus viri tanquam Niciæ vel Alcibiadis vel Alexandri statuam essingere, vel saciem colosibus exprimere veht, & in eum jusenem adhuc & modò pubescentem, aciem soculorum animique direnerit, poteric quod diligentar animo advertent, enam amilicio manuque præstane, & exhibebit ille quidem nobis Alexandrum, sed juvenem, & proue tum fostè fuerat, vel and se quietum & meditabundam. vel renidentem & exhilaratum, vehiratum & sninitabundum. Idem quoque dico si puerum adhuc, & vel involutum fasciis in cunabulis canquam vagientem, vel cam sequalibus colludentem formavent peniculo, puerilis quiden enit facies, & conerior quam illa juvenilis: & camen Alexandri. Quòd a citm jam creveris, vel idem Apelles, vel comorno quis'alius arce non inferior adhibeatur, minto propè depinget faciette, profectionnotestam blandein nec mollem qualitm in puollin inhimadireminius, sed virilen et robultum. Chàd di quis mihi fenis Alexandri & docrepiti offiziem welic exhibe-

hibere, negaba herele veram illam elfe & delligratus impostori, fi liceret, crimen impingam, cum Alexander nunquam consenue cit. ... God fi cujuspiam veterum illorum Imporatorum ac Regues qui senes erant, ut Nestomis vel Arganthonii illius, yel Mafiniffæ, vel cuiusiam ex Romania, ut Galbam aut Vespa-Mani, vel Octavii Augusti ostenderit videbo zredo fulços in france, rugas, in buccis, finciput calvum, barbam incangu, incurvam cervicem:, compchantem in human vultum milionem in facie fenili colorem digitos maenforces de totam comporis faciem, fugvi illo quan fucco juventutia defentam. Plurima quidem aberunt; que in serase florida gernebansamma Schneles erunt ammusas : Sed tamen aaraque veia eftefficies, vera forma, & pictura performent As a quie mihi pictor, fictorve vel diatusmus de populo, qui nunquam, Galham Ostaviumve viderit, sed aliquem sorte ex pq-Aremis politris consen: vel ne illud quidem, fod agree forme de medificia , & foburbana que allicolim tennerant, or cum ne widerst quiden illam veram . mec ad vivum expressan ab optimocardicediatuem, bujus quem mihi depin--pore unit: aut si viderit aliquando, nihil tamen pensi habuent, sed de facie forsan euzinfquam è plabe, vel multò magis Ganoli Caferis Imperatoris Romania oper definiti exempler finners, danet milioquam ille diegret elle yedam, Sent Plaums ait, is islimam officien wrum

rum Imperatorum quos ego petebam: & cum ego, quòd memoria teneam quasdam illorum Imperatorum corporis notas, quas vetusti scriptores ac veri reliquerant, reprehendam in pictura plurima, & dicam quo modo corrigantur, mirificè se mihi respondisse putat cam dicat, Quid? an non quorum formas & tanquam ideas à me requiris, Cæfares fuesunt. & Imperatores Romani? & certe qui nunc sunt Imperatores & Cæsares tales sunt: Quocirca contentus esse debes, nec plura requirere, nec vana hæc & obsoleta & antiqua repetere: Quod est vivit, quod fait, mortuum est. fanirene dicam hunc pictorem qui sic mihi respondeat, an me insanire, si ita mihi satissacist? At ego, tam enim sum rudis & impostunus indagator veri, credo si quis numisma monstraveris in quo sculptam diceret esse Socratis imaginem, & in eo viderem seniculum quidem vultu non inamœno, sed oculis parvis, aquilino nafo, comatum & compeum, riderem hercle, & falsum esse dicerem qui numilma tanquam thelaurum eruerit, fi quidem Socratis esse putaverit: Nam ille oculos prægrandes & eminentes, nares finas & patulas habuisse, facie tota quasi taurinum quiddam aspicere dicebatur ab iis, qui quòd in eadem ætate vixerunt, faciem ejus optimé mosse debuerant. Credo quoque hercle si in erreis aut argenteis vel etiam aureis nummis Velpalianum mihi expressum ostenderes. & fa-

### DE PRON. LING. GR. Lib. I. 409

Aciem illam contractam & rugofam, & tanquam nitentis non videam: aut fi Cyri majo» ris imaginem non aquilino nafo, fed fime demonstraveris, aut si cujuscunque nobilitati literis viri exsculptam saxo vel metallo expresfam, vel depictam coloribus, vel cera repræsentatam ante me posueris, in qua signa illa & notæ & indicia quæ in vivo fuerant non conspiciuntur, sed alia & diversa: tuam forsan illam imaginem dicam, si quidem ita velis, quam aut argento tuo emeris, aut in longa temporis præscriptione tenueris: ejus autem, enjus vultum & figuram expressam in illa videri vis, nunquam dicam. Nunquam enim usus quantum cunque, longinquus atque diuturnus efficere poterit, ut hominis exfuncti atque mortui, vel cuiuscunque alterius rei, que semel interierit atque deperdita est, facies, figura, motus, conformatio, vultus, color, habitus, & corporis ac morum delineatio nisi per mendacium commutetur. Sed illud necesse est in omni tali descriptione verum sit anod ea tempora respiciat, quando ipsa sue-De faciendis itaque cavere possumus, facta autem infecta facere ne Prætor quidem poteit. Proinde qui dicta factave, vultum gestumve corporis alicujus mortui hominis, & longo antè tempore extincti representat, quomodo ille dixerit feceritve, faciem habitumve. corporis formaverit, rectè repræsentat & verè: qui

### TIO ! ATHOMAS SMITH

qui verò nova verba novaque facta, que ipfe -nunquam dixerit ac fecerit, cum vultu ac ge-Atu qui in aliorum hominum confuetudine celebratur, verdm in illo jam extincto nunquam funt conspecti, confingere conatur, utrunque de quibusdam aliis, si fortassis idem dixisset. poterat illi credi, certè de co de quo narrat falfum loquitur, & si verum dicere volumus, ne mentitur quidem apié. Nam si qui non sit verè Æthiops, manus & facient & totam soi corporis cutem denigrat, quanquam certè non continuò dicitur Æthiops, at colorem faltem Æthiopis commodè mentitur. At si quis cum sit Italus forte aut Flander, non atramento fed minio, purpurilfave, ochra, vel cineraceo quopiam colore se obleverit, de postulabit propterea verus ac nativus & planè germanus Æthiops haberi, non hunc quidem eredo nos tantum Æthiopem non esse dicemus, sed ne Æthiopem quidem quo modo mentiri ac simulare debeat, tenere.

Redeo ad rem, si quidem ejus hominis qui nunc'in vivis non est, cujus tamen memoria recens adhuo & quasi vano in oculis ferè ac auribus hominum versatur, aliquam cognitionem desidero, potero fortassis ex auditu & relatione bonorum, aut side dignorum hominum, quibus ille notus suerat, multa de moribus ejus, de sigura corporis, de statura, de loquendi ratione, de sermonibus quos habere con-

confuevit, discere, atque isa capiditati mese plurimum satisfacere. At enim si is ille suesit qui ante ducentos fortè annos fato defunctus elt. ut non modò nostram, sed etiam avorum se proavorum nostrorum memoriam superaverit: Si quidem nulla nec privata neque publira monumenta de ipso supersint, non hercle video quid possit pro certo atque comprehenso haberi. Nam quæ derivantur sermonibus hominum, atque jactata funt vulgo inter senes anus de rebus hujusmodi, præterquam quod fabulosa funt, & fidem apud graves & conitantes non habent, neque herele sine literis diu hærere solent, sed temporis diuturnitate concidunt. & nullo veritatis velligio relicto penitus tandem intermoriuntur. At si quidem exitet quicquam quod scriptorum vel publica wel privata fide continetur, de rebus tam longinquis & à noltra memoria remotis, fublidium hoc habemus memoriæ maximum, certè est unicum & folum. Quod non modò in homimibus obtinuic quorum vel ab orbe statim condito & constituto, vel in valde vetusto & loncinquo tempore viventium cognitionem tamen quandam habere videmur: sed etiam in homifrom factis & rebus gestis, ut bellis admini-Aratis, victoriis partis, rebuspublicis constituis, moribus populorum formatis, adificiis erectis, fossis deductis, pyramidibus & colossis & turribus coagmentatis videtur, ut corum forme ac magnitudines expressius ac certius nunc

nonc ex antiquorum libris, quam ex præsentibus ruderibus ac ruinis colligantur. Quid in linguis? nonne tres illas præltantissimas & uberrimas Latinam, Græcam, & Hebraïcam iniuria temporis tanquam Saturni edacitate voratas atque confumptas videmus, ut ubi maxime frequentarentur olim à vulgo, ibi hodie ne intelligantur quidem? Sed quemadmodum civium illorum qui maxime vel in Atheniensum republica florebant, ut Themistoclis, Aristidis, Cimonis, Miltiadis: aut in Romana, ut Appii, Pauli, Fabii, Papyrii, Camilli memoriam & cognitionem non à plebe, quæ nunc Romana est, vel Atheniensium efflagitare possumus, quippe qui nihil horum sciat vel inaudierit: ita neque illi hodie de eorum lingua quicquam respondere possunt. Solum illud de utraque re certum & exploratum habemus. quod è monumentis librorum, sedulitate ac diligentia possit erui. Nullæ sunt aliæ conjecturæ relicta, nulla indicia, nulla argumenta; perculit & prostravit omnia tempus, exedit & consumpsit. Ergo nec hujus ataus doctis hominibus, cum quid de linguæ illius antiquas, & in libris tantum ac monumentis veterum viventis sono comminiscuntur, quod ex eisdem libris non possunt comprobare, fides est adhibenda. Non hercle magis quam si historiam aliquam de priscis illis viris ac antiquorum factis concinnarint, quæ nusquam à quoquam weterum fuerit relata. Quid enim si Accursius

l'abulam illam anilem & ineptam de morione Romano cum Græco sapiente commisso, ad exploranda Romanorum ingenia, priusquam leges eis darentur, prodere voluit in scriptis populo, quam ipse fortalle jactatam ejus ætatis eruditorum sermonibus acceperat, & latè inde vagata fuisset hæc fabula, & propter ignorationem historiarum à plerisque omnibus Jureconsultis approbaretur: num vera propterea censebitur? Quid si doceretur inde in 1cholis & lectionibus, & plerisque omnes narrarent seriò (quod quidem & aliquot multos annos est factum) an rectum erat ut crederetur, & latius inde ut propagaretur à nobis : non hercle puto magis quàm illa quæ propemodum æquè funt ridicu» la de legibus & plebiscitis, ubi populus (ita enim loquitur) pulsabatur cum campana ter. ad barengam, ad barengum, ad barengam: & tamen diligens est, & mea quidem sententia, in concinnandis legibus non minima cum fedulitate nec levissimo judicio versatus est. Sed neque autoritas Accursii, nec Jurisperitorum omnium consensus, neque eorum qui vel in Gallia vel in Italia legere confueverunt constans narratio, poterat efficere, quin falsum id esset quod de antiquis prodebatur, si ab illis illorum temporibus nunquam fuit factum. Nunquam autem factum ab illis videtur, quod ipsa rerum ac temporum natura negat, & nemo qui poterit idoneus esse testis narraverat unquam. Et tamen qui primus hoc Accursii Kk €óm•

commentum credo in scholis & publicè convellit, in indignationem incurrit plurimorum. Non solum enim nobiles, sed etiam docti homines, seu recte seu perperam quid coperunt sacere & probare, in utroque excellant, & quod semel occoperunt, non patiuntur æquo animo castigari aut avelli, multoque magis molestè serunt si etiam temporis longinquitas ad errorem stabiliendum accesserit.

Sed ex his quæ antè dicta funt perspicuum evadit duas esse res in quibus omnis antiquitatis cognitio & quali certa comprehensio versatur, statuarum & aliorum veterum monumentorum animadversio, & historiæ sides. fi concordant, maximum quidem ad persuasionem pondus ac momentum habere debent: sin altera tantum reperiatur, tanquam unus valde idoneus testis aggravat causam: sin hæc discordent, inter se jam sustinendus forsan assensus est, & amplius pronuntiandum. hæc, reperiuntur ne in sonorum causa? maximé. Nam literæ tanquam statuæ ab optimis artificibus repertæ funt, quæ fonorum univerfam naturam, & habitus, & inflexionem, & motum, & conformationem subjicerent oculis, & tanquam imaginibus quibusdam exprime-Grammaticorum autem libri funt tanquam historiæ, de rebus illis & fermone antiquorum compositæ, qui cum de vi ac potestate literarum, de accentuum distinctione ac forma, de spirituum natura, ceterisque que pertinent ad

## DE PRON. LING. GR. Lib. I. 515.

ad hoc artificium, scribunt, non solum contexere mihi quandam in sonis quasi antiquitatis historiam videntur, fed étiam tanquam digità vel radiolo quodam in figillis fingulis ac statuis fonorum quid sit observandum commonstrare. Parumne igitur instructi videmur accessisse ad caufam, qui & literarum elementis & communi scriptione tanquam censibus & monumentis. publicis, quæ potiora testibus in jure censentur, & gravissimorum insuper autorum testimoniis tanquam experientium in sua arte indicio. vivaque attestatione freti, ad hunc fædum & inveteratum in pronuntiando errorem oppugnandum descendimus? Animadverti aliquando, non sine fructu sane & voluptate, hos qui in inquirendo vetustatis monumenta perstudiosi sunt, & antiquarii vocantur, si quando vetus numisma prisci alicujus Imperatoris aut Consulis nacti suerint, aut statuam aliquam antiquam, cujus exesæ nondum literæ funt, quia quarum rerum studio tenentur, hinc se putent adipisci posse, ut aut vultum antiqui Imperatoris; aut Sagi veteris formam, auto habitum Senatorum, aut triumpha is eurrus effigient; vel aliud forte quippiam, quod fat ab hujus ætatis curriculo remotum discerenz propterea vehementer gaudere. Ouod fl. cum ilta comparaverint cum hiltoria, concordare sentiant, id quod veteres verbis & oratione delineaverint, cum eo quod ipli nunc oculis & aspectione deprehenderint, Kk 2 quàm

quam exfultant laetitia? quam efferuntur gaudio? tantum non quemadmodum Pythagoras, nescio qua re in numeris reperta, bovem triumphantes Musis immolant, neque se putant hercle absurde aut arroganter facere. si & hospitibus fortè accedentibus, quos eruditionis cupidine tenere arbitrentur, aut civibus etiam suis, quos indole atque ingenio præstare censeant, ostentent fælicitatem suam. & versu fortè aliquo veteris poëtæ, vel oratoris loco, qui fuit antè obscurior, recitato, fingula quæque quæ inibi deprehenderint verbis indicent, & non fine magna voluptate digitis commonstrent. Et hoc quidem Budæis licebit, Alciatis & Bayfiis, magnis quidem viris. & omni honore meritò celebrandis, ut ex privatis suis sigillis errorem pervetustum coarguant, & qualibuscunque conjecturis usi, non solum quod in sermone hominum incertò jactabatur, sed & quod in libris passim omnibus inscriptum cernebatur, tollant & ementient? Nobis in re certa publicisque totius orbis literarum monumentis, quod circumfertur conferre, coram auditoribus nostris, cum Grammaticorum decretis, & explicando recitare, juventutemque nostram erroris inveterati commonefacere non licet? An verò postquam turpe ac flagitiosum in istis ridiculis, ut D. tua vocat, sonorum certaminibus esse illud ostendimus, quod ante tenebatur, & veram viam indagaverimus, &

# DE PRON. LING. GR. Lib. I. 517

eundo ac redeundo tritam illam nobis & facilem reddiderimus, ducere per eandem quos amemus, & ingredientibus præcipere non debebimus? Sed nimirum tantisper palpitare in tenebris. & inter senticeta & spinas errare patiemur, quoad Oxonium & Gallia & Italia & Germania subitò tanquam per miraculum, uno momento temporis hanc pronuntiationem acceperit. Et nos qui ad gravissimas sidei nostrae persuasiones comprobandas, hoc tempore miracula non esse necessaria contendimus, ad hæc vocalium & consonantium certamina decernenda, miracula conquiremus? Nam ante hoc edictum tuum nihil erat quod impediebat, quominus studiosi & diligentes homines, quod in artibus ingenuis & liberalioribus, ut illæ magis excultæ essent, & inperfectiorem statum reducerentur, invenérunt, proferrent in medium & fine invidia communicarent. Portò usum & consuetudinem in legibus & moribus, & his quæ ad reipublicae tranquillitatem atque gubernationem spectant, ubique conservandam ducebant: In artibus autem ingenuis ac disciplinis, si quidem illa consuetudo vitiosa non fuit, nec à veteri illa & consummata ætate discrepans, probabant: sin inepta & vitiosa, paulatim, ut occasio dabatur, cam antiquabant.

Nunc autem dicat per Musas, D. tua, quid nos dicere oportet, si quando commo-Kk 3 nesanefacere erroris hujus inveterati auditores. & ostendere quid sit in his rectum & antiquum velimus: nam id in literis illis tuis permittere videris, at in usum & in actionem ea quæ recta funt perducere non pateris. Quid ergo dicemus? Pronuntiatio hæc vulgaris, auditores, pervitiosa est & absurda, non convenit vocalium fonus, multæ funt in diphthongis inepriæ, videtis liquidum & posse & debere poni discrimen inter singulas literas, & suum cuique vocali sonum, accentum, spiritum, tempus, apud veteres suisse, quomodo quidem Plato ac Demosthenes olim sonuerunt, omnesque usque ad interitum linguæ, diserti ac eruditi Græci. Quin igitur nos illos imitamur, inquient, cur non vos autores estis? nos libenter consequemur, & veram illam ac germanam linguam discemus avidissimè: hîc fi usum opponemus, ridebunt, credo barbaram consuetudinem in humanitatis & doctrinæ schola tam sacrosancta judicari, & eandem paplatim abolendam censebunt. Sin tanquam si aves non addixissent ut moveremus terminum, edictum tuum opponamus & mandatum, irascentur prosectò D. tuæ, & aut te non videre putabunt, id quod D. tua facilè novit, magnam esse in isto usitato loquendi modo depravationem: aut si videris, veram pronuntiationem te sibi invidere credent. & dolebunt maluisse te in tam exigua re pervezustum errorem, tanquam importunam scabiem

biem ac diuturnam relinqui, ut auditores linguam Græcam horrerent, quam perpurgari ac tolli ut illam retinerent & fuavius exofcularentur. Non ausim tuæ prudentiæ consulere, sed tamen satius existimo fore, ut edicto tuo sublato, cum errore tantum inveterato, & longo literarum abufu permittas prælectores pugnare: quam committere, ut etiam opinio tua in discrimen vocetur. Etenim si nos etiam tacuerimus, an non vident quid in libris contineatur, quid septem hos annos continuos docuerimus? Nam si contra sententiam animi nostri, vertere quidem vela nos velimus, & ut olim Stesichorus πωλινωδείν: citius quidem ea quæ nos posthac dicemus falsa, quàm quæ ante tot libris expressa conspexerint, putabunt esse ficta. At enim si D. tua nobis isthuc non concessit, quid est quod concessit? Pronuntiationem illam, quæ nunc ubique ferè in usu est, vitiosant in permultis esse sonis, veteresque qui incorrupte funt olim loquuti, fonuisse aliter D. quidem tua dedit: sed nescio qua lege & repetis rursus. & iterum datum esse vis. Etiamne nunc condictionem ejusdem rei nomine habes, nec dum repetitio cessat? at hercle si das accipimus, si non das, facilè argumentis extorquebimus. Nam illud quidem periniquum est ilto modo ut accipiamus, ut siconvincamus rationibus, id quod tanquam à pupillo vel infante datum elt, supervacaneus nolter labor in probando videretta quia con-Kk 4

(

cessum est. Sin ideo dixerimus nihil, nihil nos posse de ea re confirmare dicatur, quæ nostram maxime causam continet, quia nihil dictum est: & irrideamur insuper quasi qui quod tanquam ab infante aut furioso datum est, ubi repetitio est, quasi certo jure firmatum habuerimus dibi donatio est. Quo circa recté atque ex ordine Johannem Chæcum fecisse judico, qui ita partitus est causam, ut & usus autoritatem infringeret, & modestè se defenderet. & gravissimorum autorum testimoniis huic calliditati occurreret. Et nos cum de eadem re dicendum putavimus, illud primum etiam atque etiam premendum esse duximus, ut intelligeretur in hujusmodi rebus, quantum usui consuetudinique pervagate ac vetustæ sit tribuendum: & non ignoraremus unde sit illud petendum, quod tanquam exemplar nobis effet propositum ad imitandum . & canon Polycleti. Hoc fi semel inter nos constare possit, facilè quod reliquum est consequemur, ut ostendamus huit regulæ & absolutistimo exemplo nostram sonandi rationem similiorem in cunctis rebus esse, vulgarem & pervagatam in plurimis dissimillimam, & plus etiam quam bis quod aiunt per omnia divaricari. Quod quidem cum nos non incuriose aut negligenter secimus, sed dedimus operam ut disputaremus accuratius de tota ista fonandi ratione, ac fatisfaceremus quibusdam amicis nostris, qui me tam diu tace-ŢQ

re funt admitti vereor ut ne istuc accipiatur ab aliis in eam partem quam velim, & D. tuæ, atque aliorum existimationes perhorresco. Venit enim mihi in mentem Epicteti haud imperitissimi Philosophi, qui duas unicuique. rei datas esse ansas putavit, quarum altera quæque res teneri facile atque comprehendi queat: Alteram verò scabram esse & aculeatam dicit, neque illa parte quamquam rem fino moleltia quenquam comprehendere, neque sine acerbitate retinere posse: un si quem inquit arripias qua homo, qua frater, qua difcipulus, qua adolescens, ibi vel illum amare potes rectè facientem tanquam fratrem, cognatumve, vel progressiones adjuvare tanquam propinqui aut civis, vel erranti ignoscere, tanquam homini & adolescenti, tu item homo ac vir qui non semper sapientissimè atque optime cogitas ac facis. Sin illa capias qua delinquit, qua tibi adversatur, qua tuæ voluntati morem non gerit, ecce alteram & odiosam ansam, non potest teneri, cadit continuò. de manibus, eliditur ac frangitur, invisus, molestus, ingratus est. Sed hoc interesse inter Philosophos & eos qui omnino sent awai-Seven, & rudes humanitatis ac bonarum literarum existimat ille Philosophus, quòd Philosophi semper ex meliori & quasi ansa dextra quamque rem capiunt, itaque minus molestiarum fentiunt, æquo cuncta ferunt animo, neque sibi sunt molesti, nec alis graves. Con-Kk r trà.

trà, qui funt, ut ille dixit, inumani red aireeixados, frequentius alteram partem arripiunt, unde jurgia, lites, inimicitiæ, acerbæ contentiones, hostiles cogitationes, & odia capitalia exsistunt. Profecto quod Epictetus in omni re obtinere voluit, id præcipuè conspicitur in contentionibus juris ac disciplinarum: nam à quo dissentis opinione, cum illo si concordas humanitate atque gratia, discit uterque ab altero sine acerbitate, & res disquiritur diligentius, & amicitia multò magis crescit & augetur. Sin qui discordat à te in aliqua perfuasione doctrinæ, tu illum continuò capitaliter oderis, tum omnis ejus reprehensio maledictum, omnis refutatio acerbitas, fingula quæque dicta & verba, gravia vulnera & molesta videbuntur, amor extinguitur, incrudescit odium, & unde literæ deberent augeri, inde injuriæ nascuntur, & gravissimæ of fensiones. Sed quoniam D tuam sic imbu-tam omni genere Philosophiæ novimus, ut pauci fint hujus ætatis qui tecum comparari queant, magna spes est & propè indubitata persuasio, ut tu has nostras disputatiunculas boni æquique consulas, nec alia parte accipias quam qua teneri possunt ac debent: ut ne, si dissentiamus à D. tua in aliqua literaria re, continuò nos violare tuum honorem, aut imminuere Cancellariatus dignitatem velle suspiceris, quam nos ita sartam tectam habemus, ut non folum illam conservare ac tueri.

zueri, sed etiam augere atque illustrare, quantum quidem in nobis est, optamus, & ad omnem occasionem sumus parati: Et de te quidem literatissimo viro Cancellario nostro gloriamur, & nos tuos esse scholasticos meminimus: non tamen tanquam in ludo literario pueri simus, quid vis ut nobis nutu approbetur, sed tanquam in Academia Cives, ut vero & justo & officii nostri ratione teneamur. Itaque facimus quidem ut magistratibus qui pro tempore præsint, quodeun-que pro potestate jusserint, non illibenter pareamus. De rebus autem ipsis sentire vel invitos nos, necesse est quomodo cujusque natura, rationum fides, & apparens veritas ferat. Errata tua nulla notamus, dissensionem à nobis in infima quadam & abjectissima Grammatices parte, videmus.

Itaque de Amplitudine tua sic sentimus, quod quemadmodum magni viri & potentes cum sessi curis & studio tuendæ reipublicæ suerint, laxare nonnunquam animum suum, & ad lusus & jocos descendere videmus, & qui non habent alia quibus se exerceant, orbiculos quosdam & semicirculos consectari, & quasi bellum inter hæc instaurare, nonnunquam etiam in pecuniam alea ludere, quam perdant an lucrentur nihil pensi habent, tantum ut interea tempus transigatur, & vacuesactus animus recentior ad graves causas veniat: Sic tuam D, delegisse nos quibuscum luderes, & quia sem-

# 524 THOMAS SMITH

per in studiis & liberalioribus artibus sueris educatus, ita ut in plurimis excellas, alveolum hunc pronuntiationis Græcæ in medium proposuisse, ut in singula puncta & vocales luderes, & explorares tuorum ingenia, scriptisque & edictis excitares in omnem partem & versares ignotos tibi. Quod dum facis, non potest non esse jucundum nobis, cum tanta tamque excellenti tum scientia tum autoritate ac dignitate viro, exercere ingenia, rationes colligere, contorquere argumenta. conclusa nonnunquam & rotunda oratione. & quodam circumcifo verborum ambitu pugnare. Et sum fortassis in ista disputatione aliquando vehementior, ut intelligat D. tua acre ac incitatum ingenium meum cum ab ætate, tum à natura mea, sed quod temperabit ætas, leniet in gravi causa moderatio, flectet & impellet ut volet D. tua. Quamquam enim multas ac magnas voluptates ac fructum afferat pronuntiatio nostra, tamen duas vel maximas agnoscimus in ista tua: unam, quòd tibi parebimus, quemadmodum quidem nos decet in omni causa: alteram. quòd tametsi collocutio Græca rarò frequentetur, tamen si aliquando usu veniet ut colloquendum sit, qui sequitur tuam pronuntiationem, facilius ab omnibus exteris intelligetur. Sed experiri volui quid potuit contradici, & omnem ejusmodi scholarum & disputationum libertatem ac licentiam arripui, ut liberè dice-

rem in quo arte dissentirem, & illud confutarem. Audacter quidem feci, fateor, spero. tamen D. tuam nullum inde odium adversum me concipere velle. Certè quod ad me attinet, ut D. tuam nunquam oderim, tanquam qui mihi ut nullo privato beneficio, fic neque ulla antè injuria, quod sciam, fueris notus: ita nunc post has contentiones, & literarias disputationes, in quibus ego summam voluptatem pono, quòd te eisdem delectari videam vehementer, diligere atque adeo amare cœpi: atque utinam intra disputationes constitisset ilta contentio. Nam si quibus artibus ac viis nos septennem usum constituimus & corroboravimus, iifdem D. tua collabefactasset. eundem & sustulisset: hoc est, si rationibus tantum egisses & oratione, & isto ipso verborum & sententiarum doctissimo sumine, quo abundas, fregisses impetus persuasionum nostrarum: & cum nos nonnisi rationibus pugnemus, & utilitatis non adumbrata sed eminente specie, tua rursus D. majorem utilitatem & fructum, vel veritatis & antiquitatis magis expressam imaginem ostendisset in usu contrario, aut si hunc ipsum, quem audes nobis opponere, huc milisses, ut confirmaret adverfum nos eorum, si qui sunt qui vulgata pronuntiatione delectantur, animos & rationibus Si juventutem avertisset, aut ille à nobis, aut qui illam rationem sequentur omnes, si autoritatis suæ pondere, aut arguchiq men-

mentorum copia, aut disputationis subtilitate. aut discipulorum hie apud nos, ubi utraque exercetur ratio, multitudine nos superasset. fateremur quidem nos verè esse victos, & tam errerio divinoque certamine Cantabrigiam foclicem ac beatam esse prædicaremus. Nunc cùm non rationibus nos, sed minis ac terroribus inon manu doctorum hominum, sed eorum qui Græce nihil sciunt aggrederis, dum legibus & edictis, & aliis terriculamentis libertatem sonandi comprimis, occasionem his qui audencius ac liberius loquumur videris dediffe, ut opprimi quidem nos videti se dicerent. & linguam Græcam Cantabrigiæ deferi, victoriam autem nullam videre, nisi qualem Gothi olim ac Wandali de Latinis literis, Turcæ ac Gepida de Græcis habere potuissent. Omnino octa hac res levis est, & in scholis ac diatribis Philosophorum commodè à juvenibus tractatur, ut in utramque partem declamationes fiant, ut utra pars ad se plures trahere posset auditores, majorem sectam habeat. Nec memini me audivisse de quoquam post L. Gellium, præter tuam D. qui se rebus einsmodi per autoritatem interponeret. Nam & florentissimis Latinæ linguæ temporibus, cum quidam verbum peregrinum pro Latino usurparet, & ad reprehensorem Augusti autoritatem opponeret, audivic statim Cæsarem: Gallos Romana civitate donare posse, Gallorum verba non posse. Semper fuir Philosophis

phis & Grammaticis liberum, ut in fais disciplinis libere & ingenue dicerent ac fentirent. & perfuadendo magis niterentur, quam edictis aut fascibus usus veteris & veri apparentis fpecies pro Tabulis XII, & Solonis axonibus. aut Lycurgi retris habebantur: hinc omnia mutare & corrigere, & de novo invenire folebant, non quæ edicto firmarent ad terrorem. fed quæ rationibus probarent ad persuasionem. Sed in his cum D. an fenseric aliud, non aufim reclamare: tantum illud dico, fi usquam impune dissentire ab aliis, & varietate sententiarum uti liceat , illud in Academiis maxime liberum esse deberet, que doctissimis viris abundare solent, & quædam quasi omnium ingenuarum artium ac literarum Universitates appellentur, in quibus constrictum hoc & vinctum, & in tam parvis rebus ad unam formam servilis & obnoxia ratio non nimis decere potest.

Ad Theonem, quem nobis toties opponis, memini me D. tuæ præsentem respondere, sic ut dicerem perabsurdum mihi videri ut existimarem Theonem Sophistam, præsertim se prosessum non potuisse fallaciam a μοριβολίας ex sot autoribus expiscari, nisi quæ sono, ut nos dicemus, certè scriptione, ut vos notastis, differat, & aμφιβολία non faciat. Itaque sic existimare me, ut planè consirmare audeam, inter innumera menda, quibus ante Joachimi Camerarii repurgationem scatebat hic Theon,

hoc

hoc unum relictum elle vel tomissimum, quod quidem diligentius intuentem, & sonos rectè advertentem, nunquam fefellisset, perstrictum ante oculos & seductum vitiosæ pronuntiationis consuetudine, ut Ulysses arieti adhærens. palpitantem Cyclopem, ita etiam Camerarium. vel doctifimum ac diligentissimum poterat effugere. Sic enim illum scripsisse dicitis, dateφัก อิ่ะ ชี้แม่ รัฐเลือบร์เลง พอเริ่ หลา ที่ λεγοιζία «μφιζολία» ore's TAJanenhour, Sud't muyluite a'Ajougétou te ig Anentelie, as ou to Aunteis meore on hoora Esw. Es who save Tr esiv to uo' ev il a Algulettov, to audantele esw merson du ucaia. Eregor de to dingentation, authoreis mais Low Esar In provide. Nego hercle to Auxyrels muis ou ou Esa Superia elle to Superialion, TE aunniels merena Esa Squories id quad vel lusco perspicuum est. At enim si hoc modo legeritis audynels mosos Esw Syuvein , int illud aurniels tibicinam fignificet, to apple to habetis. Deinde si auxi res neogon dyucoia esw, Hoc est, aula vel tibia ter corruens publicetur, habetis etiam to Angenperor, -& ex compositione ac divisione certissimam άμφιθολία. Quòd fi illo modo legatis άυλητεία muis Lou Esw dy pocia, dinenplevous Cius a Alalerrov. debet profecto elle auxileis menion isa onuorias Frigidum enim est illud tertium, quomodo vos habetis, & non tam en Te a Alangerou Te nai dinonuers quam ex mutatatione literae con-Sed hanc conjecturam stans aupicola. peropportunè Quintilianus confirnostram mat, ut jam dubitari non possit. Inde inquit,

Quit . dodileis illa vulgata, cum queritur, Urrum aula quæ ter ceciderit, an tibicina fi reciderit debeat publicari. Periniquum ergo debet videri, plus vos errato librarii tribuere, quam nos tot veterum autorum consensui: neque nobis intempestive prodit hic Theon, sed vos dum eum nimis properè ac præcipitanter produxistis ad testificandum, haud advertistis eum non suo illo honesto pallio indutum, sed nescio quo jeine dormitantis librarii desormatum. ex hoc fitu ac macula, quæ nondum abstersa est, petitis uti Theonem æstimemus, & illi totam nostram causam condonemus. nos acutiorem existimamus esse, quam ut hac non videret, elegantiorem quam ut frigida doceret, vetustiorem quam ut pervagato isto more sonaret: & si suo nunc ore loqueretur, ad nostras accessurum esse partes non odubitaremus. Neque comissurum ut cum in subfelliis nostris, Platonem, Demosthenem, Plutarchum, Dionysium, Aristophanem, videret, se unum inter illos confusionis & jejunitatis in fonando semibarbaros autores relinqui pateretur. Nam qui unus tantam curam ponebat ut alios Attice loqui doceret, idem se mortuum barbaræ pronuntiationis autorem laudari profectò ægre ferret. Miror autem vos non advertisse quod proxime sequitur exemplum, in quo vulgatæ pronuntiationis in k. fonando modus prorsus conquassatur & frangitur: Nam LI

#### THOMAS SMITH

vos κ. in κκ sic sonatis, ut vos k, ωκ συκ: at in κεντεύςως, ut c Italicum, aut nostrum ch. Chentafris,, tali initio quali nostrates faciunt in Chery, Cera/o. quod cum facitis, certè non potest in loquendo constare αμφιθωλία: sin ut nos κ semper ut k. faciat, commodissimé.

Ούκ ἐν πεύροις Ἡρακλής μάχε).

£30

Où Kurnupus Heganis maxe). Proinde nobis Theon non intempeltive prodit, qui noltram rationem ab adversariis productus confirmat: à vobis odiose protractus est ut interrogareur, illotus, incomptus, ut suggillationes ejus & maculas non sanare, sed prodere populo ac patesacere velle videamini.



LI-

# DE PRON. LING. GR. Lib. II. 53t

# THE PERSON BETTER BETTER BETTER AREA

# LIBER SECUNDUS.

※文文學 equitur ut sonum antiquorum discrepare ab illo vestro & usitato, & cum nostro concordare atque convenire probemus. Jacta enim funt fundamenta defensionis nostræ. Penes antiquos omnem cum Græcæ, tum etiam Latinæ linguæ autoritatem esse ostendimus, & eam confuetudinem observari debere, quam illi principes & architecti linguarum sequati sunt. U fum & populum tam diu jus dixisse linguæ, quamdiu viveret, & in populi manu ac potes testate suerat. Sonos, & verba, & voces, ætatem & mutationem sensisse, quamdiu creverat arbor: & utraque flipes ramos, & baci cas. & poma funderet: nunc nihil nos habere, nisi quod ex illa messe ac vindemia fruci patresfamilias condiderunt, & in horreo ferva-Non hujus ætatis eruditos ac doctos homines facere nobis/ Graca verba sonosve Graces posse, sed ab illo penu veterum non modò nos, sed etiam illos accipere debere; qu cquid verum ac nativum judicari queat. Linguam non esse amplius, sed fuisse, non vivere nune in ullo populo aut republica, fed vixise.

xisse, tantoque magis esse ac vivere quia non est, nec vivit, sed mortua est. Nam quamdiu vivebat, assiduis his jactationibus agitabatur, quibus omnes humanæ res & universa mortalitas obnoxia est. Nunc exfoluta vinculis, cùm in recordatione monumentisque doctorum hominum spiret ac alatur, non augetur, non minuitur, non consenescit: nam qualis esse videtur apud nos, sæpe talis non est, sed qualis fuit olim apud illos, talis & est, & semper esse debet. Neque hoc mirari possumus. cùm in plurimis nostris rebus quod est, in motu est, & quasi non est: fiunt enim quæ sunt, & dum funt, labuntur & cadunt: quod est & vivit, incertum ac instabile est: quod fuit, certum ac æternum est: & in pronuntiatione ac fermonibus quod est & verum est in præfentibus, fæpenumero contingens ell: quod in contingentibus fuit & verum est, perpetuum ac necessarium est. Necesse ergo ut ille sonus verba Platonis vere repræsentet, qui illi figuræ convenit, quam tum sonus ejus habebat cùm viveret: viventis enim forma mutatur & oris figura, mortui, exstincti & obliterati nunquam variatur. Ergo tum me Platonicè Demostheniceque loqui, hoc est Græéè puto, cum sic loquar ut Demosthenes ac Plato consuevit loqui: sicque theriaca componere ut Galenus, cum illas res adhibeo quas ille folitus est. Si verò tu sonos alios ad verba Platonis admoves, & tamen vis Græcè loqui videri,

deri, propter præscriptionem temporis, non hercle magis repugno, quam si pro viperinæ carnis pastillis, orbiculos trifolii congeras in antidotum, & postules nihilominus vera nobis & Galenia theriaca exhibuisse judicari, quòd longo tempore sic nobis nostræ & prioris ætatis imposuerunt pharmacopolæ. Ego verò consectabor vera & antiqua, nec studio destituar aut succumbam labori, præsertim cum non obscura & incerta, sed manifesta spes &

ampla se ostentet veri inveniendi.

Dicam igitur quid invenerim & observaverim, aut à bonis autoribus hauserim, neque celabo quicquam quod putem ad emendationem Græcæ linguæ posse pertinere. Neque me movit quod prærepta lit nobis ab Erasmo præsultoris & coloriner laus, quam non ambiebam: satisque puto me officio meo fecisse, si accinuero non incomodè Musarum voci, nec in tam parvis rebus inventæ veritati videar invi-Principiò, quod in omnibus antiquis rebus obtinet, que memoriam & recordationem hominum exsuperant, cum quid certum atque constitutum habere volumus, recurrendum necessariò est ad vetustatis monumenta. & incorruptissimos rerum præteritarum testes. libros & commentaria doctorum. Ut si scire velim qualis fuerit Pericles olim aut Socrates. & forté cuperem vultum ejus & figuram corporis nosse, si Phidias vel statuarius quisquam illum expressisset, magna similitudo vultus co-LI 3 gnognosceretur: de galericulo tamen quo velabatur, de vestis nomine ac forma ignorare. & de tota etiam statua potero dubitare. Sed si Plutarchus aut Thucydides verbis illud explicarint, & addiderint alia, quæ vultus atque oris lineamenta qualia fuerant patefaciunt. quæ præsens conferendo cum subscriptione nominis, quadrare conspicio: quid aliis usuveniet nescio, apud me certe magnam facient ista fidem, & inclinabor in eam partern ut credam, talem fuisse vivum olim Periclem, neque quenquam artificem rectè illum nunc expressurum, ni sic exprimat. At enim in sonis Græcis eosdem habemus maigue & statuarios & pictores, qui & primi & optimi dicebantur, & foli sunt, qui sonis ac vocibus primum rudes ac paucas imagines & tanquam uorozeauquædam, & extremas quasi umbrarum lineas ducebant. Deinde verò certatim incumbentibus ad hanc rem ingeniosissimis quibusque, sic expleverunt, ut deesse nihil possit quin absoluta judicetur, vel ad minimam etiam subtilitatem, omnis hæc ars & commentatio. Quarum igitur imagines & statuas ab optimis artificibus expressas habemus, & quorum sonorum literæ atque elementa manent, eos fuisse sonos pernegabimus? At poterant exsuperare literarum figuræ, poterat huxuriari Græca scriptio, scribebant aliter quam loquebantur: Crederem quidem istuc, si quidem aliehis literis usi estent, suis sonis. Nunc cum so-

nos prius haberent, & antè loquebantur quant scriberent, quis dubitat literas excogitatas esse, ut loquutionem referrent, non loquutos eos esse ut literas explerent? Quòd si varia sit sigura scriptionis, sonus idem, dicimus formam hiterarum diversam esse, ut in C o C s, & aliis literis, quas diversis modis conscribimus, literam eandem. Neque si quinque forsan aut sex variis modis potero e vel e pingere, propterea tot esse literas dico, sed eandem literam tot variis characteribus conscribi, ut planè liqueat literæ vocabulum, soni potestatem habere, nec aliam esse vocis hujus mi literat definitionem, quam ut soni diversitatem con-Ergo litera una pluribus fonis proptet inopiam inservire potest, sonus unus in variis literis non potest contineri. Ex quo perspicuum evadit, quot literæ fuerunt, tot etiam fonorum diversitates fuisse: nam licet & & obrevitate, non fonandi forma different ab , & ... ramen illa diversitas diligentissimis hominibus, literæ figura notanda videbatur. Sed nequaquam postulamus ut credatur literas has varietatem quoque soni retinuisse, nisi & magnorum virorum ad hanc rem autoritas accesse-Itaque in quo nobis cum inveterato ufu controversia est? Primum illud est, quod inter longas vocales & breves differentias obsesvamus: aliterque fonamus » & cum longe func, quam quando correptæ. Hoc quanquam à nobis niupatur, tamen qui pos detalerum, CIC-

credo quales erant corum aures, non poterant observare. Illud apertius 7 & 7 distinguimus ab 7. liquidumque discrimen ponimus in fingulis vocalibus, ut suis quasi regionibus & cancellis circumfepiantur, neque in aliorum possessiones cam impudenter irrumpant. Id quod non temere fecisse nos, quanquam Chæcus noster multorum testimoniis, & indiciis luce clarioribus ostendit, tamen quoniam in eisdem quoque castris versamur, & in pari causa unum à prælidio nostro protrahere in hanc aciem non pudet, & in communi periculo communibus quoque auxiliis utar, ut levibus præliis auxilia vestra tentem, graviorem oppugnationem aciem totam explicandam Chæco relinguam. Dionysius Halicarnasseus est, qui cum ad se pertinere putavit, docentem Rhetorica, fonandi ac pronuntiandi recte præceptiones non omittere, de vocalibus ista conscripsit, Autor 3 7 manear chowotant to A, star chreivery de-26) 38 avoizoulle & strato In ansiser, i Ti motμαίο άνω Φερομικου အος τ έρανόν. Δεύτερον ή τά म , जिस सक्षर करों में विवंतार के भूरेलवाह है हहार्रेम में में भूकर ακέλουθον, αλλά στι άνω και μείρως ανοιχομίζου. Terror of to a spoypine? 38 in minus to si pa , neit snelstind το χείλη, τ ή τοληγίω το πνεύμου σελ τὸ είνοι μιον ποιείται. Ές ή μπον κόπου το τ. σελ χ αύ (κ΄ ταὶ χείλη συςυλής γινομή ης εξιολόγου πνίχε), ης σενός εμπιπή ά ήχω. Εχωτον ή παντων τὸ τ΄ αθι everyophor The simile , it can it apprehension ? Xer

χοιλέων τ΄ ήχου. Των ή βρακχέων έδε περου μέν ξυηχου, ήπου ή δυσηχές τὸ ο δικησι πο τὸ ς μα κρείπου θαπέρου. Ε τ΄ πληγήν λαμβάνο ωθί τ΄ αρτηρίαν μάπου. Φωνηέντων μέν έν γραμμάτων αὐτή ή Φύσις.

Inter vocales, inquit, longas, I sonantissimum est, profertur ore dilatato plurimum, spiritu sursum versus palatum sublato. Proximum, quòd infra, circa basin linguæ, sistat sequentem sonum, non sursum versus, & os mediocriter aperit. Tertium w, rotundatur enimos in illo, labraque contrabuntur, spiritus summos oris margines ferit. Minus hoc vest, nam labiorum notabili contractione facta presocatur, & angustus incidit sonus. Extremum omnium : nam circa dentes percutitur spiritus, ore parum aperto, neque quicquam labra sonum illuminant.

Quis Apelles aut Parrhasius faciem hominis, penicillo vel coloribus exprimere potuit selicius, differentiamque constituere inter diversos vultus: quàm hic verbis vocalium naturam distinxit ac separavit? Certè morem nostrum loquendi confirmavit quàm qui maximè, & totam vestram loquendi Græca rationem funditus evertit. Nam si proximè post a sonat & clarissimè, longissimè autem distat 7, quod prosectò perspicuum est: non igitur qua aque sonus idem est, nisi fortè slavi aut nigri putemus eundem esse colorem. Et si vascos pur la cest, memorabiliter & notabili modo, labra

bra contrahit: 7 verò ministerio labrorum nequaquam utitur: certè & 7 in sonando par potellas non est. Quid autem amplius desideratis? Excutite omnem fonandi rationem, videbitis a primum & apertissimum, sproximum, tertium o, quartum o Græcum, & exilissimum . & totam hanc descriptionem cum nostræ Græcè loquendi forma quadrare adamussim, ut & os in cunctis formetur, quomodo præscribit, nec aliter spiritus in sonando ducatur, & omnis hæc literarum diversitas & natura conservetur. Sed inter - & non naturam & speciem, sed sonandi tantum spatium distare apparet, quòd antiquitus non , habebant atque 7, sed nna illa vocalis 7 tanquam anceps & ambigua nunc corripiebatur, nunc producebatur, utriusque literæ facile vices obiens. Cuius rei Plato in Cratilo autor est, & 3 7 iseupesa, αλα το παλαον, inquit. Ut intelligatur nunquam apud antiquos , fecisse, sed aliquando non inventa copia literarum propter ipsum veteres esse abusos, ut sono propinquissimam. Quod & notavit Priscianus: Vocales autem, inquit, apud Latinos omnes funt ancipites, vel liquidæ, hoc est quæ facile modo corripi possunt. Sicut etiam apud antiquissimos erant Græcorum, ante inventionem & 👼, quibus inventis, vocales quæ antè ancipites erant, remanserunt perpetuò breves, cum earum productarum loca possessa sint à su-DUST

## DE PRON. LING. GR. Lib. II. 539

pradictis yocalibus semper longis. Idem à Terentiano dicitur,

Litteram namque videmus effe ad proximam, Sicut ad a sunt vicinæ sibi: Temporum momenta distant, non soni natipitas.

Quibus verbis perspicuum est 7 & 7 sono non differre, sed soni protractione ac brevitate: idem de . 7 & 7 fentiendum. 7 autem ab . in fonandi ratione discrepasse apud veteres, declarat apertissimè locus ille Aristophanis & Ns-Φέλαις, τζεῖς μναι διφείσια κου τζοχοῖν Αμισία. Ubi scholiographus, rore & nexev (inquit) 'A puvias Προνώπε ύιος. εκείνον εν σπισκώψαι θελήσας, παρέτρεψε το ? είς το υ, και παρεγραμμά που γελοίως, εmel a Da mis A Dluaiois à vou @ Cavepus chu Ause ? άρχον α κωμωδείν 'Aμιωίαν di αύτον είπεν αντί & 'Apurice. At si sono non differret 7 ab 7, profectò contra legem fecisset Aristophanes: sin sono differret, malè vos qui in loquendo nullam prorsus discrepantiam ponitis. Rectius nostra pronuntiatio, quæ perspicuam satis diversitatem constituit. Sin autem y & v confunditis, & omnia facitis a quid, illudne ridiculum est quod in concionibus frequentissime ponitur, on agres tray huir ne neal ouir. Quid enim interest inter ini & inii, ut vos profertis? Sed Sed qui sit verus & nativus of sonus, Dionyfius antè satis explicuit, nec incommodè Terentianus, qui hanc literam quasi vicinissimam jungit ad v.

Hanc (inquit) ædere vocem quoties paramus ore, Nitamur ut u dicere, sic citetur ortus: Productius autem cocuntibus labellis Natura soni pressior altius meabit.

Et Priscianus v. in pingue, sanguis, lingue, & qui, quis, que, Græci Tonum habere narrat. Ex quibus rebus breviter explicatis apparet cur Syllam Sibyllam quidam Sullam Sibullam scripsere, curque Tullius, Quintus, Plutarchus & alii Græci autores, quando Græcis literis depingere volunt, Timo conscribunt หม่มใด: ideo nimirum quia sonus idem auditur in ambabus, nec in his vocalibus 7 Græcum ab u. Latino multum differt: & hæc erat illa vera & vetusta pronuntiatio, quam ab antiquissimis temporibus deductam usque ad Dionysium Halicarnasseum durasse, quem Suidas Hadriani seculo comprehendit, ex his verbis cognovimus, nec exstinctam aut mutatum ætate Terentiani ac Prisciani videmus, quem qui ad Cosdroëm Persarum commentaria scripsisse tradunt, vixisse 614 post Christum anno, volunt significare. Post hæc tempora rectè quidem illud dici potest de Græcis.

## DE PRON. LING. GR. LIB. II. 541

· Ex illo fluere ac retro sublapsa referri Res Danaum.

Nam cùm jam ante senium Græciam invafiffet, mox irruentes Barbari non magis imperium Græcorum, quam literas atque linguam obtriverunt, & solv Græcis reliquerunt (ut Græcè melius dicam) ne in fonando guidem vizies Quocirca si quid de consuetudine dicendum habueritis, quam ante hæc tempora Græci colebant, audiemus non illibenter. Post hæc tempora facile quidem efficere poterat, ab usu veterum consuetudo dissentiens, ut barbarius & ineptius loquerentur homines, ut rectius & magis Græcè, non poterat. Nam qui ipsi moribus, lingua, gente barbariores fuerant, & ab antiquorum splendore tantum degeneravêre, ut etiam totam linguam amitterent, iidem profectò in soni nativi vocum Græcarum cultu, elegantiores & magis urbani non debent videri.

Sed ad propositum revertamur, contentique simus illud obtinuisse quod apud vetustos illos, & & ymoios Græcæ linguæ cultores & architectos differentia quædam inter , & , & , fervata sit, quam vos nunc nullam habetis, & nos, quantum omnibus conjecturis colligi potest, vel sumus assecuti, vel certè ad eam quam proximè accessimus. Quoniam autem illud dubitari video, quemadmodum ista differentia constituatur, & longæ brevesque vocales in di-

dicendo secernantur, dicam quæ præcipitidem Halicarnasseus: De vocalibus narrat, Es A उद्योग्य ने बंदारी पारेंग है. ठेंग्र पिक प्रवास के , तंत मह न मुख्ये के ब. δύο ή βραχέα, το ε και το ο. τεία ή έχρονα, ποτε ब भे के ने मुख्ये कि ए, वे दे टेममहापदी भे कण्डहांत्रेडी. वे of μέν βρονα, ώστερ έφω, οί ή μεταπωλκά καλέσιν. ลุ้มอุดงเรียน ๆ รมบาน สนาใน จ อยากยาลร อเมะหม่องร จา πνευμα, και τε συμαί Φ απλάς αγμαλοθέντος, & 3 γλώστης έδεν πεωγμαθθομένης, ώλλ' ήρεμέσης. πλίω σὰ μὲν μακρο καὶ τ δηρόνων, όσα μακρώς λέγε), πεξαμένον λαμδάνο κ διωηχή τ αύλον τε πνεύμω Θ. τη ή βραχέα, ην βραχέως λεγομίνα εξ Σστιοπής τε אמו עום האחץה זו העל עם כן זו ל בפדופותה לאו פפר χυ πινηθείσης επφέρεβ. Τέτων προίτισα μέν η Φωνίω κ τ εκφοραν, όπ πολιω ήχει ) Jaoyer, κ τε ετμαίος z na anont Tlovor. Xsiew j ra Beaxea, av la Beaxeus λεγόμθως, όλι μικρόφωνά τε ές ν κ σπαδονίζό τ ήχου. Non puto quenquam, qui nec hebes, & plumbeum ingenium, nec pertinacem & impudentem animum, quæ duo funt studiorum impedimenta maxima, ad hanc præceptionem adduxerit, inde discessurum quin facile perspiciat, quid faciendum in his Dionysius notarit. Nam quod in longis produci fonum, & une tenore, tanquam spiritus perpetuo ductu proferri dicit, in brevibus verò præcidi & quasi castrari: an non eum sonandi modum exprimit. quem nos in omnibus brevibus ac longis linguæ nostræ observamus? Nam cum Anglice

## DE PRON. LING. GR. Lib. II.

#### A breve U A longum -

Jubam dico, & hominem. μãν, μαν man, clavam aut sceptrum, & missam. mas, μãs, μας. mas, & genuit, portam, he gat a child. व्यंत्र, व्येत्र, gat, An non a literam eandem in his fono correpto

& quasi castrato, in illis protenso & deducto pronunciatam audio? Cùm

•	n. E longum	E breve e.
•	Triticum	& acuito
ou nt, viet.	whēt,	whet
	excoriatus	& fugit
ቀአቭδ, φλήδ.	fled	be is fled
T, 1	frange	& ruptura
Benn, Benn.	brēk	a brek.
An non wid	leor audire & ??	nam spatio soni

• <b>1</b> 00 1	I longum.	I breve.
•	Morde	& frenum,
Bir, Gr.	bÿt	a byt
	ulcus	& rostrum
Bīa; Ca.	a b <del>š</del> l	a byl
	lima	& imple,
φίλ, φίλ.	afīl	fyl.

Ex his vocibus liquere potest qui sonus : longo, quique brevi jure debetur. Nec minus nus profectò in nostra lingua, & reliquarum vocalium clarissima cernuntur exempla. Nam cùm

O longum 🖫 O breve &. Spem & falire bōρ åт, бя. lop funem & intestinum 180 759 togam Senatoriam & furari 184 iäß, id. 755 O cernitur & ... Neque hîc dividimus voces, & quod suspicatur D. tua, cum Supur dicendum est, dicemus do oro on: aliud est enim Anglice go on, 20 or, hoc est perge abire: aliud abiit, be is go 2, yav. Aliud Bir. Clr. byyt, eme illud: aliud byt, Bim hoc est morde. Neque quenquam unquam Anglum audivi qui in orationis longo contextu, à brevibus sonis, vocales productas non facile diffingueret: Gallos Anglicè fonantes, aut exteros homines, dum in lingua nostra solecissarent, sæpissimè producere & extendere correpta, longas & extentas dictiones contrahere atque

constringere cum puerorum irrisione vidi. Idem & in T Græco, cujus effigiem quando producitur in plurimis nostræ linguæ dictioni-

lyram

## DE PRON. LING. GR. Lib. II. 545

lyram Paucieribus limosum
lut correptam mudy
brutum fanguinolentum
brut to brue. bludy.
ruta cervisiam facere

U verò breve Latinum, & v Græcum parvo admodum interstitio soni different inter se. Derbienses quoque & Transtrentani nostrates plurimi frequentius hanc literam adhibent ad nostratia verba, qu'am qui Notii sumus Angli. Sed tamen ex his collatione facta poterit quis facile perspicere, meditandoque colligere quomodo cuique vocali apud Græcos proprius & nativus sonus restitui queat. Nam qui ad monosyllaba nostra, que similem proferendi vim obtinent, vocales plures & confonantes adjungat, cujusmodi quæque naturæ sunt, talem efficiet sonum. Neque non præstabit ut & accentum conservet, & soni elevationem in brevibus, neque premat tamen aut elidat productas. Quod idcirco à multis fieri non posse creditur, ideo quòd aliorum facta reprehendere, quam quæ funt facienda tentare, facilius duxerunt: modumque cæterorum industriæ facere, quam fuam in literis augendis diligentiam exercere, aut aliorum non irritos conatus imitari maluerunt. A nostris hominibus facile atque expedite, nec sine magna suavitate quotidie fit.

Sequitur ut de Diphthongis loquamur, de Mm qui-

quibus scitum est illud Chæci, si scribantur diphthongi nunquam autem esserantur, cur diphthongi potius & non digraphi vocentur. An verò Græciæ magistri, de quibus verè ille Terentianus,

## Litterarum porrò curam nulla gens attentius Repperit, polivit usque finem ad unguisextimum,

Tantas ineptias, tam supervacaneum laborem in scribendo pertuissent? Nimis quam apertum est inopem hanc & egenam sonandi rationem, non ab illa uberi & divite Græcia, sed ab hac nova barbara, & omni stonore nudata Græca lingua dimanavisse. Quæ quoniam se summa paupertate laborare sensit, detraxit ab opulentissima lingua plurimum splendoris, non ut se ornaret, sed ut ea demum spoliata & assistationa, sua tum egestas minus appareret.

Veteres habuisse diphthongos, quas nos deferuimus, credo neminem velle negare, cum
& scriptionis modus, & nominis ratio, & autoritas antiquorum illud comprobet: nam
& Rhetores monent plenius & uberius sieri
dicendi genus ubi diphthongi ponantur, tanquam soni pinguioris: & Plutarchus literam
nunquam suam vocem amittere consirmat, &
comite uti. Multa sunt aliâs à me dicta,
cur quamquam plurimæ gentes aliter scribant
quam loquantur, tamen Græcos non aliter sonasse putem quam scripsisse. Nam cum nos

& Galli & cæteræ nationes vocabulis & sonis nottris ac propriis utimur, literas autem non nisi Græcas, aut Latinas adhibemus, non potuit fieri quin multa ineptitudine & incommoditate scriptio notira plena esset. Non aliter quàm qui non habent quibus induantur, cùm ad scrutarios fortè vel amicos accedant. & vestem utendam petant, ferè fit ut eam vel nimis laxam & diffluentem, vel nimis arctam & constrictam, vel brevem & decurtatam. vel finuosam & prælongam accipiant, rarissimè autem aptam suo corpori & convenien-Sin autem ipsi apud sarrores faciendam locant, aut se nimium supinos & negligentes, aut artificem vehementer stolidum & imperitum esse fateri debent; si non quadrare si o corpori vestimentum, & quasi pro se facti m appareat. Quis autem est qui Græcos in artibus tanquam supinos ac negligentes, aut eorum arcifices tanquam inscitos & invenustos postulare audeat? Attici homines sicci ac sobrii, nihilne in loquendo quidem superfluum ferre potuerunt, quibus Asiana redundantia, quantumque venusta & elegans, tamen putida videbatur? hos magistros linguæ & Grammatices architectos, iltam scriptionis absque sonorum usu ridiculam & insanam redundantiam pertulisse unquam potuisse credimus? Ferant incommoda scribendi in suis linguis qui sua socordia per aliorum inventa patrocinantur tam libenter, quique tam ægre ferunt Mm 2 quicquicquam apud se corrigi, & in meliorem statum ac plenum reduci. Gracos ego ex autoritate veterum nec scripsisse aliter puto, quàm sunt loquati, nec aliter esse loquutos, quàm quo modo scripserunt: ut omnes eorum soni literis ac diphthongis explerentur, omnesque litera ac diphthongi sonorum varietate distinguerentur: nihisque non esse apud eos plenum ac persectum, & omnibus nume-

ris inter se aptum & confirmatum.

Diphthongi quo modo fonantur dicere in promptu est: Nam si duas vocales rectè prius extuleris, & easdem conjunxeris, diphthongum habes, hoc est sonum quendam duplicem ex duobus commixis inter se factum. Ut si nesciam mulsum quid sit, & audiam ex aqua & melle factum esse, potero fortassis commiscendo tale quid efficere, mel ut sentiatur & aqua ne dispareat. talem colorem habuisse veteres, qualem viridem appellant, & hunc ex flavo luteove & ceruleo fuisse confectum, potero credo commiscendo videre, cujusmodi sit illud quod imitari cupiam, ut nec alterum ab altero colorem prorius exitinctum & obliteratum relinquam, & tamen utrunque pariter in tertio conspici ac relucere faciam. Sed diphthongi quo modo fonari debent, quivis etiam ex trivio puer qui literas didicerit explicabit. Heus tu dic sodes, a & i quid faciunt? dicet certè ai. Si p præponas, facit pai, folve, pa i. ſin

## DE PRON. LING. GR. LIB. II. \_549

fin m, mai, Maius mensis: sin w, wai, via: neque nunc pa i dicit, nec mai, sed pai & mai, ut constituere diphthongos non dissolvere videatur.

Idem dicendum puto & de ei, quod nos exprimimus cum hinnire, hoc est ney dicimus: & fœminæ quædam delicatiores cuncta ferè quæ per ay dicuntur per ei exprimunt: ut wey, dey. pei, ut eadem Eurosaxones populares mei rulticiores, nimis pingui & adipato fono, way, day, pay: ut etiam tinnitum illud i reddat in fine. Scoti & Borei quidem Angli per a, vix ut illud i audiatur, pa, da, wa, aut potius per ae proferunt. Illud observandum ne nimis videamur obese loqui propter exilissimæ literæ prope latissimas ex brevibus nimium tinnientis sonum, cum ai & oi dictionem finiant, breviter & correptè proferendas esse: quod Græci Grammatici notarunt, ne alioqui crassum illum & adipatum sonum rusticorum nostratium imitemur, qui cum a gay, boy, ore pleno literis diductis in immensum dicunt, nimis profectò inurbanè loqui ab elegantioribus judicemur.

#### 0.1

Referimus nos cùm puerum a boy dicimus, & cum ludicrum a toy, & delicatiorem hominem vocant Borei nostrates nyse & coy, frequentatur hæc diphthongus à Gallis plurimum, Mm 2 quo-

quorum lingua cùm elegantiarum studiosis apud nostros usque adeo placeat, miror ab his qui hunc sonum tam contemptim aspernantur non inurbanissimam judicari. Hi cùm volunt me, te, tacitum, sidem dicere, moy, toy, coy, foy dicunt: cùmque Normani Scythica Danorum gens partem occuparint Galliæ, & quod in Græcia Turci, jam in Gallia secerunt, ut linguam Gallicam una discerent, & perverse commutarent, nunquam tamen poterant essugere. Normani, quin si nunc quisquam eorum russicior pro moy, toy, coy, foy, quod non rarò evenit, my, ty, ky, fy, dicat, irrideatur à cæteris Gallis, & non urbanè ac civiliter, sed inscitè ac rusticè loqui existimetur.

#### AT. ET. HT.

Eandem rationem seguuntur, quam in reliquis. Nam si suisset apud veteres tanta
soni commutatio, prosectò Grammaticorum
diligentia non hoc tam insigne discrimen
præteritum reliquisset. Itaque sic acidas loquimur, ut audio nostrates unguem, clam,
& scabere clam. Ev. ut eu, Cye, euge.
Angli pauci sem, odi, ros. dim, dellicum beau,
quod multi Angli beu: sonum etiam selium
quidam mem, alii meau, quasi più, più exprimunt.

QT

## DE PRON. LING. GR. Lip. II. 554

### or ar.

Or ab omnibus rectè sonatur, & u facit Latinum quando producitur, ut advertit Terentianus: differt en granditate vocis, utetiam w ab & distinguimus.

Arcus Flectere. a bow Bou Gari. bogo

forni congeries, metere, velos torquere

μοῦ, μωῦ. a bay mozo to more abeamus toga

gow a gowns ງຮັນ , ງາພບັ. ov u breve Latinum. " longum vel ou, a bull taurus. a bowl βοῦλ, globus. a bowle βωῦλ. Sinum ligneum, vas in quo lac servatur, vel unde ruri bibitur.

Ar Græcum Scoti & Borei Angli tum exprimunt cum taurum sonant, & pro bul, dicunt exiliter contractioribus labiis sono suppresso & quali præsocato inter i & u, búl.

#### TI.

Ut in Quintus, Kirres, who ut huies, sono quam similimo nostris yocibus which, whi.

Mm 4

In consonantibus nihil innovamus, nisi quod z & y semper uno similique sono proferimus ad omnes vocales. Et hæc funt in quibus à consuctudine recedimus, ut intelligat D. tua non temere nos ac fine causa, sed gravistimis rationibus permotos, non sine tamen auspiciis & autoritate veterum deseruisse castra vestra, quæ malam fovebant causam, abi dux antiquorum nullus, nulla signa, nec aquilæ conspiciebantur. duces & antesignani erant iidem qui hunc errorem primi disseminavere, nescio qui semiturcici & obscuri Græci, qui convocatis auxiliis. & evocato milite plurimum quidem fecum habebant hominum, sed qui de consusione ac rerum omnium perturbatione vehementer conquerebantur: & si qui suerant qui ab eis tradita non aspernabantur, boni potius illa consulebant, quia meliora non videbant, quam probabant quia putabant optima.

Quocirca tuam quoque D. vehementer etiam atque etiam rogamus, clarissime Pontifex, ut deserere tandem iltas partes velis, quæ in summa jejunitate & same sonorum, tanquam in dura quadam obsidione tenentur, & non æquitate rei, nec veritate, sed longi tantum erroris vallo atque aggere se tuentur: & te in castra nostra transferas, in quibus slos & copia Græcæ linguæ decerpitur, & sonorum varietas, & diphthongorum granditas, & longarum literarum majestas, & illuminatus ordo, & distincti

## DE PRON. LING. GR. Lib. II. 553

stincti sermonis decus conspicitur: ubi duces & signiferi sunt, Plato, Dionysius, Plutarchus, Demosthenes, Thucydides, Priscianus, Terentianus, quorum antiquitas veneranda, vel solo aspectu terrorem injicies his levibus Græculis, & in fugam præcipites dabit. Quos cum identidem prædicare non pudet multa esse in hac pronuntiatione, quam tanquam filiolam exosculantur, quæ jure reprehendi possunt, & ab antiquitatis veritate ac ac splendore recesserunt: qua est illa impudentia, quod emendari corrigique quæ vitiofa funt tam graviter & acerbe ferunt? Sed nimirum ipsa veritas & rei natura cogit eos errorem fateri, ambitio pudorque non patitur meliora quærere, malitia facit aliorum inventis obstrepere, perversitas non patitur emen-. dationem accipere. Venit in hac antiquitatis caltra contra vetustum & inveteratum errorem magnus cumprimis vir ingenio ac literis Erafmus, & si non voce ac lingua, certe animo, sententia, literis causam nostram fovit, &tutatus oft, neque hoc levitatis esse videri potest, cum in tenebris & confusione palpitans oberres, visa luce ad illam recurrere, Sed magna pertinacia debet judicari, cùm veritas ostenditur, errorem & confusionem **velle** tueri.

Mm s

LI-

# LIBER TERTIUS.

\*\*\* Superest ut ad ea respondeamus, in. S S quibus non rem ipsam damnas, sed factum nostrum notas, & quid verum fit ac rectum ut pronuntiatio hæc vitiols museur, non putas interelle, qualitemerè autem & praproperè & nimis violenter à Chæco tentatum reprehendis, quod conaba-In qua re talibus propè verbis usus es, Quòd si asku patius quàm fastu remtrastasset, & fi te consultenem adbibuiffet, & presenti gloriacarere valuisset potenat fortassis esticere ut & suis. & alies facile bonc pronunciationem inveberet: Nunc cum caufa fine jus dixerat. E vi quadam efficere conatus fit, ut quad fibi verum wifum fuerit, id ormes se adminitore statim arrigerent & ampleyarentur, conciliandam usu autoritatem, qua paulatim ec sansim accrescere solat, prorfus interverteret, Esse ac suos in fabulam atque irrisionem. temere dederit. Que tua reprehensio vehementer nos movet, quòd officii nostri commonefacere videtur, ut non solum D. tuæ tanquam Prætori constituto, causam nostram ut justam & rectam & antiquitate nitentem comprobemus: sed etiam severitati tuæ, tanquam gra-

gravissimo ac integerrimo censori, facti nostri. ut nequaquam juveniliter aut temerè incœpti rationem reddamus. Atque utinam D. tuam confiliariam adhibuissemus rectius fortassis multò fecillemus, & minus apud te reprehenfionis, minus apud alios invidiæ in re tam præclara & fructuosa subiissemus. Sed neque. Cancellarius tum apud nos eras. & D. tua longè aberat, in Gallia credo vel in Italia, cum hoc ego & Chacus & Ponetus, & omnes alii. qui quicquam in lingua Grasca posse videbantur apud nos, communi quodam consensu & consilio sumus aggressi. Quid autem interest. si idem te absence occapious, quod præsentem consulere te noluisse prædicas? principio non aderat D tua, quemadmodum ante dixi. ut te sine maximo sumptu non potuissemus adhibere. Deinde rem exiliorem esse putavimus, quam ut sublimitatem tuam in illa occupari velle crederemus. Poltremò quia magistratus non eras, utile quidem hoc ut adjungereris, non tamen omaino necessarium este duxi-Non injuriatamen gaudere poslumus nihil esse præteritum eorum, quæ D. tua nos antè debuisse facere contendit, & placere nobis nonnihil possumus, qui omnia fecimus ante. adolescentes in tali re, quæ pruden ia tua, quam non fine causa cuncti feré mortales laudant, nunc demum observanda suisse præcepit, ut D. tua quid factum fuerit omnino non audivisse, nos quid faciendum fuerit multò an-

te vidisse videamur. Quis autem hujus rei testis est? idem qui reprehensor ac censor, D. tua. Primum quia neque vi sumus usi, & persuasione nitebamur, & sensim ac paulaum instillavimus, & callide atque astute rem tractavimus: & quod vi non sumus usi, facilè potest liquere: nam vis omnis vel in magistratu est, & mulclæ metu, vel in armis & ictuum formidine. Et magistratus nos fuisse D. tua negat. armis fuisse usos nemo suspicabitur. Præcepto atque imperio quomodo coerceremus, qui ludimagistri non fuimus? restat ergo persuasisse nos. Quòd si poteramus in tanta tamque grandi Academia facere, ut uno quasi ictu orationis, & exiguo tempore tam vetustum atque inveteratum errorem omnes deponerent, magnam eloquentiæ vim in nobis esse narras. Sinspatio temporis & progressione serpsit hæc pronuntiatio, & totam quali Academiam occupavit, non igitur ibi erat illud violentum & subitaneum quod reprehendendum, fed illud fenfim ac paulatim accrescens, quod requirendum esse dicebas. Quoniam autem à reprehenforibus nostris calumnias adversum nos plurimas, de re quemadmodum gesta est, perpauca videris accepisse: dicam ipse de singuhis, & totam hanc rem, quam verissime potero, breviter explicabo: ut intelligat D. tua nos ut istam pronunciationem introduceremus ininitio non temeritate sed consilio usos, in progrefflone non vim, sed persuassones adhibuis C;

## DE PRON. LING. GR. LIB. III.

le: nunc dum hæc prosternuntur à te, non provocationem, sed conquestionem afferre, & in æquitate tua reique veritate, spemomnem

nostram & exspectationem collocare.

Septem funt amplius anni cum colloquebamur inter nos Chœcus & ego de ista importunitate Græcæ scriptionis, & manifesta vanitate tot literarum & diphthongorum uno sono, & exilissimo conclusarum, & questi sæpe difficultate docendi in hac lingua propter tantam & tam absurdam confusionem, eò rem deduximus, ut autores perscrutaremur, si quid certi fortè atque comprehensi poterat inveniri: neque dum Dionysium videramus nec Erasmum, & alii recentiores parum explicabant, manifesta tamen se ostendebant initia corrigendæ lingnæ, perspicusque errores in sonando conspiciebantur, & vel cæco palpahihis confusio. Sed convenire nihil inter nos potuit, maxime de , & v. alius aliud sentiebat, & infolitum atque propter novitatem durum & odiosum sonum uterque reformidabat. post Erasmum super hac, & Terentianum nacti, plurima privatim correximus, & in muséis nostris emendaciorem loquendi modum apud nos meditabamur, nec dum tamen in lucem protrahere, nec aliis, præterquam iis quos intima familiaritas & amicitia participes studiorum faciebat, communicare audebamus. mihi tum fuit credo Joannes Ponetus, adolefcens

lescens ingeniosus & disertus; qui paulò post Academiæ nomine publicus Græcarum literarum professor suie. Ubi satis pertractata & fubacia per assuetudinem privatam ista prolatio correctior fuit, & in dies magis propter plenitudinem & suavitatem arrideret, visum est periculum hujus rei facere palàm: convenit ut ego inciperem, prælegi forte eo tempore Aristotelem de Republica Græcè, id quòd aliquot ante annos feceram: & quoniam calliditatem D. tua probat, dicam qua arte sum nsus ad leniendam asperitatem novæ pronuntiationis. Patiebar inter legendum excidere mihi quædam emendati soni: quod quidem eo consilio feci; ut si omnino aspernarentur hanc emendationem auditores, differendum illud diutius esse intelligerem, quod meditabar: sin acciperent aquo animo, celerius innovarem. Hoc primò animadversum non est: ubi sæpius id feceram, animadvertere corperunt, & aures arrigere: & cum , atque , ut e atque oi fæpius inculcarem; quasi per imprudentiam qui triennium antè me audiverant in Græcis; ut jam proximis lectionibus, vulgato corrupto vestro more facillimè celerrimeque sonantem, non peterant opinari linguæ esse lapsum: Inspicabantur nescio quid esse, & ad insolitum fonum arridebant: ego quasi titubasset lingua; corrigebam, & vetulto more pronuntiabam. at cum hoc jam quotidie faciebam, & uti ap-

# DE PRON. LING. GR. La. III.

parebat in dies magis atque magis ut effluerent emendati soni: Accesserunt midam ad me ex familiarioribus, narrant quid notarent in prælectione mea: ego me non diffemulabam aliquid apud me privatim meditari, fed quod nondum satis concoctum esset : rogabant ut proferrem, & fine ulla invidia communicarem. facturum recepit ad hunc rumorem multo plures concurrerunt, cum hoc ab illis politulalfem tancim, ut rationibus meis & indiciis aufcultarent, & triduom aut quatriduum ad fummum fustinerent enimos, quoad forms affiduitate jam tritior auribus factus, novicatis horrorem deposuisset : explicavi paulacim omnem rationem forandi: deferunt isthuc plurimi ad Chæcum, & alios quos in ista re judicio valere putabant: sensit alius aliud: Cheecus assensit. Domi quoque nostræ hac ipso tempore Homeri Odysseam enarrabam, ibi coepi planius & apertius differentiam islam constituere: accedunt ad me uti formare linguam, & veros referre fonos facilius viva, quod ajunt, voce discerent. Credo & idem factitasse Chæcum domi suæ: dici non potest quanto studio & aviditate juventus arripuit, quam libenter assen-Proxima bruma ad Joannis, Comœdia Græca, Plutus Aristophanis, in hac pronuntiatione exhibita est, & alia deinceps atque alia, nec sanè illorum qui Gracè profitebantur & habebantur docti, quisquam suit qui se opponeret. Ascanius erat Juvenis magnis ingenii naturæ

turz ac dilizentiz suz ornamentis præditus qui tum Academiæ nomine Græca prælegebat in scholis: fuit ille liber, uti arbitror, lsocrates quem enarrabat: hic velitabatur in initio cum Poneto meo, pronuntiationem hanc ad sequendum aspernabatur, reprehendere tamen graviter ac apertè, propter Chæci autoritatem & meam nolebat. Idem paulò post, quemadmodum quidem & nunc est acerrimus hujus rei desensor, exstitit. Ad hunc in re tam aperta ac præclara totius Academiæ confensum inflexit se vir doctus, & vitæ integritate, gravitate morum, ac magno literarum honore clarus apud nos Joan. Redmanus, Theologiæ professor, Prælector publicus, qui si quando quem textum Græcè citaret in lectione, nostro more citavit, nostraque emendata pronuntiatione est usus. Jam quatuor processerant anni, nemo qui contradiceret, nemo qui vetustam egestatem desenderet palam, aut qui litem contestaretur, processit in publicum; omnes qui quicquam posse credebantur isto more sonabant. Ego deinde in Galliam: Græca Regia Majestate lectio Chæ-, co concessa est. Hic in initio lectionis suæ sex continuis diebus de literarum emendatiore sono declamabat: ibi subitò Ratelissus, uti accepi, ortus est, qui se contradicere velle prædicavit, inlligatus ab his qui nihilo plus quam ille fapiebat. Hunc metuere non debebat Chæcus, quem in Græcis quantum ad intelligendum

## DE PRON. LING. GR. Lis. III. 561

dum parum admodum scire omnes norant. quem neque quisquam tanquam gravem adverlarium refutandum, non nemo tamen ut irrideretur, audiendum existimabat, magistratus, cui rabulæ scurrilitas nota suit, tempestivè coërcendum arbitrabatur. Itaque cum ascendere nihilominus legendi suggestum voluit, & ibi nescio quid effutiverat, ita irrisus est à pueris, ita explosus & exsibilatus, ita jactatus in turba, quæ plurima convenerat ad ridendum magis quam ad aufcultandum, ut fuos puderet: illum etiam iplum, quanquam & frontis nihil & cerebri parum habeat, tamen stultitiæ fuæ pæniteret. Quem D. tua nunquam nobis opposuisset, si qui illum tibi nominassent, iidem etiam declarassent cujusmodi vir ingenio, cujusmodi natura fuisset, qua prudentia, gravitate, modestia, doctrina, eruditione præditus esset. Non libenter inimicitias suscipio cum quoquam, maloque immerentem potius videri laudare, quam vituperare vel merentem: & quicquid moliri conabor, optarem neminem esse qui contradiceret : hunc mihi tamen adversarium esse malo quam neminem, qui tanquam Cæpasii fratres, plus causæ suæ, dum ineptè desendere tuerique conabitur, officiet, pluraque sibi vulnera medendo inferet, quam gravis aliquis adversarius, aut facundus quivis orator, vel studiose oppugnando posset. Pax deinde post hunc & quies & silentium de rebus his, magnoque fervore & industria, Græ-Νn

cis literis Cantabrigiana pubes usque ad edictum tuum incubuit. Habes historiam harum rerum quæ apud nos annis septem in ista pronuntiatione gestæ sunt. In quibus vides qua moderatione, quibus artibus, quo ingenio consecuti sumus, ut emendatior sonus apud nos publicè reciperetur: & in Academia nostra paulatim accresceret, quod privati, ut D. tua dicit, introduximus, magistratibus non reclamantibus, vel sacto etiam suo & interdicto approbantibus, nulla vi, nulla coertione, nulla mulcta sumus usi, libertatem sonandi nemini ademimus. Quod rationes & veterum autotoritates poterant extorquere, cur non arriperemus?

Sed ex his rebus breviter explicatis videt D. tua quem astum adhibuimus: quam nullo autem fastu sumus usi, vel ex illo potest apparere, quòd hujus rei, si quis honos aut gloria deberet esse, sic est ille communicatus inter nos, & impartitus, ut cum principem & autorem hujus pronuntiationis deserre apud D. tuam vellent, quod plerunque cupidis delatoribus & fycophantis contingit, alium pro alio detulerunt, & Chæcum, quòd rem jam receptam ab omnibus & approbatam, & aliquot annorum usu confirmatam illustravit oratione, tanquam autorem & inceptorem & investigatorem arcessiverunt: me, qui primus in scholas & publicas lectiones & actus hoc invexerim. qui domi privatim primus ausus fuerim muta-

# DE PRON. LING. GR. Lib. III. 1963

re sonum, diphthongos explicare, vocales nativo sono restituere, & omnes has ineptias castigare, ne verbo quidem ob hanc rem lacessierunt unquam. Itaque Chæcus tanquam arrogans & faltuolus & audax, & nescio cujus flagitii reus & damnatus à D. tua increpatur. ego tanquam tellis adhibeor, nec aliter quidem reprehendor, quam quod Chæcus accusatur qui hoc fecerit, quod ego nimirum homo obscurus probarim. Quod quidem si vitiush est, danda est opera ut quamprimum nobiles notique reddamur: in culpa non est, obscurum esse: non quod obscuri homines tentaverunt, sed quod famosi ac nobiles perperam secerunt, relinquendum est ab aliis, & omni mente ac studio fugiendum. Itaque qui laudem omnem & gloriam, si quæ possit ex ista diligentia nasci, facilè totam concesserim aliis, ut inventores & excogitatores rei tam insperatæ, tam frugiferæ, tam jucundæ studiosis dicerentur, cum res contra quam oporteat, sed non aliter tamen quam foleat, ita reciderit, ut odium pro laude, & reprehensionem pro grátia, quam meriti funt reportarent, invidiam universam earum rerum, quarum ego socisis & particeps & caput eram, in illos derivari non patior, sed in me magnam partem affu-Quia moderați & magni animi esse putavi, laudem ac gloriam negligere, perfidi & ignavi amicum in periculis deferere: humilem & dejectum hominem existimo, qui ex recte Nn 2

factis invidiam non posset ferre: veteratorem ac fenilis ingenii virum judico, qui cum ipse præstare posit, contegise ac suum factum ab aliis patiatur defendi. Nam obscuritatis reprehensionem non ita multum ægrè fero, quæ nulla in culpa, nisi in magnis ingeniis esse potest, & tamen ea me fecisse in Academia nostra puto: atque ita me jam ab ineunte ætate gesfisse, ut neque obscurus esse apud nostros optare debeam, neque si maxime optarem, tamen esse possim Itaque non ego me per obscuritatem effugisse morsus calumniatorum intelligo, sed ex tota re, facilè colligo cujusmodi sunt ii qui ex hac soni commutatione tam graves turbas excitaverunt, iidem nimirum qui tuum hoc decretum impetraverunt, & nunc in illo exigendo funt importunissimi, homines imperiti ac indocti, & quod fine controversia est, in omni Græca disciplina prorfus αναλφάθητα, & alii non indocti, quos magis urget illa in Chæcum collata Regia benignitas propter invidiam, quam accendit ista nostra pronuntiatio propter novitatem. Nam quamdiu nullum ibi compendium fuerat, non tam egregia Regis eruditissimi magnificentia, facile patiebantur laborem nos & docendi diligentiam præstare: nunc ubi bolum hunc ereptum suis faucibus esse dolent, saltem quo se aliquo modo consolentur, arrodunt has literas & diphthongos, & de nescio quo grandi flagitio in Grammatica D. tux conqueruntur. Ouo- '

Ouorum iniquissimæ voces non tam debent valere ad nostram reprehensionem, quam æquitas D. tuæ ad sublevationem, ut ne quoscunque illi ad te detulerunt, eos obscuros, arrogantes, indoctos appellares, quos incognitos tibi esse dicis, eos prius odisse tibi debere persuadeas, quam videre ac nosse. Nam in causa nostra nihil amplius petimus quàm quod ipsa veritas, & rationum pondus, & autorum fides, & indicia clarissima possunt extorquere: tantum illud postulamus, ne officiar quod Regii sumus & dicamur alumni, quod Serenitas ejus non omnino nos contemnit, quòd eruditissimi ac potentissimi Principis auspiciis acimpensis in Academia, cujus tu Cancellarius & caput es, profiteamur. Irruerunt iidem in me, sed in alia causa, in qua cum se solos sapere putabant, & cæteros omnes præ se contemnebant, sic sunt à me repulsi, ut provocasse pœniteret: in quo me plus ad nominis famam & gloriam paucis his diebus inviti adinverunt, dum traducere tanquam imperitum, quem ante vituperarant voluêre, inimico & hostili animo: quàm studio & industria magnus ac diuturnus meus labor, aut benè volenti prædicatione omnes mei amici longo tempore potuerunt. Nam quæ D. tua ut pericliteris ingenia nostra, ludis aliquando in nos animi causa, & jocaris, illa nimirum sunt nobis jucundissima: quæ illi calumniantur apud te at nobis invidiam creent, sunt certé perquam Nn 3

acerba & molelta. Quorum tamen præsidium & propulsatio in æquitate solum tua posita est & collocata, ubi desensionem nostram eò faciliorem esse arbitramur, quòd re cognita & perspecta, speramus sore ut innocentia plus quàm invidia valeat, & apud D. tuam veritati potius

quàm calumniæ locus relinquatur.

Vides in tota causa nostra temeritatem nullam, nullam violentiam, nec præcipitationem, nec arrogantiam, non terrores nos adhibuisse, non minas, non rixas, non jurgia: sed magnam ubique moderationem animi, studium, diligentiam, comitatem. Quòd si quid persuadere poterimus in aperta re ac sacili, in manifeltis ac perspicuis indiciis, quod lumen disciplinis, nitorem linguæ, novitati fructum, antiquitatidecus, facilitatem discentibus, doctis jucunditatem ac voluptatem possit afferre, quisid jure reprehendere potelt? An non hoc semper liberum cuique fuit, si quidem contra leges & jura nihil delinquat, ita laborem operamque fuam collocare, ut prodesse pluribus possit, nemini autem obesse? Cui autem nos obtuimus? cui restitimus? quem coërcuimus? cujus voluntati refragati sumus? à quo multam petivimus, ut non quomodo libuerit, cuique per nos etiam liceret pronunciare? An si à nobis quod rectum est didicerunt, non gratias agere debuerunt? si illud relinquere, & se accommodare populo voluerunt, non facile constringere sonos & exhau-

rire voces, & distincta confuse sonare, & pro multis uno ad nauseam egestatis uti potuerunt? Facilis præceptio est vestræ pronuntiationis. ut 7 & 7 & v & 7 & nec multus requiritur labor. Nam copiam & ubertatem habere difficillimum est, egestatem & inopiam, & paupertatem, & famem, & omnino & nanoma ut Hesiodus ait, nel inason ish integrations. Ut ne queramur dimidiatos fore Græcos diu, qui copiosiores sunt, quo magis inopes & jejuni fiant. Multo enim citius ubertas ad esuriem decoquetur, quam fames ad faturitatem perducetur. Illud profectò non debet nobis obelle, quòd Latinæ quoque linguæ vitia non correximus. Quid enim si noluisse nos diceremus? Quid si non potuisse? Quid si laborem recusasse? Si invidiam pertimuisse. & tot hominum tam ægrè suos errores & consuetudines deserentium incursiones exhorruisse causaremur? An minus correcta est Græca pronuntiatio quia Latina nondum emendata elt? Quis unquam tam iniquus fuit ut medico objiceret, quod omnes omnium febres & cacoethe non tanasset? an si patrifamilias duo filii funt, quorum uni laboranti medicus gratis subveniret, quòd hic sanabatur gratias non a-. get, quòd alter ægrotat medico dicam impinget? multo minus conquisivisse studiose oportuit D. tuam quæ vitia volebas videri utraque in lingua inesse naturaliter, ut de generum ac personarum & numerorum similitudine, copia, Nn 4

ambiguitate disputares: quod cur faceres non video, nisi ut nos deterreres ab ista corrupte. la linguæ corrigenda, quæ contra naturam & vim & potestatem vocalium, contra usum antiquorum, contra linguæ puritatem, per focordiam & incuriam Græcorum, per vim & impressionem Barbarorum ac temporis & calamitatum injuriam, irrepsit in pulcherrimam linguam, & illam fædavit. At nos si quidem hæc vitia concedimus esse, quæ D. tua collegit, tamen quod natura fert tolerandum & leniendum, quod segnities & improbitas attulit, persequendum omni studio & funditus elidendum esse putamus. An dextram luxatam, aut alio morbo debilitatam ideo non curabo, quia sinistra natura sit imbecillior? Quis unquam tam iniquus fuit, ut misero, cui crus ex abfcessu tumidum excruciaretur doloribus, nulla cataplasmata patiatur adhiberi, quòd eidem alter forte oculus fuerit obtusior, aut stomachus natura frigidior, aut caput distillationibus obnoxium? An quia vertice nimis acuminato fuit Pericles, ideo reduviam secari, aut ungues suos purgari, aut febrem potionibus abigi non pateretur? At verò si quis meus amicus unà febri, bubone, podagraque laboraret, gratias quidem illi agendas esse putarem, qui infelici homini febrem demeret, etiam si bubonem podagramque relinqueret. Nam ideo te probare corruptam & pervagatam pronuntiationem, quòd jejunitate sua coerceat discentes. & colloqui

loqui impediat, & obscurat difficultatibus sermonem ne nimium facilè loquamur, & in γλωσταλγίως vitium incidamus: nec à Wintoniensi literatissimo Pontifice, nec ab Academiæ Cancellario, nec ad linguæ prælectorem

dictum oportuit.

Sed ludere quidem in his rebus, & quasi nobiscum unà rhetoricari voluisse D. tuam intel-Nos ideo potius Græcam locutionem emendare fumus aggressi, quòd sædata quidem esset turpius, sanari autem posset facilius, frequentari à paucioribus, ornari à doctionibus, hanc linguam animadvertimus, & turpitudo errorum, negligendi dedecus afferebat, facilitas emendandi cupiditatem aggrediendi excitabat, paucitas eorum qui in hac lingua versabantur, perficiendi spem augebat, moderatio doctorum, reprehensionis metum im-Neque enim doctorum & eruditorum, sed imperitorum & importunorum hominum esse putavimus, quicquid illud sit quod novum & inauditum, & à se ante non tentatum audiverint, five illud verum fuerit, five falfum, five rectum, five iniquum, five faciendum, sive non faciundum, absque causæ cognitione, & rationum disquisitione repudiare statim & vituperare, & omnino odio atque inimicitia persequi atque damnare. Sed cum pauci Græcarum literarum studio tenerentur, & hi magis in bibliothecis fuis ad intelligendum quàm in congressionibus ad colloquendum hoc Nnr fer-

## THOMAS SMITH

sermone uterentur, non multum interesse putavimus, neque quenquam graviter conqueri, si in sermone qui tam infrequens erat, & tam rarò adhiberetur , paulò diversam rationem à vulgo nosfrates consectarentur, præsertim cum & emendation sit & purior, & antiquitati propior, & varietate distinctior, & vocalibus & diphthongis illumination noster hic fonandi modus: illorum autem confusus, & perturbatus, & scaber, & inopia atque egestate summa exilis & extenuatus, utillum nos non fine causa deseruisse videamur. Id si non impetrassemus à D, tua, quanquam durior videri poss, nunquam tamen te nobis tam iniquum fore prætorem speravimus, ut cum nos una cum Erasmo, Græcæ linguæ nomine, proclamayerimus ad libertatem, & res jam missa videatur in confilium, neque dum sententia prolata sit, & plerique omnes docti non liquere statuerunt, quin vindicias saltem interea dares secundum libertatem: ut quoad sententia lata foret, tantum libertatis illi relinqueres, quantum ante habuit ut ibi habitaret & aleretur. posita omni vi & contentione, ubi argumentis & rationibus plures trahi potuissent ad cam colendam & ornandam, & studio diligentiaque complectendam ac retinendam: non ut statim nobis illam abjudicares, & tanquam obtorto collo invitam dederes ac traheres ed duros hos & lorarios dominos, ubi perpetuò lamentaretur, & nihil fere aliud haberet ad loquendum nisi lugubres sonos & illud flebile 7.

Satis factum officio nostro putamus, nec video quid possit amplius requiri. Ostendi in tota fonorum ac pronuntiationis ratione quid rectuif , quid germanum dici oportuit. & hoc traduxi ab usu pervagato & præsenti, & potestate ac manu non folum imperitorum. sed etiam doctorum qui hodie vivunt, & collocavi apud veteres, ut restituerem antiquis illis' omnem Honorem & jus fuum & autoritatem, à quibus tanquam exemplar quoddam propositum suit & præstantissimum & unicum. & solum in tota ista causa Græcæ linguæ. omnibus posteris suis ad imitandum: & hic fuit primus orationis nostræ cursus. In altero pronuntiationem nostram, & etiam vestram cum isto exemplo comparavi, ut videret D. tua, utra ad hoc exemplar accedit propius, utra recessit longius, ut isto quasi indicio posfit apparere quid corrigendum fit, quid sequen-Postremò repetita historia præteriti temporis, expolui omnem facti nostri rationem, ut intelligatur si in causa fuerit quod possit laudari, in facto nihil fuisse quod debeat reprehendi.

Satis quoque fecisse nos D. tuæ putamus, & causam nostram & conatum & incaptum probasse, ut si quam fortè iracundiam in nos & istam

istam leviculam rem per malevolorum quorundam calumnias conceperis, nunc illam tibi ipsam, rei veritas & innocentia nostra extorqueat, & nobis atque causæ nostræ concihet Cupimus quidem certè & confidimus plurimum D. tuæ, te Chæco & mihi duobus Academiæ tuæ alumnis, quos par ætas, conditio similis, eadem ratio studiorum. & parilis in utrumque Regia benignitas, & perpetua quædam comparatio ingeniorum & æmulatio, quæ solet inter cæteros invidiam & dissensionem excitare, conjunctissimè semper hactenus copulavit, & fraterno amore constrinxit, rogantibus non negaturum rem tam parvam, tam justam, tam nemini damno-Dabit hoc quod flagitamus D. tua nostris precibus, dabit Regiæ in nos munificentiæ ac liberalitati, dabit literis, dabit æquitati: nihil petimus nisi quod necesse est æquisfimum videri, ut neutra pars ad hanc rem minas, vim, leges, mulctam, poenam, supplicium aut gratiam afferat, quæ parum debent in re literaria confirmanda valere. Sed rationes, autoritates, argumenta, indicia quisque pro se proferat & exponat, ut auditor, quem rectius dicere putet eum sequatur, quem absurdius ineptiusque loqui existimet, eum dest tuat: & ubi nec ad rempublicam periculi quicquam, nec ad leges violentiæ,

nec ad mores corruptela ulla, nec ad cuiusquam honorem detrimentum possit pertingere, ibi in liberali liberalis disciplina ac lingua causa, libera cuique opinio persuasioque relinquatur. Quod si concesseris, neque nos ullis legibus adverfarios nostros constringi postulabimus, & aliquo beneficio tuæ D. nos esse obligatos existimabimus: Sin autem denegaveris, & pergas esse durior, sed nolo ominari, profectò verendum est ne apud omnes, quicunque de hac literaria contentione funt audituri, nimis rigidè & importune videaris imperio tuo & prætura uti. Utcunque ceciderit res, nos in tua potestate erimus, & si dignitatem tuam quisquam opposuerit, sive in hac quæ valde exigua res levisque judicatur, sive in alia quacunque re suèrit, autoritati tuæ tantum deferam, quantum clarissimo & literatissimo Pontifici & Academiæ Cancellario unum aliquem è multis legum studiofum deferre oporteat: sin ad disquisitionem disciplinæ comparationem literarum ris, tantum argumentis tuis concedemus. quantum causæ veritas & rationum pondus, nequaquam quidem pertinaciter reluctantibus retorquebit. In omni autem causa & officium nostrum erga te pro virili tuebimur, a magistratum nostrum comiter colemus.

## 574 TH. SM. DE PRON. L. GR. LIB. III.

& D. tuám vehementer amabimus. Cantabrigia 12. Augusti. 1542.

THO. SMITHUS.



A D

ADOLPHUM MEKERCHUM,

PRO

VETERI & VERA
GRÆCARUM LITERARUM

PRONUNTIATIONE:

COMPENS CERCORES

. Markonina ang basasa

1. 11 W

ASST CHARTS

BUILDING BRIDANN

PROPERTY

Nobiliffimo atque Magnificentiffimo PRINCIPI, HENRICO,

COMITI ARUNDELIÆ,

Χαίρειν, εἶ περίπειν, ὑγιαίνειν.

CLARISSIME COMES,

XX&GO nec laudes tuas prædicare possum, quia infinitæ sunt: nec necesse est, quia pervagatæ funt : nec audeo, quia Tu eas solus minime libenter audis. igitur faciam? Aliisne gratuler de nobilitate, auctoritate, liberalitate tua: an Tibi de aliorum in Te studiis, benevolentia, atque voluntate gaudeam? Incredibile est profecto, ut nibil amplius dicam, in omnibus locis fama virtutis tuæ: ut etiam ii, qui Te nunquam viderunt, nibil tamen in quotidianis sermonibus frequentius aut libentius usurpare soleant, quam illud: ,, esse quendam , apud Anglos Henricum Arundeliensem, summo , loco natum, etatis sue Phoenicem, (sic enim lo-, quuntur) certe virum omni genere laudis excel-, lentem : qui , cum cæteros omnes suo splendore , ac dignitate superet, facile ingenio, probitate, , bumanitate vincit seipsum : eum ab omnibus di-", ligi , amari , bonorari , coli ; supra exspecta-, tionem, supra consuetudinem, supra fidem, su-" pra denique mortalitatem suam". Hæc sive multi dicant, quid ad existimationem tuam illu-Strius?

# DÉDICATIO.

strius? sive ignoti, quid gloriosius? sive clari viri & prudentes, quid putas unquam honorificen-tius de Te dici potusses Que cum this omnibus, qui Te merito amant, ad audiendum grata sint: tum vero mihi al commemorandum perjucunda. Nam, cum tuis ornamentis, si quis alius, plurimum delecter, magnopere lætor, me, in illis recensendis, alieno potius testimonio, quam meo ipsius, uti posse. bospes enim tuus sum, nonnibil tibi debeo, auctoritatem in hac causa habere non possum. Quid vero alii de Te senserint, quid cogitarint, quid dixerint, quid fecerint, jampridem abunde declaratum est : cum illa tua celebris & necessaria tot exterarum urbium ac regionum percursatio tantam tui splendoris admirationem, quocunque veneras, excitarit; ut nullum unquam præsentius Numen in terris veteres illi homines existimarint olim apud seculum prius, qaam fuisti Tu jampridem bominihus illis. Tandem aliquando, Diis bene juvantibus, domum reverti, & ad Tuos, hoc est in Angliam redire voluisti. Hic, quanto applausu, quibus triumphis, quo comitatu exceptus fueris, non plebejorum hominum, sed etiam nobilium, sed senatorum, qui Te à navi in aulam usque deduxerunt, ipfa etiam sexentsima Regina annuente, quid attinet dicere? cum hujus insignis latitia expressa vestigia adbuc in animis, atque adeo in ore omnium, constanter inhæreant. cum viderem & audirem, (neque enim erat obscurum) cumque intelligerem, homo tenuis & ignobilis, bunc Virum, quem omnes admirabantur tan-

#### DEDICATIO.

tantopere, patriæ vicinitate mibi quoque esse conjunctum, sæpe Deos immortales sanctissimis precibus obtestatus sum; ", id tempus aliquando mibi ,, dari posse, in quo exiguum aliquod signum ma-,, xima & tertissima voluntatis erga Te tuam-,, que familiam declararem ". Quod etsi non nunc accidit ad votum meum egregie, (quod nibil babeo tanto splendore dignum) tamen, quantulum cunque id quidem est, quod ab homine meæ facultatis exspectari debet, nolui committere, tam idoneo tempore, loco tam opportuno, quin aliquod munus saltem levidense & crasso (quod ajunt) filo Tue Dominationi porrigerem: non illud quidem satis eruditum, sed tamen testem amoris, 🤡 voluntatis argumentum erga Te meæ. Atque enimvero peropportune accidit, Nobilissime Comes, quod, cum hac æstate proxima Mekarchi cujusdam libellus de Græcarum literarum pronunciatione dono mihi Cantabrigiam usque missus suisset, eo constio ut rationes ejus, quibus veterem & usitatam oprolationem impugnarat, examinarem, cumque id jam aliquo modo, hoc est, quantum facultas mea pateretur, præstitissem, continuo in eum locum commigrarem, ubi Ciarissimus Comes, idemque Optimus Vir, non solum ipse Linguarum cognitionem amplecteretur, sed cui Filia quoque esset, lectissima Femina, que cum banc Linguam jam olim puella sub dottissimis Præceptoribus summa cum laude perdidiccrat, nibil magis vel in se vel in Doctoribus suis reprehendendum existimavit, quam quod illam docuissent Græca non usitato more loqui: Equi-O 0 2

#### DEDICATIO.

Equidem cum ipse venerandæ antiquitatis (quod ingenue fateor) acerrimus semper defensor exstitissem, maximam profecto cepi voluptatem, cum viderem in its locis, in quibus raro rusticantur bonæ literæ, & Patrem & Filiam, non solum generis nobilitate præstantes, sed ingenio, virtute, eruditione, auctoritate pracellentes; postremo adstipulatores opinionis meæ. Hoc cum viderem. cumque plurimum vobis debere me libenter agnoscerem, vel Vestra vel Surriani Comitis causa, cujus alter avus altera est materna amita, vel recentis etiam jure hospitii, quo acceptus sum perliberaliter, insignem banc occasionem oblatam mibi arbitrabar, cum & judicium meum de bumanitate Vestra, quod coram non possum, scriptis declararem; & ftudium præterea, benevolentiam. voluntatem erga Vos significarem meam. igitur, ut ante dixi, ad Mekerchum exiguam Disputationem , non enim dicam confutationem : sed ut Demosthenes, cum contra legem Leptianam dissereret, maluit tamen ad Leptinem quam contra eum videri dicere, idem ego in Mekerchi libello examinando feci; cum quo sic egi, ut qui nostra leget, putet me non tam illi persuadere voluisse, quam ab illo nolle persuaderi. Totius bujus controversiæ Tu judex eris, atque Tua illa do-Etissima Filia, Domini Lumlei uxor; qui vix pro summa sua bumanitate dabit mibi veniam, si nibil indignum eo dare volui, & nibil satis di-Valete. gnum eo dare possum.

Vestri bonoris imprimis studiosus, Gregorius Martinus.

#### PEBEPEROREE CONTRACTOR CONTRACTOR

# GREGORIUS MARTINUS

A D

### ADOLPHUM MEKERCHUM

DE

# GRÆCARUM LITERARUM PRONUNTIATIONE:

hoc in loco, ne erres Doctissme

Mekerche; scio enim quam mihi cum

validiore & potentiore adversario
certamen ineundum foret. tantum quæstiunculis quibusdam agam tecum, &, si pateris,
ostendam, quare mihi, homini fortassis stupido, libellus ille tuus De resta, quam tu vocas,
Grecarum literarum pronuntiatione, nondum
plane satisfecerit. Neque enim aut opinionis
tuæ justam confurationem instituo, aut nostræ
partis plenam confirmationem affero: cum hoc

Oo 3 ipsum

ipsum argumentum jam olim à doctissimis viris he tractatum fuerit, ut controversia nondum videatur constituta. Itaque Erasmum & Checum, viros fane doctos, libenter audio; sic-Sterbanam Wintonien/em audacter cum utrifque comparo: cujus tamen ego vel auctoritatem vel rationes prorsus dissimulabo, nec tuas aures notissimis argumentis sæpius obtundi sinam. Quæ vero mihi mediocri lectione obiter occurrerunt, ea admonitus ex Compuentario tuo non videbor fortasse intempestive depromere. Qua in re eam adhibebo animi æquitatem, ut cognoscendi potestatem de tota causa tuo judicio candidiori relinquam: mihi vero duntaxat fubdubitandi veniam vicissim à te concedi postulem. Atque ut omittam ea, quæ nullam prorfus habent controversiam; cætera, inquibus nonnulla dissensio est, eo quo tu ordine propoluilli, examinemus.

#### 6 sonandum esse ut v consonans.

"B, inquis, vulgo laxius quam b latinum profertur, idque inepte & contra usum vere nerandæ antiquitatis". Quare vero? exspecto enim jam quemadmodum id probes. "Rationibus, inquis. nam alphabetum dicimus non alphavitum, & B Græcorum à beth "Hebræorum originem duxit: & si quando "Græci dictiones Latinas suis characteribus." scribant, b transmutant in \( \mathbf{c}, \text{ ut Brutus Græ-" ce

" ce Bestos, Tiberius Græce Ticlesos". Ex qui-bus omnibus unum illud concludis, " & sonan-" dum ut b Latinorum". Habe ad omnia, atque eadem opera ad tres rationes tuas; quæ mihi videntur sic conjunctæ inter se & complicatæ; ut si una tollatur, cæteræ quoque labefactatæ concidant. Sic ergo videris dicere. " Quod in Græco est angalenny, Latine red-" ditur alphabetum: & quod Latine dicitur " Tiberius, Græce scribitur TiGelios: ergo vi-" detur & pronunciandum esse ut b". Hæc tua ratio huc redit denique, ut ostendas ea quorum alterum transfertur in alterum, dum voces transmutas, eodem modo sonare quoque inter pronunciandum. Quod tuum argumentum si per singula utriusque linguæ elementa persequi vellem, facile convincerem absurdum esse & novum, hominisque non antiquitatis studioli, sed, pace tua dicam, aropos agar Dinanaive estay. Exempli causa, Junius Græce sic, 'Isvios: Jesus Græce hoc modo, 'Ingres. i Latinorum consonantem reddi per ida Græcorum: at ia a pud Græcos nunquam legitur ut consonans. id quod tu quoque fateris, & recte. Præterea z quoque apud Latinos redditur per c, & è contra, ut Σκύθα, Scythae; Σκιστίων, Scipio; Σκυτάλη, Scytale, Laconica dicta; Cicero, Kirkewi. Atqui in Græco cum legatur x, in Latino c non auditur; nisi forte, scelus, te auctore, skelus, fine scelere pronunciari debet. huic adde newir Latine cœlum. Oo 4

régros Latine tyrannus, & sexcenta istiusmodi, quorum nonnulla suis locis reservabo, ne cogar idem sæpius & raumaogian dicere. quibus profecto luce clarius evadit, aliud effe reddi à fe ista mutuo, aliud similiter pronunciari. Sic enim existimo potius atque sic statuo, plurima in his tribus linguis in se invicem transmutari; non quod eodem modo efferantur, sed quod hæ literæ sibi invicem respondeant in illa serie elementorum. Dico, exempli gratia, beth, 6, b. Qua ex re homines, trium linguarum periti, cum alteram istarum alienis characteribus exprimere voluerunt, eas înter se literas vicissim transtulerunt, quæ majorem inter se cognationem & loci & dignitatatis, & (si hoc quoque ad rem pertinet) etiam figuræ, quali in sua quæque republica, Itaque beth Hebraica litera Latiobtinerent. ne femper redditur per b, fonum autem imitatur tum cum punctulo quodam insignitur, quod daghesh vocant, idque per accidens: nam per fe & absque illo puncto in universum vim habet consonantis v, etiam apud Hebræos, quibus sua quoque vau consonans est ejusdem prorsus potestatis. Quo minus mirum videri debet, si Græci homines, qui aliter non possunt, sonum v confonantis in b effinxere. id quod (ut obiter dicam) in una Davidis appellatione fit manifestum. Nam quod Hebræi scribunt 717& Latini David, utrique per v consonantem, Græci dicunt Auss per s. Hie te appello, Eru

#### DE GR. LITER. PRONUNT, 585

Erudite Mekerche, & æquitatem tuam postulo: ut, siperspicuum fiat, beth apud Hebræos rarius ut b, sæpius ut v consonantem pronunciari, ne putes capitale facinus tubesse, si alterum in alterius locum sic mutetur, dum Hebræa in Latinum sermonem vertimus, ut sonus tamen dissimilis maneat: nec si in Græco tale aliquid per tot annorum decursus nobis à majoribus relictum fuerit, id ineptum voces: præsertim cum memineris te nos ad Hebræam linguam tanquam ad parentem revocare, & ad ejus alphabetum Græca elementa exigere. Ut quicquid in illa usu veniat, in hac absurdum videri non debeat. Vide ergo quam non sit inusitatum apud eos, v consonantem legere, cum beth litera scribitur. ne longius abeam אברהם legitur Avraham; זכולון Zevulun; שבח: beveth-lehem בכית־לחם teveth-lehem: Seva: atque hæc omnia Græci per 6. Quid multis? Nemo vel tyrunculus linguæ Sacræ hunc ejus morem ignorat, & tu tamen opinaris neminem esse qui lande, 'Auvadae per v consonantem pronunciare velit. Quamobrem te oro? quia scilicet Latini legunt per b, at Hebræi non item, ad quos tu me revocas. Quorum עמינרב & יעקב fi fic proferes, Facob. Aminadab: non jam Hebræa legis, sed ex Hebræis Latina efficis. Quod vero ad infantulorum acca pertinet, quod dicis sonare abba & baba, minus aliquanto habet momenti, quam quod paulo post de ovium voce ad-Oo s

ducis,  $\beta \tilde{n}$ ,  $\beta \tilde{n}$ , certe ad efficiendum id quod vis de sono consonantis 6. Utrunque exile admodum est & infirmum. Nam oves balantes unde dignosces, be potius quam ve vociferari? infantes vero quo pacto intelligam, abba potius quam avva sonare? Neque vero, ut quod res est dicam, abba fictitium nomen est quasi per incuaromiae; sed derivatum ab > Hebræorum, ut Chaldaica fere omnia, quibus Sacra Scriptura in novo Testamento libentius utitur. dictura alias av cum Hebræis: sic proferendo, ut in avis, aveto Latinorum. Adde quod infantulorum vox, ut campanarum fonus, talis plerumque est, qualem quisque sibi mente confingit: unde fit, ut quod Chaldæis videtur sonare baba. Græci homines imaginentur quasi papa diceretur. unde munma leu infantulorum vocem edere, & πάπω & πατές Ex istis, quæ jam dicta funt, hoc folum infero: nondum mihi videri ineptum aut depravatum, aut contra morem venerandæ antiquitatis factum, ut ea litera, vel Græca vel Hebraïca, per quam redditur b Latinorum, & è contra pronuncietur nihilominus ut v consonans, id quod in beth Hebræorum negari non potest, in & vero Græcorum apud majorem partem doctissimorum virorum semper obtinuit. Cujus rei vel illud argumeto esse potest: quod Valerius Græce scribatur Bankes , & valere, εωληςε apud Zofimum, & Severus DeGreG- apud Heradianum. Quæris deinde quiddam, quod miror quemadmodum

modum tibi imprudenti exciderit; si & ut v consonans ac non ut b pronuncietur, quæ esfet eius convenientia cum π & φ, quarum dicitur media: cum mihi videatur id ipsum à te quærendum esse, si tuo more proferatur, hoc est b. Nam cum in tenuitate sonorum quidam fint gradus, & cum mit confonans tenuis, necesse est ut media consonans & sonet aspiratius; quod non fit, si plane ut b proferatur; nam be & pe utraque ejusdem tenuitatis seu exilitatis est inter proferendum. Sin vero ut v consonans proferatur, medius hoc pacto sonus futurus est inter & & o, ut in per, ver, pber. Quod cum tu non animadvertas, 8 quoque ut t pronunciandum præcipis: quasi d & t eandem soni tenuitatem non habeant, ut hoc pacto & media esse inter t & 3 non possit. Ad postremum tuum argumentum venio, in quo propemodum funt omnia: quod tamen ut ponderofum est, nec suis viribus carens, sic pervulgatum quoque est, & de mediis multorum observationibus depromptum, idque mehercule infeliciter; quantum enim in una litera ad tuas partes confirmandas affert, tantum tibi in alia detrahit. Apud M. Tullium, inquis, bini, & fire confunduntur. Certum id quidem est, confundi ista, ut ais, apud Ciceronem; sed qua in re sita sit hæc confusio, hoc est quod quæritur. Si tu pugnes de 6, quod sonandum fit ut b: ego de « contendo, quod in eodem loco pronuncietur ut i. Si occurras i apud ve-TEICS

teres Romanos idem sonuisse quod ei, id quod facis, cave ne dum ista nimium studes confundere, imprudenter distinguas. Nam Grequod in Græco est tu (ut opinor) ipse legis binei: at bini quod in Latino est te autore beinei legi de-Valde ergo, ut mihi quidem videtur, Superest alia conjectura, quandistinguuntur. do jam ista necessario confundenda sint, ut dicamus b olim priscis Romanis aspirate magis sonuisse quem nunc: non tamen ut in v consonante fit labiis valde apertis, sed conjunctis magis & compressis, ut sit quasi bvini disfyllabum, quod hodie quoque apud Burgenses fit in Hispania: qui vestia pro bestia, vene pro bene, exiguo admodum vocum discrimine, pronunciant. Quod tu fortasse vitium appellabis: & est sane, postquam apud omnes nationes obtinuit ut b diceretur, sed ingenitum: olim(opinor) non erat, cum Romani sic protulerunt, si tamen protulerunt Quis autem ignorat ingenitam esse omni nationi peculiarem quandam pronunciationem & suam, nec eodem modo quibusvis gentibus ad formandam vocem disponi instrumenta, ut notum est de Hebræorum Shibboleth; quod Ephrathæo, qui aliter quam Sibboleth proferre non potuit, magno constitit. Præterea multa sunt quæ tempus ipsum ad alieniorem sonum detorquet : itaque z nir o olim, nunc Javar & mitius effertur, & Calemera nunc. distinctius xant nutea, quod est, salve, bona dies. Hic jam appendicis loco, quasique en

ma, vel fola potius argumenta esse. Sunt enim qui existimant volo à ελομα, vado à εωθέω, vis à εω, fremo à εμω, vita à εω esse de ducta. Habes de b quamobrem tibi non assentior; nunc cognosce de cæteris.

#### De y tertia litera Alphabeti.

Non placet tibi quod tot jam feculis homines Græce pariter & Latine docti y & g ante tenuiores seu exiliores vocales e & i pronunciarunt ut i consonantem: propterea quod sonus hujus consonantis nusquam, ut tu dicis, apud Græcos reperitur. Id quod in capite de lime te fusius dicturum polliceris: nec tamen in eam rem verbum ullum facis, cum ad hunc locum tractandum accedis. Illud vero potius, "ione " nusquam habere sonum consonantis j". quod facile tibi assentior: ex quo, si id jam vis efficere, propterea nec sonum ejusdem omnino apud Gracos esse, nihilo plus esseceris, quam si dicas hoc modo; ν consonans ante γ κ, χ, ξ, nunquam scribitur, ergo nec sonus ejus ante has consonantes auditur. Quod vero addis, "ini-" quum esse, &, utita dicam, ignobile, uni literæ duplicem sonum tribuere, id enim ino-" piam elementorum significare", mihi plane videtur ridiculum, & tuam potius argumentorum inopiam vehementer declarare. Quali vero Latini idcirco literarum penuria laborent, quod idem elementum interdum ut v confonam

nam interdum ut u vocalis legatur: aut quasi Hebræi ideo quatuor & viginti literas non habeant ut cæteri, quia 5 pro duobus elementis ( $\pi$  scilicet &  $\phi$ ) ponitur. Ut breviter dicam, ego quid tu appelles in pronunciatione vitiofum aut effeminatum non intelligo: certe nunquam, ut ego existimo, eam sonorum novitatem induces in Latinam linguam, quæ jam cœpit familiaris esse, ut persuadeas hominibus Romanis, generolum & gentilem pronunciare absque sono i consonantis: aut nobis Britannis sic vernaculam nostram linguam dediscere, ut dicamus, gentleman, giant, gesture, gender, generally, aliter quam cum sono consonantis j. quæ omnia à Latinis mutuati sumus. Quanquam in cateris, quæ nostri idiomatis propria sunt nec aliunde sumpta, fateor g eum habere sonum quem tu maxime velis, ut, get, give, girdle, gift. Ex quo illud conjicio, quantum licet in ? cinerar, majores nostros, in propriis vocibus fuæ linguæ pronunciandis, eum morem tenuifse, quem à parentibus acceperant; in alienis vero vocabulis, quæ aliunde sumpserant, alienam quoque pronunciationem imitatos esse: ut valde profecto credibile sit, cum hæ dictiones à Romanis ad nos, multis jam retro seculis, transierunt, (quod nisi doctorum quoque virorum opera fieri non potuit) tum hanc, quam nos defendimus, prolationem apud Romanos exstitisse. Qua in oratione sic gradibus quibusdam in arcem hujus causæ ascendam; ut

ut si nos hæc ideo pronunciamus in sono j confonantis, quia id in Romana lingua, unde
translata primum ad nos suere, usu venisse probabile est, eadem opera consequatur, cum hæc
ipsa vocabula Græca quoque sint, Romanos
non solum dictiones istas, sed sonos quoque
dictionum ab hominibus Græcis didicisse apud
quos reperiuntur hand, nice, hæ, hæ,

åppus, adeo ut quemadmodum a Romanis
ad nos, sic ad eos à Græcis hæc ratio proferendi g consonantem deducta sit. Cedo enim
quam absurdum & absonum esset, si quis te audiret tuo more pronuntiantem hanc orationem
Latinam: cum intelligeret me cogì non posse ut id
agerem, cogitabat ausugere.

#### S non effe proferendum ut d.

" s ut d pronunciandum esse" nunc primum audio: quod tu tamen sic assirmas, quasi de eo inter omnes conveniret. Itaque de figura literæ satis accurate & curiose nonnulla, de sono vero vel nihil adsers, vel quod à ratione prorsus abhorret. Hebræi optime judicare possunt, quantum intersit inter s Græcorum & d Latinorum; qui utriusque literæ sonum & vim habent in unica daleth: quæ cum punctulo sic 7, absque vero sic 7; hæc s, illa d omnino declarat. Quam sonorum distinctionem cum tu gentis quodam vitio, ut suspicior, nondum intelligeres, capite Libri quinquagesi-

Digitized by Google

mo tertio vehementer nobis insultas: & ut tibi videris, densis interrogationibus premis adversarium, sic: "si t post nut d sonari de-" bet, quis, quæso, discernat inter ? rebuor & " A Spouce, inter oingre & oingros, si eadem utro-" bique est pronunciatio? Quorsum denique attinet illa disputatio wel contre xeine & codent-" xeias, quætot tantorumque virorum ingenia & labores in utramque partem torsit; dum " hic per +, ille per & scribendum contende-" ret, nisi quia non eadem utriusque significatio, nec prolatio"? Hæc tu. Quorsum vero? nos enim aliter 8, aliter d pronunciamus. Quare facile distinguuntur ea etiam apud nos. Cur igitur pugnas, vel quid impugnas potius? non distingui? at distinguuntur: aut non recte? at id jam quæritur. Certe, ut cætera taceam, Grammatici omnes & consonantem aspiratam magis volunt esse quam d. quam ob causam ajunt δέδοικα dici pro δέδοιδα in præterito medio, ne tres syllabæ densæ simul concurrerent za-Quod vero postremo quæris, idque ardentius & verbosius: " quorsum illa contro-" versia tam diu controversa de curente em & cubs-" λέχεια, nisi quia non eadem utriusque signi-" ficatio, nec prolatio"? Andi, quæso, breviter. Non ignoro Ciceronem in Tu/culanis animam perennem motionem dicere quali cidentiχαια, cum Aristoteles scripserit ένπλέχειαν quasi perfectionem, &, ut Philoponus interpretatur, wis er read Fran. Quod non ideo factum existi-

existimo à Cicerone, quod nesciret contéguar quid fignificaret, adeoque falso vocabulum interpretaretur, erat enim Græssrum literarum peritissimus: sed quod vel corrup us erat apud philosophos locus & depravatus, sic ut alterutram liceret (8 lico & 7) pro arbitrio reponere; vel quod tum fortalle scriberetur èvit-Sed cum postea homines, ad earn rem magis Lyncei, ad philosophandum accederent, perspicerentque comaixem verius de anima affirmari posse, & perissimam ejus naturam explicare manifestius, facile perfecêre ut unius literæ mutatione ipsum Aristotelem redderent. igitur, ut tu ais, horum vocabulorum diversa fignificatio, ut philosophi inter se tantopere digladiarentur: sed eatenus de scriptura seu scriptione vocabuli dubitahant. Quod vero addis, "diversam quoque prolationem magnam " ad eam dimicationem ansam præbuisse dum " alii sonarent entelechia, alii vero entelechia", nequaquam tibi assentior. Quis enim nescit. omnem controversiam quæ ex pronunciatione oritur, eam ex ambiguitate oriri: ambigua aud tem esse ea, quæ similirer proferuntur, ut in λοιμος & λιμος, quæ tantam dubicationem non excitassent, si diltincte & dissimiliter pronunciata suissent. Quare si tu & idem sonare vis quod d. & si iltarum dictionum qualiscunque pronunciatio doctis viris materiam litigandi dederit, vel inde apparet rin corene gena sonandum d post v. cum hac ratione difficultima maximeque ambigua futura sit controversia.

norum.

Ex omnibus literis Græci alphabeti nulla, ut ego quidem sentio, majorem habet controversiam, qum y vocalis, dum à nobis profertur ut i longum; ab aliis vero ut longum e: quæ ex diametro propemodum pugnare viden-Multæ funt rationes in utramque partem, una veritas: mille conjecturæ, certum nihil. de tota re lectoris esto judicium. Illud tamen admonendus mihi est, quisquis ista perpendet curiosius, nihil ab adversariis nostris afferri præter detritum quoddam argumentum ex linguarum translationibus deductum: quod eam vim habet, ut ostendat, quia in asienis linguis # redditur per e longum, propterca in sua idem Quod quam non consequatur, abunde primo capite declaravi, cum de 6 agebatur. Miror autem cur adeo iniquus sis, mi Mekerche, & injustus rerum æstimator; ut quod in y tuo quasi jure postules, id nobis in a, a, a, u, non concedas. Nam en in Latino fit æ; ei, i longum: ut à Ades G., quod est nomen proprium, dicitur Latine Darius, cum accentu in penultima, quia in Græco diphthongus est; & Elelwai G. Latine Irenaus. in qua unica dictione vide tuam æquitatem. Cum & & se reddantur hic per i & æ, negas tamen in Græco similiter proferri: , vero in secunda syllaba **Statim** 

statim arripis, & ideo pronunciari ut e longum contendis, & valde profecto ferio, quia in Latino sic redditur. Itaque desine tandem id in una litera tibi vendicare, quod nobis in multis ejusdem prorsus rationis concedi non vis. Jam vero quod confundi literarum fonos tantopere quereris, & orationem hoc pacto poly-epsilon & poly-ioton fieri: Miror cur idem vitium in Latina non deprehendas: ubi e, e, e longum similiter efferuntur; sic i & v. Usque adeo ut tyrones hujus linguæ nihil in Orthographia habeant difficilius, quam scire, quando secus. itaque & e pro e, & e pro a sapissime scribant homines etiam alias eruditi. De i vero & w tam ambigua est controversia, ut nondum satis conveniat inter doctos, utra barum adhibenda sit cum scribunt, sidus, sucerus, desidero, tiro, & tirunculus, & similia. fallor, in Latina quoque cupis omnia distinguere, ne ex illa parte argumentis contra re abundemus, quibus respondendo non sis. unde capite libri tui xxIIº sic ratiocinaris, quasi Sicilia velis Sikilia pronunciari. Atque en tibi perpulchram fane orationem tuo more proferendam, omnia diltinguendo! Poftquam Cicero meus prætor una cum Scipione venit, cæpi cælum intue. ri, & agere ingentes gratias, quod tam cito sam. que feliciter rediissent. Nonne hoc novum (Dii boni!) & inauditum foret, atque portenti fimis le? Perge vero: &, quando ad Hebræos confugis, nos te sequamur, vel potius persequa-Pp 2

#### • 596 GREGORIUS MARTINUS

mur. Locum adfers ex Psalmo CXXXV. ut tu numeras; si Hebræos sequi vis, ex Psalmo CXXXVI. + Σηών βασιλέα τ' Αμοβραίων. Quid dicam, vel quid non dicam, mi Mekerche? - Certe tu cum ad Hebræos appellas, Hebræos prorsus non intelligis: nec, ut apparet, locum - in Hebræo unquam legisti Nam quod Græce redditur per n in Hebræo est i longum, id eft, Sihon regem Amorrhaorum: tu tamen diftinguis à Sion monte vocalium diversitate, nec intelligis in Hebræo utramque dictionem eadem vocali pingi, quam chirek magnum vocant: distingui autem multifariam, dum Sehon proprium nomen scribitur מיחוד, Sion vero mons ציון: quali dicerem Sichon, & Tsijon. Vide Psalm. Ll. & CXXXVI. & coarge me mendacii, si potes. Quod si non poteris, & si tuum argumentum retorquere in caput tuum velim, quid non evincerem? Ends in Hebræo scribitur per i longum; ergo in Græco fimiliter pronunciandum. Ego vero non fic colligo, fed hoc pacto potius: ergo tu infeliciter ex hoc loco concludere voluisti, qut e proferri oportere: ergo tuo ipsius telo jugulatus es. Addis deinde Christum in cruce exclamasse inal, inal, per e longum; eo quod astantes dicebant, Holiam vocat iste. hæc nimirum omnia dicis, quasi Christus salvator noster Hebræa quidem locutus fuisset, sed Græcis characteribus. Exclamavit ille quidem אלי אלי, id est, Eli, Eli. quid hoc ad fonum

num vocalis n? ille enim Hebræa locutus est. Ego vero non dicam cum Agricola, id quod τοις το Βαφθεγγομέρους dicendum monet Auctor ille: verum contrarium potius. Quid enim dicas, non intelligo: at quid velis dicere, nescire non possum, qui jampridem argumentationes tuas didici. Nempe quia Hebrær legunt אלי per e longum, idcirco 'Hal Græcorum fimiliter proferendum existimas; cujus generis funt 'Aun'r, Inoss, 'Emmarsh', que in Hebreo fcribuntur per e longum. Accipe fimul & femel ad universa. Magna est apud Hebræos affinitas inter chirek magnum & tzere, hoc est, e longum & i longum. Unde & cognata puncta appellantur, & in conjugatione Hipbil vicissim commutantur, & sibi invicem loco cedunt. quod fecit ut Græci, qui e longum non habent, præsertim vocalem, eas Hebræorum syllabas, quæ scribuntur per tzere, in , seu i longum cognatam vocalem transmutaverint. Nec tamen hæc ratio transferendi, id quod dixi & nunc rursus magnopere contendo, pronunciationem arguit. Nam & chirek parvum Græce redditur per e, ut עמנואל, 'Eu maren'a, Matth. c. I. 'leara', P/alm. LXXII. sono tamen non conveniunt. Postremo quod annasía pro exemplo adducis, aperte declarat & te Hebræa ignorare; &, cum literarum transmutationibus causam tuam defendis, incertis & lubricis niti argumentis. Nam הללו & הללויה per Scheva, hoc est e parvum, scribuntur: at Græci Pp 2

tamen per ». Ergo si tali exemplo niti velis. non jam , erit e longum, sed e parvum. Jam vero postquam his rationibus causam tuam videris obtinuisse. valde confidenter jubes unum Auctorem antiquum ex omnium ætatum memoria tibi opponi, qui non in hanc fententiam ditat, aut qui istum tam attenuatum sonum vocalis i in Græcorum probet. Ouid si opposuero? quid si duos, quid si probatos? quid si sic ut inficiando non sis? an sic demum nobiscum senties, tuamque opinionem relinques? Non id quidem polliceris, etsi id vehementer quidem æquum est. Sed melius profecto est temere non promittere, quam, ubi promiferis, re non præltare: quod nonnulli faciunt. idque in causa religionis. Atqui geram tibi morem profecto, quando unum duntaxat ex antiquis adduci postulas: atque hunc unum adferam tantæ auctoritatis & fidei virum, ut instar omnium censeri & æstimari possit. Quis ille est? Eustathius, qui homo? is qui Homerum Græcis Commentariis doctiffime illustravit. cujas vero? Tneffalonicenfis, hoc est, natione Græcus. Quid ille dicit? he vocativus & hen nominativus is Alacoca yeach i with non Exues. id est, cum dissimiliter scribantur, similem sonum habent. Quid potest dici apertius? Quid ad quæstionem seu postulationem turam aprius? Atque idem tamen, ut ingenue fateor, 1°. Iliados affirmat 64, 64 esse Tropica puris mescure evaluationinger ergo bi, Si fona-

#### DE GR. LITER. PRONUNT. 599

fonare bi & esse tamen vocem ovis sictitiam non repugnat secundum Eustathii sententiam. Idem, ni sallor, auctor est apud priscos Grammaticos ortam esse contentionem de invigus & indulus aliis affirmantibus ab inu deduci, aliis vero ab inu ejusdem significationis. Cur, nist propter similitudinem pronunciationis? Post hunc Suidam affero, vel quicunque illum de antiquitatibus librum secundum alphabeti elementa digessit. Ubi n non suo loco ponitur, sed cum i, v, e consociatur. Cur, nisi quod in sono cognata sint ista & conjuncta? id quod in e & en conjugandis cernitur: quibus prosecto addidisset, si ut e longum pronunciandum censuisset.

#### De a Gracorum & c Latinorum.

In pronunciando z facile inter nos conveniret, nisi tu in linguam quoque Latinam portenta quædam fonorum introduceres: dum nulla fyllaba est, quam tu proferendo non studeas innovare. Nam & Sikiliam & Kikeronem dicis. & pro cicer, kiker: siquidem Cicero inde cognominatus est. atque hæc omnia te docuere Ranæ Aristophanis, quas tu fingis pro arbitrio quidvis crocitare. Quid? tu pronunciationem tot jam seculis usitatam, tam laudabilem, tam late divisam, propter commentitias animalculorum voculas cum inauditis novitatibus commutabis? tu ad ranas, ad noctuas, ad capras, ad oves, ad canes denique confugies, ut antiquam nobis proferendi rationem restituas, & Pp 4

non potius ex doctiffimorum hominum delicatiffimis faucibus cenfebis hauriendam? Agefilaus cum audire non sustinuit qui philomelæ vocem fingere profitebatur, " quorsum enim. " inquit, cum philomelam ipsam præstet audire". Atque illa quidem avis vocem ab homine recusavit discere: & tu humanas voces à brutis animantibus putas optime cognosci posfe? tu licerarum potella em, quam ab hominibus folis vere licet, à mutis animalculis petes? Nosti, ut opinor, de Parmenonis sue quid referatur in adagiis. Hic vir tam eleganter potuit porcinam vocem effingere, ut, cum verus Porcellus clam astantibus pro Parmenone sub initio duceretur, fuoque more grunniret, populus, hominem quempiam fuisse ratus, nibil ad Parmenonis suem, exclamaret. tantum igitur abest, ut, quam vocem edant, affirmare possimus; ut, quando vocem edant, astantes & audientes nequeamus dignoscere. Nunc, ut ad ea quæ tu primum proposuisti postremo loco respondeam: graviter incusas vulgus vestratium, quod nihil discernant inter z & c. Primum quæro, cur non idem liceat in Græca quod in Latina recte licet: ubi Syrus & Cyrus similiter omnino proferuntur: fed tu Latina quoque corrigis, & Kyrus pronunciare jubes, & flocki, nauki, fakio; & nescio quas novicates apportas, quas homines qui nunc vivunt non intelligunt. Licebit ergo te iisdem verbis affari, quibus Augustus Casar adolescentem quendam,

#### DE GR. LITER. PRONUNT. 601

dam, ut est apud Gellium; "O bone! vive "moribus præteritis, loquere verbis præsenti-"bus." Atque hæc de vulgo vestratium nominum dicta sint, vel potius pro illis: quorum privata causa est non publica omnium, si a & sinter proferendum confundant. Nos enim talem consuetudinem non habemus: sed indisserenter a pronunciamus vel ch, ut in dictionibus quibusdam nostratibus, charitic, church, cherry; vel ut k, id quod facimus libentius.

#### o non idem valere quod u: nec tamen omnine ut i proferendum esse.

In sono vocalis v æquior es aliquantulum quam in cæteris. ais enim " ad exilitatem i quam proxime accedere, ita tamen ut fonum medium reddat inter i & u." Equidem non valde repugnabo, præserim cum jampridem contuibaret me locus quidam Demosthenis cu τω τω εράνε, ex epittola Phi ippi ad The anos : vuũ ન હિંદ પ્રાથેક ઇ માર્ચક માટે જાઈક મામલેક бутиньтая ёхы + sielulu pance Gc. ubi adhi-. benda videtur nonnulla diffinctio, ut in:elligatur utrum Thebani, Poilippi res an suas spectantes, pacem velint. Quanquam hoc in loco errorem quendam subesse suspicor, & we's suas legendum esse sed multa profecto sunt quæ me conturbant, & in quitus vellem mihi tatisfactum. Ciceronic verba in Oratore hæc funt. Purchum semper Ennius, nunquam Pyrrhum; Pps

"Vi patéfecerunt Fruges," nunquam Phryges, iphus antiqui declarant libri. nec enim Græcam literam adhibebant, nunc autem etiam duas. & paupo polt: Phryzes & Pyrrhum aurium causa dicimus. Vide ex hoc loco Marci Tullii, quot confequantur; ipsius autem verbis utar. Grace scribitur Huffos, Purrbum dixit Ennius; & quod in Graco est Devyes, Fruges reddidit Ennius, fono nimirum vatto & infuavi. Quare? quia Latina vocali usus ett, cum Græce potius debuisset. Græca vero qua? v. quamobrem? aurium nimirum causa, ut vocabula mollius & dulcius proferrentur. Ergo qui has dictiones Græce pronunciant Purrhos, Phruges, perinde quasi cum Ennio loquerentur, sic Ais deinde "Latinum u nunc à nonnullis "perperam proferri". quod vitium Gallis potissimum attribuis, qui nune pro noune, lumen pro loumen, rusticus pro rousticous dicunt. Imo vero non folum Galfi, fed Nos quoque a vocalem raptim proferimus, mus, rus, sus, sibus, non kibous, scelus non skelous, nec tou-. toum, moutoum, loutoum, bos in lingua, quod est in Proverbio. Magnam vero atque adeo fingularem injuriam facis Linguæ nostræ vernaculæ, in qua confundis lute & loute, flute & Quid ergo est quod dicis tandem? nimirum u non esse proferendum ut ou Latinorum, fed ut a raptum fecundum pronunciationem Gallicam seu Nostram. Quod si detur, ergo y Latinorum similiter proferatur necesse eft:

#### DE GR. LITER. PRONUNT. 603

est; & Cyrus, Curus, Syrus, Surus dici debet: ergo

Omnia jam fient, fieri quæ posse negabam: Et nibil est de quo non sit babenda sides.

Non placet Ciceroni quod dicis, qui Pyrrbum probat, Purrhum non admittit: Phryges dulce & delicatum putat, Phruges barbarum & obfoletum prædicat. Da veniam, mi Mekerche, agnosco pertinaciam, tantulis argumentis ad tantas novitates perducinon possum. tu cum templum Germanice kirik seu kirk son 7 zvesuni deducis, nonne u us i sonandum admones? Jam quod de viuw & viuw interrogas, etsi concedo ut in cæteris sic in his tenuem aliquam subesse distinctionem, atque eam Græcis indigenis magis no am quam nobis, tamen illud præterire non possum, quod quæris," quid " fibi vellet David cum ait, an auns est & Sec iμωτ". nequaquam enim sic loquutus est Propheta, fed absque ulla ambiguitate בי הוא אר די ענן Pr. CXV. שרפים אר ארן דען R & Pr. CXV. שרפים ביי Thi Tre vire vuir. Si Hebræa confulas, nulla manet dubitatio , עליכם ועל בניכם. mirum His babilis telis quilibet effe potest. stremo quod tu permagni momenti esse putas, in eo egregium argumentum miserrime perd-Nam si de fundo controversia sit, quicumque ex licigantibus ferio dixeris, oud robb

604

ને લંગુરોને નાંઘલન કોંગ્લ, ille fine dubio nostrum esse dicit non vestrum.

#### De Diphthongis.

Brevis ero in diphthongis, quis tu folus multa profers inaudita, quibus nec tot seculorum con uetudo, nec doctiffimorum virorum confensus, nec Grammaticorum omnium regulæ aditipulantur. Nam a, y, w dipthongos appel-Qui sic? quia unius tantum volari non vis. calis fonum habent: quasi utriusque vocis referre sonum, id sit duntaxat vere diphthongum esse. itaque a, e, o affirmas diphthongos non esse, si usitato more pronuncientur. adeo digladiaris de nomine, cum de verbi intellectu fatis constet. Quoties enim duæ vocales reipsa vel potestare sic concurrunt, ut duas fyllabas non constituant, diphthongus cœpit appellari. Quid? tune is homo es, qui συμφοσαν utilitatem significare contendes, quia συμφέρω fignificat conducere? aut κάθωρμα probum bominem effe, quia xadaige de elt expiari? aut prudentem hominem, sed triginta duntaxat annos natum, S'natorem esse negabis, quia senex non est? aut Antonium non fuille Confulem, quia reipublicæ non consulebat? Quid multis? tu cum Famblicho condemnabis Arestotelem cum Platone sensisse, quia + νέν γεαμμαπίω εσικέναι dixerat, est enim (inquit) yeaupanion no exon yeappala. Po-

#### DE GR. LITER, PRONUNT. 605

Postremo nec illud meministi, quantopere A-ristoteles [Politic. l. 1. c. 7.] eos reprehendat, quia judices & senatores negarent esse aexoras, disputantes de nomine? Quæ cum ita sint, patere (quæso) me cum omnibus Grammaticis dipthongos appellare duas vocales in unam syllabam coëuntes, & unum duosve sonos essentes.

#### De a diphthongo.

Communem hanc caufam depravatæ pronunciationis Græcis cum Latinis effe statuis: itaque in æ diphthongo utramque vocalem exaudiri vis, & in æ similiter, alioqui enim diphthongos non esse. Sed de diphthongorum ratione fatis (ut opinor) jam antea. ad argu-" Gellius probat, fenus non menta tua venio. " à φαίνεοθε sed à fetu ideo venire, quia M. Cato " & cæteri ejus ætatis fenus & fenerationem sine a fonabant." unde concludis, " eos a in Φαίνεων non pronunciasse. " Vide quam tecum probabilius agam. Veteres existimabant fenus deduci à paire, qui que & pay similiter proferebantur. Contra hos argumentatur Gellius, non ex pronunciatione sed ex scriptione derivationes esse judicandas: ideoque fenus à Φαίνεως deduci non posse, quia hîc est au diph. thongus, illic e simplex: quorum altera non so-Quæ sequuntur ulet in alteram commutari.

nam quæstionem continent; " Cur idem non liceat in Græca quod in Latina, quod in Ger-" manica, quod in aliis linguis licet, in quibus " usu venit ai, ut Achaia, Baia, Maia, & " Germanice Kailer? " Cui interrogationi tuæ breviter respondeo: ut non easdem diphthongos, fic nec eosdem sonos ferre omnem linguam; non quia apud Græcos valtus futurus esset sonus as, qui apud alios dignitatem seu 7 Eyror habet; sed quod usus sic obtinuit, & linguarum ingenita quædam natura postulat. Responde enim mihi, per Deos immortales, tu qui percontaris ista de diversis linguis, Cur in eadem lingua, sed non eadem dialecto, aurium judic um tam discrepans sit & propemodum contrarium? Nam quod in vulgari lingua profertur per geminum . Attici, nisi mutetur in geminum r, nequaquam proferre, ac ne ferre quidem possunt. Sed quando de vocalium fono quæritur, libenter à te schre velim, Cur Athenienses legant is diphthongum, quam tamen Iones nunquam nisi divisim proferunt er? cur illi contractis, hi incontractis semper uti malint? quamobrem tandem? An quia istis infuavis Atticismus? at quod Atticum est, non potest non dulce esse. An quia illis sonismus barbarus? at Dionysius Halicarnasseus auctor est, historiam de Candaule & Gyge ab Herodoto tam eleganter Ionice contextam esfe, ut, si vel in Atticam commutaveris, quod & ipse fecit, tota narrationis suavitas prorsus amittatur.

#### DE GR. LITER. PRONUNT. 607

tur. Habet ergo Ionica lingua peculiaren quandam elegantiam & suam, quæ ne Atticæ quidem cedit. Quod si utraque Dialectus per le dulcis sit, cur altera ab si diphthongo, altera ab er vocalibus abhorret tantopere? cur quod in utrisque jucundum est, utraque tamen non admittit, immo vero aversatur utraque? Ego dicam. Sic enim natura compatatum elt, que modurbnes est & varietate gaudet, ut multarum gentium linguæ, in fuo quæque genere laudabiliter, cum sonorum tum tonorum diversitate excellerent; sonerum, ut eleganter Solon apud Herodotum Ionice, & anaoiw huegwir हैंद्र करे हैंदिक मामका कर है कहता में हे कि मा कर के कि है कि मा मा है कि का मार्थ में महिला में महिला τοω βράπαν είδο δμοιον σεσούρι περγμα, quod Allice fic dixeris, Tanurar nuepar Teis Tal Ecoun-મભાજિ દેવમ મેં દેવદંρલ αὐτῶν τη દેવદંદ મુંદ્રદંભ દેઉદેν όμεια wegoa' πεαγμα tonerum, ut cum Latini dicunt philosophia, Demosthenes, Graci Φιλοσοφία, Δημοοθένης, illic σερπαροξυτίνως, hic παροξυτίνως. Utrumque fane laudabiliter, & ad fuæ linguæ consuetudinem non insuaviter. quam etiam sæpe maturus consensus doctissimorum virorum aurium caufa nonnihil immutavit, ut ex Cicerone in libro Rhetoricorum satis constat. fum hac? ut oftendam non effe postulandum. cum Latini in multis dictionibus sonent ai, ut id ipsum Græci faciant. Habent tamen & illi a, fed vocales non diphthongum, ut min, 'Pumaisi, Ecquius, ex quibus per lynæresin coactis, non diphthongis, suspicor Latina illa in ai conflata. Mata esse, ut A:haia ab Axasa quadrasyllabo, non ab Axasa. Nam & Ovidius in Epistola Helenæ sic legit. πτρασυπάδως.

Quid poterit de me Sparte, quid Achaia tota?

Sic Mais mater Mercurii à maia, non à raia. Atque hîc propemodum rifum mihi excitaiti. Sic enim arguis ab opinione vulgi, ut ex Ovidio. "Maius mensis denominatur à Larino vo-" cabulo Maia, nomine proprio; ergo maia in "Graco sonat mai." Ego vero aliud argumentum opponam tuo, idque ex Ovidio Fastorum lib. V. Maius à majoribus dictus est, ut Junius à junioribus; ergo majores legi debet cum i vocali, qui Mins sic legitur. Vides quam sic ridiculum Ovidii carmen est,

#### Tertius in senibus, juvenum de nomine quartus.

Sic ergo statuo. Que per e Latine redduntur ex diphthongo en transmutari, quæ per ai efferuntur ab en vocalibus deduci. quam Græcorum diærelin I atini in suæ gentis vocabulis imitantes, dixere piëtai vestis & auri, & gelidai stridor aquai, licentia plusquam poëtica usi vel potius abusi. Postulas deinde ut Asac pronuncietur, sicut Larine Ajax: quod sieri non potest; cum i in Ajax sit consonans. probas sonandum esse asac Sophocleo carmine, ubi hoc nomen deducitur ab miasen, & ab his adverbiis, ai, ai.

#### DE GR. LITER. PRONUNT. 609

Et Mas deduci quidem ab a, a, facile concedo: fed cur ab ai, ai, potius quam ab a, a, nondum intelligo. nam & ista æque lugentis vocem, atque magis etiam aliquantulum, exprimunt, unde & sai Latine redditur væ, non vai, & bei mibi non bai, & flere, lugere omnia per e longum proferuntur Quocirca αίλινος, κλαίσιν recte alinos, clain pronunciari debent. Sed occurris, "hæc adverbia a, a a Latinis reddi "ai, ai: "idque ex hyacintho flore verbosius confirmas: ergò in Græco idem observandum. Attende, quæso, te diligenter, cur Latini præter usitatum morem au diphthongum hic mutaverint in ai. nempe ut non folum gementis vox fignificaretur, fed multo magis ut literæ quarum figuras in nigris hyacinthi venis agnoscis, utraque hoc pacto pingeretur. quod per æ fieri non potuit. Vides quemadmodum mihi non perfuadeas, ut inveteratam pronunciationem & tempore canam ausim subito in alienam prorsus, &, ut mihi videtur, novam commutare. vero ad Stephanum Wintoniensem attinet: etsi illo argumento ex Theone Sophista probabiliter deprompto nihil ad hanc causam accessit, nihil certe detractum est: cum ejus sit probare, qui alterum de avita possessione deturbare velit; non ejus, qui vel hereditario jure vel usucapione tenet. itaque quod ille fecit, en al soia fecit: quod necesse non erat. Atqui ne putes tamen, quando hac non successerit, nos alia via non posse aggredi, unum aut alterum exemplum  $\mathbf{Q}\mathbf{q}$ dabo

#### ro GREGORIUS MARTINUS

dabo ex Euftaibio, in quibus auctor ille au ut i pronunciari docet. Homeri carmen est,

'A के में की कि हैं के कार्य के किया के

Hæc deo, inquit Eustathius, πίθεων κη πεθεων in distimili scriptione similem & eundem prostus sonum habent. Ejustem generis, inquit ille, est σεν δφθήση κενός έναυτίου με . απλ άπων τεόπου καινός. hæc, inquit, κενός & καινός πε αύτων τηχούν είσι, sono eadem sunt.

#### D av & 50.

De his diphthongis, non est quod litigemus: nam apud nos etiam utraque vocalis exauditur, sed non eodem modo. Tu sonas au ut in austor, aula, nos vero ut in avis, avarus: tu profers & ut in euge, seu, beu; nos ut in evan, evince, evado. atque hæc quidem essi ante consonantes recte tuo more proferantur, certe ante vocales xanspoinus, ut in Evander, Evagrius, Evarifius, Everifius, Everifius, Evander, Evangrius, Evarifius, Everifius, evando nostro more satis eleganter & distincte proferantur, nihil innovandum censeo.

#### De a quod pronunciari debet i.

Nec omnium nec Græcæ & Latinæ Lingue eandem rationem esse, jam supra dizimue: ita-

#### DE GR. LITER, PRONUNT, 611

traque ab ils, quæ Latine recte, ad ea, quæ in Græco male proferuntur, non valet argumentum. Quanquam & in his ipsis tu ignofrare non potes, ea Latinorum, quæ divisa diphthongo leguntur, non ex a diphthongo, sed ab a forma Ionica esse traducta: ut,

#### Flebilis indignos Elegeia solve capillos.

Græce non exercia, e enim in carmine semper brevis est, sed exercia. Sic Pompeius apud Plutarchum seribitur neumio. Quare, cum apud Latinos legiturei, certum est illud ab ni Ionica forma profectum esse, conjunctis in unam syllabam vocalibus; ut Pompeius trifyllabum à Pompetus, quod redditur nounio. Quoties enim a diphthongus migrat in Latinum fermonem, redditur per i vocalem, ut Clio à Kand, ironia ab sieuvela, dynastia à dimassia, que muesžimva funt propter diphthengum. Tu vero ut hoc evites, affirmas i vocalem Latinorum à veteribus Romanis ei pronunciatum fuisse: ego nego. probas à bini & Blid apud Ciceronem: non posse enim aliter confundi nisi i proferatur ei: Ego vero contrarium affirmo, si i in bini legatur ei; confundi illa non posse: erit enim in Latino beinei, Graco binei. Sed de his supra cum de b ageretur. Nunc illud tantum dicam; præpostere argumentaris, petis principium, nihil affers, nihil probas. Vide autem quam non probes. Nam cum illud quaratur iam Qq 2

#### 612 GREGORIUS MARTINUS

jam in er nos, utrum a pronunciari debeat ei. multa affers in quibus i longum à Latims sic efferri solere contendis. Cum id nos negemus factum unquam esse; recurris ad illud quod in quæltionem venit, nempe a à Græcis fic pronunciari. Sic enim ais: " i longum antiquis " Roman's proferebatur ut a diphthongus, seu ei: " quod usitatum fuisse temporibus Cicerenis ex " vocibus bini & Blvl, fatis constat." teipsum appellabo judicem, utrum facilius sit probare u sonare i tantum, quia Cicero confundit ista; an ostendere quod i proserebatur à Cicerone ut ei, quia duo illa similiter profere-Auctoritates vero, quibus uteris, non id probant, veteres Romanos sic protulisse; fed ubi i longum esset, e quoque adjunxisse: non quod utramque vocalem pronunciarent, sed quod Græcorum more, ut ait Quintilianus, e cum i jungerent, sonum autem non mutarent. quam vocalem cum posteri eorum supervacaneam esse viderent, & scribi tantum, non pronunciari, prorsus omittendam censuerunt, adeoque omnino deinceps non scribendam esse. Quod si sonum utriusque vocalis resinendum censuissent, nunquam profecto alteram vocalem, atque eam, quam tu ex Plutarcho præstabiliorem vocas, expungere voluissent. Unde illud Lucilii, quod citat Quintilianus, tu vero de industria omittis,

Men-

#### DE GR. LITER. PRONUNT. 513

Mendacei fureique addes e, cum dare furi Jusseris.

de pronunciatione verbum nullum. Ergo ut à Latinis scribi solet e, & non pronunciari, cur non idipsum apud Græcos fuerit? Quod vero sequitur in oratione tua, qualenam est, per Deos immortales? Sulpitius, inquis, cum ex es vocalem i tolleret, & e plenissimum relinqueret, à Crasso apud Ciceronem reprehensus est: "ut omittam quod hæc nihil pertiment ad se diphthongum Græcam, quid? tu cum legas Sulpitium, Cottam, alios (non enim Sulpitium solum reprehendit Crassus) i vocalem omisisse, idque ad nos usque pervenisse, ad eas voces nos denuo revocabis, quas isti homines ætate sua emendandas censuerunt: & Parrhum iterum proferri jubebis? & qui i solam vocalem pronunciant, passeres appellabis, quia tibi scilicet pipitare videntur? Siccine antiquitatem defendis, nec intelligis melius nunc omnia & elegantius tradi, quam olim apud seculum prius; quodque verissime est apud Aristote-Jem, + Leovor Terun oureezor nei ou pulongor eiran; Poltremo, nescio quos errores mihi nominas, unum vero defignas, cumque ex Pauli Leopardi cafligationibus: quorsum autem? an ut ex vitiosa pronunciatione dicas esse ortum: quasi Era/mus (hunc enim erralle dicis) aurium judicio fretus interpretaretur, ac non syllabas omnes & singulas literas prius diligenter intro- $\mathbf{Q}\mathbf{q}$  3 fpice-

#### 614 GREGORIUS MARTINUS

spiceret. error ergo si quis sorte sueut, in scripto suit: ut si mésos pro mésos scriptum erat apud Plutarchum, quis non vel ex tuis per uasionem potius quam anchoralem summ transtulisset? Quod si scripto erratum suerit, nihil ad
hunc locum. Sin in pronunciatione, qui sibi
constas? aut unde sieri potuit decipi Erasmum,
quem tu emendatæ, quam vocas prolationis
præcipuum restauratorem statuis, adeo ut ipsi
etiam Joanni Checo præponas, qui in cam Quæ
stionem, si quis alius ex vestris, laudabiliter &
erudite elaboravit? Sed valde nimirum periculosum est y & e similiter proserri: itaque in
Homerico carmine distinguenda esse;

To 3 μαλ ο πίση πραθη μίνε πτληνία.

Eustathius ergo ignatus omnis antiquitatie, qui sel & "Fen nacedo nugigam vocat, id est, nevam & inustatam agnominationem, propretez quod idem sonant:

Hit & an exact side poten

Prius est verbum impersecti- temporis, posterius nomen proprium Junonis, nominativi vel dativi casus, suc adde 119:00: 3 milion, de quibus supra cum de 21 agebatur.

De

### DE GR. LITER. PRONUNT. 615

De si diphthongo, gasd o miston cunerums prononciationem non habeat.

Torquet te locus Thucy lidit, itaque & tu illum torques. Nam cum oraculum nili ambiguum esse non possit, unde rollus & imampon-esse Aposso dicitur, ambiguitas autem non sit ubi soni distinguuntur; quo pacto essicies ut & carmen illud sit oraculum, & de peste dunta-xat intelligatur,

#### ΤΕ Δωειωπός πόλεμο και λοιμός αμ' αίπω;

Nam si o pronunciandum sit, ut tu mones, aurium usum non habuerit, qui famem quoque fignificari putaverit. Controversia au em. non nisi exitu rei terminata, nihil aliud quam dupliciter scribi potuisse arguit. Nam pronunciacionem ex eventu spectari absurdum est, cum distincta prolatio satis per se id ipsum declaraflet. Negas deinde λοιμός & λομός fatis eleganter in oratione distingui posle, quoties concurrunt, nisi diverso sono proferantur: concurrent autem, ut inquis, sæpissime. Est ita fane, mi Mekerche, neque errim aliæ duæ dictiones apud Græcos tam fæpe conjunguntur & quasi continuantur, sic ut nihil fere intercedat. Tu exempla profers Poëtarum, ego vero etiam Oratorum. Dionyfius Halicarna feus. of piederwing รทางครร พาร พอสุงุนฉอง ส่งสหาสตาใหอ เ กอเนอง น กานลึง मे प्रसम्पर्वणका में मार्विध्यक विभावता Lucianus, में बाउदिका हैने, Q94

#### 616 GREGORIUS MARTINUS

on દેવું લે auth મું shan μένη, દેવ λιμος, દેવ λοιμος, દેવ πυρκαια, Επε άλλο χαλεπον έδεν έπεισιν είς τ οίκιαν αύτοις. cujusmodi exempla passim obvia sunt. Ex hac re hoc adeo venit in mentem mihi, concursum harum dictionum Græcis hominibus sic usitatum esse, ut distinctione opus non sit. cum natura quoque conjuncta fint ista & cognata, (pestis enim & fames se mutuo consequuntur) recte oratione quoque copulantur. madvertitur in M. Tullio, nusquam illum, urbem incendio, dicere: quin sequatur, Italiam bello fuisse liberatam. Est quædam apud nonnullos auctores loquendi consuetudo, & usitatus quidam verborum nexus, in quibus non semper ratio quæritur. At ista jam distingui poliulas, ne tam parvo intervallo sejuncta zanequelas pariant. Primum dico. id necesse non elle; funt enim plura exempla ejusdem prorfus rationis: quod autem exemplo fit, recte fieri existimandum. Sed de his postea. Nunc. quandoquidem ita vis, distinguo in & 4, hoc pacto: ut o in diphthongo non sit apertum & canorum, ut in + λόμον, fed ab , absorbeatur fonus ejus aliquantulum, ut in s diphthongo fieri solet, This dicendo non Toutou, sic Tois non ruis, prorsus ut in nostra lingua vernacula, moile, toile, roile, o suppresso non fonero. atque hæc concedendi causa, non affirmandi quicquam gratia, dico. Certe Eustathius, cujus ego auctoritate multis in locis libenter uti solea, illud Homeri,

#### DE GR. LITER. PRONUNT. 617

#### ---- ÷ ήτοι χρυσέη τους έφθικος.

Ydoδοπαρήχησιο vocat, quia similiter prorfus efferuntur. Quod quemadmodum fiat, nisi utrumque ut i pronuncietur, non video.

#### Distinctio sonorum in Graca lingua non est necessaria.

Eustathius in Homerum multa notat, quæ cum dissimili scriptione similiter omnino proferuntur: ergo non videtur oratio infuavis, fi interdum ea conjungantur quæ sono non differant. locum ex Eustathio mox subjiciam. Quidam conjungit ista sic, אוֹלָנּסוּ אָ אלֹנָנּסוּ. si nut sproferatur, quomodo distinguis? Plutarchus dicit, EN TW THE MONARGE MEN DINEY 'APXILLE DINHER LOWING कीं मा कोड का लंडुकाड मीर्य नयरंग्ये उन्तालप्रकड संस्थादिव प्रिंग ทั้งค. Distingue ista, si potes. Atque hic obiter quæro, quando nihil magis quam distinctionem spectatis, quoties accentus cadit fuper e, quemadmodum ab n dignoscatur, ut in iphege, muediro, & similibus? Postremo illud mihi responde, quo paeto sic enuncies mi-1917 @ & πώη @, ut tyrunculus Græcæ linguæ posterius magis y quam prius esse putet? Ridiculum est profecto ibi distinctiones verborum quærere, ubi linguæ natura non patitur. Quod qui faciunt, non mihi videntur veram alicuius linguæ pronunciationem defendere, sed reprehendere potius quam defendunt, quia ipsorum fci-Qq 5

#### 660 CREGORIUS MARTINUS

scilicet auribus quedam non arrident. Quis enim nescit multa apud Græcos confundi. non ex necessitate sed ex usu lingue, neque sono tantum, fed etiam scriptura, ut exem imperfecti cemporis & tague Aoristi &. Inches & enemor. idem fit in dativis pluralibus participiorum & tertiis personis pluralibus verborum รบ์สิยค verberant & verberantibus. Quodque ad hanc rem imprimis facit, id quod vulgaris lingua Græcorum dicit in participio walkreene & mulárum. Attice, hoc est eleganter, dicitur hoc modo, wolleron & roberron. Atqui illa à cateris dictionibus omnibus diftinguuntur, hec cam genitivis participiorum coincidunt. ut omittam infinitum illum numerum & quall pelagus verborum, quæ folo accentu differunt. quem constat sero (heri inquam & nudiustersits) ab aree fuille excogitatum, & fub triplici figura additum. quo si carerent dictiones Græce & sere Latine omnes, tu, ut opiner, hac de causa omnes jam Græcas literas odisses. Neque vero placet mihi quod quidam nimiam euram popunt in distinguendis vocabulis & & io. unde factum ajunt, spiritum densum poni pro tento, distinctionis causa. At isti dum confusionem vitant in prima persona, in tertia induunt le necessario in id ipsum quod timebant: nam 🛃 confunditur com dativo contracto nominis substantivities non ergo ratione aliqua, fed natura accidit horum vocabulorum diltincio in prima perfona, que endem natura confun-

#### DE GR. LITER. PRONUNT. 613

fundantur in secunda & tertia singulari cum Kes substantivo plurali & El dativo singulari. In idem vicium curiolitatis incidunt, qui excorpus, hocad animum referatur: quod aperte convincitur falsum esse ex Demosthene. Quid attinet fingulis commemorandis immorari. In contractis. Dii immortales! quot vocabula, qui casus confunduntur? reinen tam duas triremes fignificat in duali, quam mam in accufaçivo fingulari: Anto & aido tam accufativi casus sunt post contractionem, quam nominativi priusquam contrahantur, quodque portenti simile videri debet iis, qui novarum distinctionum novas rationes confingunt, Græci non dubitant universalibus fidem imminuere, & contractiones nunquam prius auditas introducere, ad confundenda vocabula? non tam ut confundant, quam ut linguæ suæ proprietatem sequantur, &, ut ipsi putant, majores quasdam delicias inter pronunciandum. Quare, cum sectores & exclores manifestum discrimen habeant, ipsis magis placet wies pro utroque casu ponere, pro notiflores & notiflores unum xeriffre dicere, & sexcenta istiusmodi: atque hoc vocant Atticum. Ut uno verbo dicam. omnes nominativi & accusativi plurales Contractorum, si contrahantur, nullum discrimen habent. Est ergo, mea quidem sententia. imata quadam huic linguæ, non folum vocabulorum, sed etiam elementorum confusio; quam

### 620 GR. MART. DE GR. LIT. PRON.

quam usu facilius, quam præceptis, circumftantiis potius intuendis, quam cogendis vocalium & diphthongorum sonis, possis dignofcere.



Locus

Locus Eustathii in Homeri carmen 1°. Niados.

[Tor red Garidduau parages Oct.], id it is in quo apertis verbis antiqua pronunciatio confirmatur.

Τέτο μιβί πανυ καινότεοπν. διό καὶ σπάνιοι αὶ τοιαύ-प्रथा मकामकार मक्तुम् भूजनाड केंद्र केंद्र मिनीक्क्यो होंद्रण के वां मकत्म-Xnoris Alexpoed's Exsent, & poror of the onpaciar, and new of the wespoper, slov to, Einell melforτο. τὸ 🕏 πάντη τωυτοφώνες είναι τὰς παρηχήσεις σπάvion หลา นะเนองสามเมื่อง ซอริส รณี ITcinty. olice หลา ของ - xono de mu ayero net. "Hen d' con Exade கிக் கிரிக்கை அவு படியாக , கோர் காடுக்கு வீடியாம். அவி நீ È रहे मांनिकार, ploG abers & हिंदी सहक कार्यमामें The suchness, is to meldeday, anage uparov, in Ma-Φόρω γραφή τ αὐτὸν ἦχον ἔχεσι. καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς τίω of "Hons nandanted Ala Touch, it of Icas Ala T שנים ני, בין אור מא אות משר דו אורים אל דסומנידונט המפיון אורים, παντελώς με ήχεσαν ταύτον, ανομοιότητα ή έχυσα nará te thu Evroian nei to thu yearplui. Onol jágo "Les Jea, ris jap or weginne; "Hom me weginne. The 🕏 होंठेड़द हेन्रे मुख्ये पठे , उन्नेस वेकि भिन्न प्रहरावेड देशकार्यावर घाड , क्षेत्रके athor resonor nauvis. Hai po no corruide nevos ne nauvis क्ये वर्णके भी में में प्रेश बांगा को थि में महाँ मार प्रिले · UNE yearte), To of Soltregor + Apr dipostyye year-Φίω απίωέγκαιο. και τέτο μβι τοιέτον παρηχήσεως είδω ταυτοφωνίαν έχον παντελή, Δίριφοροίν ή φέρον z μολνίω γεσιφιώ.

ldem

#### Idem locus Latine redditus ad verbum.

Hoc sane valde novum est: quocirea istiusmodi agnominationes ubique raræ sunt. Plerumque enim much sees differentiam habent wen folum fignificatione, sed etiam prolations: ut exempli causs; oundem sonum babere, varum oft, & metris accommodatum apud Poetam, vel moderato ufum : quale eff boc, \_\_ xon de pur dyen for Hom of &c. ejusmodi quoque est illud, quod paulo ante distum off, 'AM' moscote new Jules, the melsens distinous Nam & mg.D., medius aeriftus secundus imperativi medi pluralis numeri, & neled, infinir tum , in dishwili scriptura sundem sonum babene: Et in ils quæ deinceps sequuntur restum sed nominativum & Hong per geninum 4, & vocativum & 1-Mo per geminum i, juxta fe invicem ponit secundum ejulmedi agnominationem, que amnino fonet idem, dissimilitudinem vero bakeat & sensu & feriptione. dicit onim les Jea, ne pae or megines; Hen in medine. Hujus generis est & illud con водину навос спанти из , ода дало терпо насово. Bam & bic nevos & nauvos sona cadem sunt. Verune primum quidem seribitur per s, alterum vero per diphthongum scriptionem tulit. Atque boc genus egnominationis tale est: quad eundem prorsus sonum babeat, differentiam vero adferat ex solo scribendi modo.

## FINIS

# ERASMI SCHMIDT

Græc. L. & Mathemat. Profess.
Witebergens.

DISCURSUS
DE PRONUNTIATIONE
GRÆCA ANTIQUA,
CONTRA NEOPTION.

#### AD

# LECTORE M:

💥 🛠 nni bodie ultra centum verterunt , ex A N quo vir Clarissimus Erasmus Smidius Cyrilli vel ut alii volunt Johannis Philoponi opusculum utilissimum de diffe+ rentiis vocum Græcarum quoad tonum, spiritum, genus &c. plus quintuplo auctum, in gratiam 🔁 Pinemlwar edidit. Huic adjunxit Discursum De pronunciatione græca antiqua, contra Nesovier. Qui quum, ad me nuper præter exspectationem forte fortuna pervenisset, sane diu multumque antea, frustra tamen semper, quæsitus, studiosis ejus lectionem non ingratam futuram mecum ipse reputavi, quapropter denuo typis describendum tradidi. Ad quod me etiam excitavit Viri eruditis:mi existimatio atque auctoritas, que minutos multos disputatores, etiam sine ratione, vinceret. Tanta enim fuit in eo viro Lingua Graca scientia & cognitio, quanta in paucis nostrorum Occidentalium inventa est. Alieno autem operi præfationem etiam alienam, multis de causis, malui, quam meam præmittere. Maxime vero quoniam aliam mibi non esset facile invenire, que aptior sit ad sensim lectorem ad Smidii hunc Discursum dedu-

#### AD LECTOREM.

Michaële Langio, summeque contendo, ne ægre ferat, si hujus præfationis vicem, huc transferri curem Addenda ejus, ad §. 13. Exercitationis Philologieæ De Differentia Linguæ Græcerum Veteris & Novæ sive Barbaro-Græcæ. Hæc enim Addenda commodissimam ad Smidii Discursum introductionem complecti, putem omnibus, qui negerint, liquidissime patere.

## 

#### VIRI CLARISSIMI

# JOH. MICH. LANGII

# ADDENDA, &c.

Pronunciationem Græcam distinximus in Reuchlinianam, sive veterem; & Erasmicam, sive novam, qua hodie plures in mostratium scholis utuntur. Illa a JOH.
REUCHLINO Phorcensi, qui anno 1521.
diem sium obiit, nomen accepit, eo quod bic vir doctissimus primus esset, qui inter Germanos ita excelleret Linguæ Græcæ notitia, ut eo audito natus Græcus Argyropylus, exclamaret, Graciam Alpes transvolasse: a quo Reuch-

#### AD LECTOREM

Reuchlino viri Grace in his terris docti pronunciationem veterem cum hodiernorum Græcorum pronunciatione conspirantem olim ac-Accidit autem lepido quodam cafu. ut ERASMUS ROTERODAMUS illam, quam passim nostræscholæ hodienum sequentur, novam & natis Græcis inusitatam pronunciationem effingeret, a suo auctore Erasmicam appellatam. Inceperant enim contra mores veterum literam & pronunciare, ut B Latinorum efferri solet; literam , jusserunt valere E longum: diphthongos au, e, o, misere & ingrato fono distorserunt in duas pene vocales, & quæ id genus plura nova fuerant commenta. Fabulam totam placet exponere verbis CL. JOH. RODOLPH. WETSTE-NII, quæ in ipsius Orationibus Apologeticis pro Graca & Genuina Lingua Graca Pronunciatione pag. 119. exstat. Videamus nunc [ait] quid de nova illa pandora sit judicandum, utrum omnes a Diis prærogativas & elegantias acceperit? an vero fucato colore suis amatoribus aliquantulum imponat? Antiquitatis speciem penula præ se fert prisca, qua a Viris minime spernendis circumdatur; intus vero & in cute si eam contemplemur, nova est & fraude memorabili in orbem introducta. Primus enim ejus auctor atque parens Magnus fuit Erasmus, Phænix literatorum, is in Dialogo de Pronunciatione edito, quantum quodlibet elementum a priscorum temporum usu defecerit, & qua ratione ad priscam puritatem redire queamus .

#### AD LECTOREM.

mus, præscribere primus est ausus: sed nanquam eo. devenisset Vir Prudentissimus, nisi amicorum insidiis circumventus aliquid bumani passus suisset, rem , uti gesta est , a Cl. Vossio † accipite, is eam ex relatione Henrici Coracopetræi bis refert verbis: Audivi M. Rutgerum Reschium professorem Linguæ Græcæ in collegio Buslidiano apud Lovanienses, meum piæ memoriæ præceptorem, narrantem, se habitasse in Liliensi pædagogeo una cum Erasmo, eo superius, se inferius cubiculum obtinente. Henricum autem Glareanum Parifiis Lovanium venisse, atque ab Erasmo in collegium vocatum fuisse ad prandium: quo cum venisset, quid novi adferret interrogatum, dixisse (quod in itinere commentus erat, quod sciret Erasmum plus fatis rerum novarum studiosum, ac mire credulum) quosdam in Græcia natos Lutetiam venisse, viros ad miraculum doctos; qui longe aliam Græci sermonis pronunciationem ufur-


† Voss. Aristarch. Lib. I. Cap. XXVIII. apud quem, post prenunciationis formulam, hac parenthesis legitur, (cujus exemplar adhuc apud me est.) Schedæ autem qua superiora narrantur, ne quis ei sidem detraheret, hoc modo, teste Vossio, subscribitur: Henricus Coracopetraus Cuccensis. Neomagi. cio lo laxix. pridie Simonis & Judæ. Hanc schedam, scriptam olim manu H. Coracopetrai, viri egregie docti, habere se prositetur, isto loco, Vossius.

#### AD LECTOREM

furparent, quam quæ vulgo in hisce partibus recepta esset: Eos nempe sonare pro B Vita, Beta : pro H ita, Eta : pro at &, AI : pro OI, I, oi. & sic in cæteris. Quo audito Erasmum paulo post conscripsisse dialogum de recta Latini Græcique fermonis pronunciatione, ut videretur hujus rei ipse inventor, & obtulisse Petro Alostensi Typographo imprimendum: Qui cum forte aliis occupatus renueret: aut certe se tam cito excudere, quam ipse volebat, non posse diceret, missife libellum Basileam ad Frobenium, a quo mox impressus in lucem Verum Erasmum cognita fraude, nunquam ea pronunciandi ratione postea usum, nec amicis, quibuscum familiariter vivebat, ut eam observarent, præcepisse. In ejus rei fidem exhibuit M. Rutgerus ipsius Erasmi manuscriptam, in gratiam Damiani a Goes Hispani, pronunciationis formulam, in nullo diversam ab ea qua passim docti & indocti in hac lingua utuntur. En nec ipse Erasmus suo dialogo fidem habuit, quis ergo illam a nobis requireret? Eundem Græcum sonandi modum constanter retinuisse cernere est e colloquiis samiliaribus, illo præsertim, quod Echo nomen præsert, ubi voci eruditionis respondet Echo drois: Episcopi, udm: ariolari, λώροι: astrologi, λόγοι: Grammatici, tixi : famelici, dungi. Qua omnia cum Græca pronunciatione ad amussim conveniunt, &, si scivisset erronea, sine dubio in editionibus poste-Rr 3

# AD LECTOREM.

pioribus, ut corrigorentur, operam dediffet: set pibil minus, non solum ipse priori rationi firmiter adhesit, verum ut ab aliis sue fidei creditis addisceretur, omni cura providit.



**ERASMI** 



# ERASMI SCHMIDT

DISCURSUS

DE

# PRONUNCIATIONE

# GRÆCA,

CONTRA NEOTTON.

Græca multiplices quæstiones admiscentur, & usuveniant, ut de eo dissertur i ideo distincte de eo agemus, ut abantur : ideo distincte de eo agemus, ut abantur plurium interrogationum evitemus. Totum proinde negocium in certas quæstiones redigemus.

I.

#### Quidnam controvertatur?

Id in hac causa controvertitur, Quænam sit vera Es genuina, Græcis olim ipsis storentibus usitata Rr 4

Pro-

#### 632 ERASMI SCHMIDT

Pronunciatio? An ea, quam hodieque Græciadhuc ipsi habent, & quam aliquanto ante & post captam a Turcis Constantinopolin (quod excidium incidit in 29. Maii Anni 1453.) Chrysoloras, Gaza, Trapezontius, Moschopulus, Chalcondylas, Lascares, Argyropylus, & alii in Italiam transtulerunt, & Johannes Capnio ab iisdem & eorundem fillis ac discipulis acceptam, circa annum 1474. in Germaniam quoque derivavit? An vero ea fuetit, quam hodie aliqui venditant?

#### II.

# De quibusham literis vel Diphthongis sit controversia?

Ex Literis tantum de hisce quatuor præcipua quæstio est, videlicet de  $\beta$  ,  $\delta$  &  $\nu$ . De Diphthongis vero universis.

Nam 70  $\beta$ , ulitate valet nunc v Consonantem, nunc b. Aliquibus vero tantum b.

Husitate ut I. pronunciatur. Aliquibus sono quodam inter & & medio, quo Germani dicunt Geben/ vel Latini Perdent, Terrentes, Pendentes, Lentes. Ne tamen cum e confundatur; pronunciant illi zò e paulo acutius, ut Germani Rede/ Ewig: vel Latini, Bene, Legere.

Q sono ustate ab w non discernitur, fed

productione tantum, sicut Germani dicunt, Grob Stot. In voce Grob / est O: in Brot, est w. Aliqui ut discernant, efferunt of instar diphthongi, sicut Germani dicunt Trosten. Sic 2000, dicunt illi logós.

o pronunciant I. vel potius ut y. Alioqui ut ii Gallicum, vel Kybbutz Hebræorum. Quod facile largimur, quandoquidem

cum y convenit.

#### Dipthongos quod attinet; valet

ge A	Communiter	æ:	Aliquibus	~ai.
av		av:	·	au.
	15	<i>i</i> :		~ei.
Eu		ev:	•	~eu•
06		ž I		öi.
ou		ø:		öu.
*	•	a:		~ai.
		i:		~ei.
, Ņ	•	o:		or.
'n	en e	iv:		ë <b>u</b> •
, NO		y vel yj potius:		üj.
en ni	) 	0v:	<i>JJ</i> <b>L</b>	öu.

Rr 5

### ERASMI SCHMIDT

num unum & eundem literis diversis exprimi, absurdum videatur.

#### III.

An olim discrimen Pronunciationis barum Literarum & Diphthongorum fueris?

Neque sane negandum est, suisse olim in florente Græcia, harum fere omnium discrimen quoddam, ita ut ex ipfa pronunciationis qualitate, Litera & Diphthongus quæcunque percipi, & ab aliis discerni quodammodo potuerint: tametsi in , , , & , jota, non pronunciatum, fed quiescens, & in ejus rei notam subscriptum fuerit, etiam minutius ad latus affixum. Sane de v non negamus, esse illud û Gallicum: nec negamus paulo aliter sonuisse, quam i simplex: Subtile tamen illud discrimen fuisse; & exteris, imo & ipsis Græcis non fatis attendentibus vix perceptibile; & peregrinis etiam non facile imitabile, ex diversis indiciis colligi potest, cum in genere, tum in specie.

Atque in genere quidem, Strabo lib. XIV. quæltionem movens, quare Homerus, qui tot barbaras nationes novit, folos Caras vocet Buelagowirs, Iliad. B. v. 867. barbarilingues, quel barbare pronunciantes: non Bageague: pro responsione ad hanc quæstionem, diversas sententias

centias allegat. Primem Thusydidts, qui lib. I. centet, Buchagus ab Homero ideo non nominari, quia nec inluae ullibi nominari. Huic opponit Strabo, quod etti inluae, quoad vocem Homerus non nominat: in alla tamen appellat, v. g. inter alia Odyss. a. v. 344. 200 in

Secundam Apollodori Grammatici, qui cenfuit, convicii causa Carienses sic dictos suisse, ob assiduas inimicitias atque bella. Sed nihil hoc valuisset (subjicit Strabo) quo minus superiores appellasset, quod convicii vix minus

habet, quam BapCapoQuives.

Tertiam ejusaem Apollodori, qui casum hunc βαρδάρω, in Versum Heroicum ingredi non posse ait. At Rectum tamen casum βάρδαρω versum, ingredi potuisse Strabo regerit: sicut δάρδανοι, totidem & ejusdem quantitatis Syllabarum: v.g. Iliad. a. v. 425. δάρδανοι άγχημαχητώ. Eadem ergo ratione dicere Homerus potuisse: βάρδαρω άγχημαχητώ: vel, βάρδαρω άνερως.

Quartum Philippi rerum Caricarum scriptoris, qui notavit, Carum linguam omnium esse regxumislus seu asperrimam, uti Collega optimus Siberus Orator, legendum esse mihi suismus est; licet perperam aliqui legant Begixumislus: Xylander Begixumislus. Quod nec ipsum constare Strabo regerit, quandoquidem plurima

#### 616 ERASMI SCHMIDT

ma Græca vocabula, illorum lingua admixta habeat, & ideo minus a fuavitate Græcifmi; quam aliarum Gentium linguæ, recedat.

Quintam denique Juam ipfius, Quia, inquit, dum Græcum sermonem affectabant (utpote plus quam aliæ Gentes cum Græcis commercii habentes; & per totam Græcism, militando stipendia merentes, dissipati) perfectam ejus pronunciationem non attigere. Et existimarunt Græci, alienigenarum ora, qui non essent Græci, esse talia, ut non possent istam subtilitatem pronunciationis Græcæ imitari. Ideo igitur (censet Strabo) Capcapaquirus, eos Homerus vocavit, non quod barbari lingua essent; sed quod Græcam linguam barbare pronunciarent.

Quod si ergo illi, qui in storentissimo statu Græciæ vixerunt, & linguæ Græcæ vivam pronunciationem quotidie audierunt; frustra tamen persecte imitari conati sunt: Quantam censemus subtilitatem suisse? Et quid nobis pronunciationis? qui vivam genuinæ illius pronunciationis vocem nunqdam audivimus: sed ipsi ejusmodi pronunciandi crassitiem, quam nemo Cariensium imitari non poterat, nobis

effingimus.

#### In specie vero ut quædam proferamus:

I. Theo Sophista in loco de Ambiguo, ambiguitatem esse dicit in his, αθλητείς πεσέσα: quæ pronunciata intellexerint aliqui, αθλητείς ποῦς

Tool. Inde certe apparet, cognatam fuisses in some perusa & pais us a manifestum discrimen habent, nullamque ambiguitatem sive audienti sive legenti faciunt. Sic Precocia, Galenus scribit πενόκκων, æ per sexprimens. Quod tamen non placet. Interim promunciationis vicinitas inde collightur. Rectius Dioscorides πεσικόκων. Sic Eustathius Archiepiscopus Thessanicensis, qui CCCCis annis nostram ætatem præcessit, ad Odyss. λ. ita scribit: παρηχείται π, παιδί κ εμπιδα: sicut & illud, ετέρωθεν επαίρε.

Sic de Ario funt qui dicant, quod voceme aucion tanquam novam aversatus, prætenderit illud 1. Tim. VI. v. 20. εμιςεπίμε το πίς δειδίλες κενοφωνίας. & 2. Tim. II. v. 16. τκς ή δεδίλες κενοφωνίας εξείσεσε: & quum textus Apostolicus habeat κενοφωνίας, vocum inanitates, ipse intelligi voluerit καινοφωνίας, vocum novitates. Qua fallacia uti non potuisset, si illud Kenophonias, hoc Kainophonias suisset pronunciatum: quum inter Ke & Kai palpabile sit discrimen.

Idem etiam patet ex multis vocabulis Græcis Novi Testamenti, quæ interpres Syrus, qui cenfetur Marcus Euangelista, retinuit, ubi αι nunc per zere, nunc per Sægol redditur, non minus quam ε, ut κεφάλαιον, κάξες Hic ε per σι per est expressum. καισπερία, κάξες Hic iterum αι per redditur.

Matth,

Matth XXVII. v. 27. ek regerdese, PROJET.

bi se per " exprimitur.

1001010 nermossi, hic e per " datur.

περάλωιον, Hic e.per " exprimitur.

Atque idem colligitur inde, quod aveois, equique.
Prudentius tanquam per e scripta corripuerit.
Heresis, Sphera. Quod etsi non probatur:

foni tamen similicudo inde liquet.

II. Cicero lib. II. de Divin. scribit, quum Marcus Crassus exercitum Brundusii imponeret, quendam in portu Caricas seu sicus Carienases, Cauno, quod oppidum est Cariæ maritimum e regione Rhodi, advectas vendentemases vel Kaursias, clamitasse. Inde omen Cicero peti potusse vel petitum etiam suisse subject, Caveret Crassus ne iret: quasi dixisse sille raptim: Cave ne eas. Unde apparet, Diphthongum Græcam au, Latinorum av, sicut in Cave effertur, proxime respondere. Neque enim Cau-eo dicunt, sed Ca-veo: nec prima, ut diphthongus Cau, producitur: sed ut Ca, corripitur.

Sed objicias: Cares funt Explaybours, ut modo oltenfum: Ergo ex ipforum pronunciatio-

ne non erit fudicandum.

Respondeo. Non sequitur: Ille advexit Caricas ex Cauno: Ergo est Car. Potuit enim ex alio loco Graciae oriundus, Caricas Cauneas in Italiam deportasse. Sicut nostri auri-

gæ

gæ pisces Handicos Magdeburgi vel ad summum Hamburgi coemptos ad nos advehunt, & tamen nec Islandi sunt, nec Islandiam viderunt unquam. Præterez hic non improbatur pronunciatio, sed potius probatur. Neque enim dicit Cicero, ipsum male pronunciasse, sed ex communi & recepta omnibusque nota pronunciatione hoc omen petit. Alias si hæc pronunciatio usitata non suisset; Cicero hæc ita soribere non potuisset, aut alii saltem tale quid ex hac scriptione non collegissent.

Sic Interpres Syrus wo in au & su, per I confonantem reddidit, ut ita nostro v Consonanti

confonare videatur.

בּוֹלְוֹח פּג וֹמוֹאַכּ. בּג וּמוֹאַכּ. Actor. XI. v. 28. בְּלְוֹדְיוָּטְ פּג וּגמּיאַלּה. Actor. XI. v. 28. בּלְוֹדִייָּטְ פּג וּגמישׁנּם. 2. Tim. IV. v. 21. בּגוֹטִיבָוֹטְ פּג בּנּטיעַכָּי. Act. XX. v. 9. בְּּלְוֹדִייִּאַ פֹּג בּנִיסֹיִבּוֹטְ פֹּג בּנִיסֹיִבּוֹטְ פֹּג בּנִיסְלִים. Philip. IV. v. 2.

III. Idem Cicero lib. IX. opist. 16. ad Famil. Latinum Numerale Bim, cum Græco Imperativo Cind vel Cid, voce consonare, significione autem plutimum differre scribit. Unde apparet inter no & u, non suisse ita crassum, discrimen.

Gollius, lib. XIII. cap. XXIV. ex XXIV: Commensatiorum P. Nigidii annotat, inter Genitivum

#### 648 ERASMI SCHMIDT

nitivum singularem Masculinum Secundæ develinationis, & Nominativum ejusdem pluralem, qui duo casus alias voce conveniunt, discrimen hoc graphicum olim fuisse, ut in Nominativo plurali, e ante i finale scriberetur: ut magni amici: si magnei amicei. Quod admitti non potuisset: vel moneri etiam opus non fuisset, si tam evidens discrimen inter i & ei exstitisset.

Macrobius lib. I. Saturn. cap. 15. Idus quæ Græcis idol scribuntur, ut patet ex Plutarcho in Publicola & Camillo, ab Hetrusco verbo iduare nomen habere dicit, (non Eiduare) quod est dividere, quod Idus circa medium Mensis ceciderint olim in Annis Lunaribus. Indeque Viduam (non Veiduam) dictam censet, quasi a viro iduam, h. e. separatam vel divisam.

Scaliger lib. I. de caus. L. L. cap. 27. notat, in vetustissimis Codicibus, scriptum esse unica litera, I. Orphi & Ulyss, quæ Græcis sunt 'Oe-

φεϊ, 'Oδυασεί.

Et alias in plurimis, Latini a Græcorum, per I reddiderunt, ut Νείλο, Nilus: ἐκκὸν, icon: ἐιδωλον, idolum. Et Prifcianus lib. I. aspirationem δαστίαν, Latinis literis scribit Dasiam. Pontus ἐυξωνο, citra controversiam Euxinus dicitur.

Adde quod Interpres Syrus, a Græcorum in Novo Testamento, in verbis Græcis retentis, sæpe per i vel Chireck alterutrum exprimat. Sic Sic Matth. V. 22. فيش , אין א. temere: Quod propter cognationem literarum, Philipp. II. v. 16. feribitur אין. Sic Actor. X. v. 1. Kai-

IV Josephus Scaliger in animadversionibus fuis in Chronologica Eusebii p. 72. b. annotat. Targum Bibliorum Argentum aonus Uns neprager Ofiber / absque omni mutatione literarum nominare : אַסִיטוּן, Scriptum autem est Targum, 42. annis ante Christum, a Jona<sup>1</sup> than condifcipulo Simeonis Justi, qui postea Christum in ulnas suscepit, teste Petro Gala-Tametsi non desint, qui a tino lib. I. cav. 3. filio fororis Titi Imperatoris scriptum censeant, ut ibidem legimus. Quicquid sit, constat, Targum antiquissimum Judæorum scriptum esse; & hinc colligitur, etiam antiquisimis temporibus, n & Chireck magnum, vicinæ pronuntionis fuisse: nec adeo dissonuisse, ut hodie a nonnullis affirmatur. Alias haud dubie scriptum fuiffet אַםמון vel אָםמון.

Idem ex multis Græcis vocabulis liquet, ubi semper Syrus Interpres n per Chireck expres-

fit, nnnquam per " vel ",

ut: אָבָאָ ex אַסְבּ, Matth. XVI. v. 18. : אָבָר קליטָא ex פּאַבְּאַאַדּים, Joh. XIV. v. 16. : אָרָיִרִיקְיק, ex אַנְבּאָאָאי, Matth. XXVI. 28. Luc.

I. 72.

· קורנילינם:

י כורניליום:, ex kopynand. Actor. X. V. I.

: פונטיקוסטי, ex איי אויסיקוסטי, Act, II. v. 1.

: NOON!, ex Zimua. Act. XVIII. v. 15.

בול אין, ex דּשְּׁ אַנּעראָייִי, Actor. XXVII.

: NOTO, ex Kenm. Act. II. v. 11.

; סְלִימִים, ex κλήμης, Clemens, Phil. I.V. v. 3.

: דיםטריו, ex באושויז Act. XIX. v. 24.

Semper igitur , in Chireck, ipsi transit: & proinde ejusdem valoris quam proxime suit. Quia vero & 10. Græcorum, per idem expressum est, ut ex multispatet, v. g. \$777 ex Kirinla, Act. VI. v. 9. manifestum est, \$ , & \$ . sonum non suisse ita magno intervallo ab invicem remotum ut sit i. , vero ut E in voce Terrentes, secundum sictionem Nesopora.

Sed & hoc indicium est non parvi momenti, quod Syri, ut e expressuri, Græcorum e assumunt, in prona dejectum, hoc modo a: ita & I. signaturi, a Græcorum rechnatum u-

furpant, hoc modo, #.

Ut ergo Græcorum e iplis est e: sic n issdem est i, tantum in situ differentia est introducta, ob commoditatem scripturae & reliquarum literatum.

Census Romanorum, Græcis exprimiur kluses. Et tamen adeo communis suit pronunciatio hujus vocis per i, ne notet Hesychius, in

inhac significatione & τέλμε, 2011/ 2016/ scribi Kiro. vel ut ipse habet, mrobe Sic enim habent ipsius werba: Klurbe, βοτάνη τις: τὸ ϳ

TENG., KINOG, 2/9 31.

Plato in Cratylo, vetustiores Atticos, i nunc in a, nunc in a transtulisse dicit, ut qua Priscis suit iples, ea posterioribus suit iples, non-nullis & iples. Quo loco etsi non de potestate litera, sed de transmutatione loquitur: tamen tacite innuit, cognatam quodammodo o pronunciationem cum a & s suisse, & intermediam quasi, sicet tempus o semper set longum.

Quin & n Græcorum, non raro per i Latinorum exprimitur, vel contra. Sic qui Romamis est Scipio, hunc Græci appellant Inniavas: & tamen Latini nunquam dicunt Scepio. Sic Inflas piscem, Plinus lib. IX. cap. 16. ap-

pollat Psittam, non Psettam.

Sæpe & una eademque dictio nunc per nunc per i feribitur. Sie quod alias ψημορίς est, η vocali producta: hoc Homero passimi est ψημορίς, ε Vocali correpta. Atque hae ratione fortassis Prudentius in energinia penultimam corripuit, quasi esset, quum sit η, ενίστημω. Sie Ocinarus Italiæ sluvius, jam καίναρο seriptus invenitur.

Hanc iplam ob soni similitudinem etiam errata interdum irrepserunt, ut Proverb. VIII. v. 22. pro niel kume pes Dominus pessedit Ss 2 me:

me : irrepsit, wies G. Ennor pe, Dominus creq-vit me.

V. Eustathius ad Odyst λ. sta scribit: פּ אַנּיִּבְּעָּבְּ, φωνῆς καριωνεί τῷ Νηλεί γρηφῆς τὰ. Qui locus manifestistime contradicit iis, qui inter η & ει tam crassum discrimen constituunt. «Ubi vero discrimen aliquod fuit, Eustathius non dissimulavit. Sic inter η & υ, quæ facile & ultra largimur discrepasse, παρήχησην, quidem aliquam este dicit, sed ἀσιωήθη, ut in illo, Odyst. η. Θτὰ μύλης, μήλοπα καρτίν. Et tamen Græcorum υ, a Syro raro per Kybbutz redditur, sæpius autem per Vau Schureck: ut, τῷ κυδεργήτη, Actor. XXVII. υ. 11. Nonnunquam & per Chireck, ut, : Τος καρμύς, Matth. XXVII. υ. 28. utita neque hic ita crassum discrimen sit singendum.

VI. Apud Thucydidem lib. II. legimus, Græcis oraculum aliquando datum fuisse de bello Peloponnesiaco: ηξή δωριακός πόλεμως κοὶ λοιμός αμα αἰπος disputationem autem inter ipsos exstitisse, λοιμός ne an λιμός fuerit dictus? Unde admodum affinem ει & αι pronunciationem suisse colligimus. Nec est, ut cum aliquibus Apollinem studiose hanc vocem submurmurasse singamus, ne λιμός discernere sciscitantes possent. Qui enim hoc affirmant, imo singunt, Primo omni autoritate & historia carent. Quis ergo Hi-

Historicus genius hoc illis revelavit? Secundo, etiam probabili ratione carent. Quis enim fuisset finis deceptionis? quum utrumque æque malum fit, five roupis five riphs eveniat: imo alterum ex altero ut plurimum sequatur. Quumque malum principale, aperte sine on ni ambiguitate, prædixerit δωριακέν πόλεμον; & Verbo quidem fatis fignificante, หัย , licet non fine Tropo: Cur maium minus principale & comitans, λοιμον five λιμον ambigue dixisset? quum a t ellis ingentibus neutrum sit asienum: utrumque etiam æque malum & noxium hominibus existat: & proinde nulla spe boni Interrogantes decipi potuerint; quod alias in deceptione fit, ut boni spes prætendatur, trillior vero e-Tertio ad nullum genus ventus subsequatur. deceptionum oraculorum, exemplum hoc referre possunt, quorum quinque sunt. 1. In bueνυμία vocis, [non in παρονομασία]: ut quando Phalantho Spartano coloniam deducenti oraculum prædixit, Tum ipfum inventurum locum & urbem, ubi fenserit pluviam & aigea. Quod ille interpretatus, pluviam sub serenitate, seu cœlo sereno: postea de Æthra uxore sua intelligendum deprehendit, quum illa super caput in sinu suo dormientis, lacrymas profudisset, Paul. Phoc. Hic Phalanthus to var asea, intellexit, Appellative, quum intelligenoum esset Proprie. II. In applearia ut : Crasus Halympenetrans, magnam pervertet opum vim. Incer-Ss 3 tum

tum enim, suamne an alteria: ? Item: Ajo te Eacida Romanos vincere posse. Incertum, uter Accusativus huius orationis infinitæ, in oratione finita sit in Nominativum mutandus. An? Ajo quod tu Eacida, possis vincere Romanos. An vero? Ajo, quod Romani te o Æacida vincere possint. Quanquam & in Posse deceptio latet: Quum a Posse ad Esse non valeut ratiocinatio. III. In Signo, ut quum Heraclidas oraculum justit sequi ducem τελοφθαλμον: quem, Oxylum, mulo uno oculo privato vectum & fibi obviam factum, aliis addubitantibus, Cresphontes sagaciter notatum collegit. Paul. El. prior. IV. modo agendi, ut: Crvitas Attica salva erit in muris ligneis. Quod quidam de vallo ligneo Athenis circum ponendo sunt interpretati: Themistocles vero de navibus & pugna navali sagaciter & feliciter est interpretatus. In Eventu, ut: Cræsus Halym penetrans, magnam pervertet opum vim. In hoc autem exemplo, harum deceptionum nulla est. Neque enim semper ambiguitatibus studuit Apollo: quod plurima oracula clarissima testantur: nec submurmuratione illa cinsumto ea protulit. Culpa potius ipsis \* penuanoupsion auribus, ad discrimen subtile non satis attentis, est imputanda.

Cajus Sollius Apollinaris Sidonius, qui circa annum CCCCLX floruit, Græcorum, µoïem, Latine reddidit Miram, hoc est, partem
seu

son gradum Cali, Carmine XV. ita scribens: Lumen sicorbe supremo Terdenas tropico prope currere climate miras.

At inter of & v, inter quæ discrimen sensibilius esse de fuisse concedimus, non veram, sed sero amphymore esse, Eustathius ad Odyss. p. annotat, ita scribens, rd, xupusha avasjansti, e manegovers amphymore en no en mise. Environ nolong.

#### VII.

o & ω, pronunciatione non differre, sed tantum quantitate, vol inde patet, quod in ratione metrica alterum pro altero nonnunquam poni potest: v. g ἐυρύχος αρμά Ηοπεναμ ε Ρίπαναμ, pro ἐυρύχος : Contra ἐνωνος, ἐγχεσίμως, ἐγχεσίμως, ἐγχεσίμως, ἐγχεσίμως, ἐγχεσίμως Sic ἀναςραφάω invenimus, & ἀναςραφάω. Et Plato in Cratylo olim o pro ω usurpay tum fuisse testatur. Sic pro ἔρως olim dictum τω : unde passim apud Poëtas accusativus ἐνων. Sic ἐδζων, ἐντὸ διώξως nomen habere idam ipidem scribit. Quod etsi non probamus, somi tanten affinitatem inde colligimus.

#### VIII.

rum, & rie Ven Hebratorum respondere vel às 4

inde patet, quod & v Latinorum & Hebreorum per & exprimitur. ut Octavus, Servius, Livius, Ontassa, Σέρδιο, Λίδιο: Ravenna, Velum, Velabrum, Pάδεννα, βήλον, βηλαδρον. Sic Τ'Τ Δαδίδ. Quam ob cognationem, etiam ut V Latinorum π ε olim scriptum suit, u: ut περουντάτη, pro περοδυτάτη. Cujus rei exempla in manuscriptis codicibus, & impressis vetustioribus, plurima dantur. Interim tamen τὸ ε Dages suum interdum admittere, & jam Latinorum B, jam Germanorum n exprimere concedimus, ut βαρδαρο, barbares, vel Warvvaros, vel etiam barvvaros.

#### łX.

Denique nostræ ætatis Græci ad nos venientes, alia quam communi nostra pronunciatione non utuntur, nec aliam se etiam a majoribus accepisse, unanimter affimant.

Puto tot testimonia & exempla, ex Latina Hebræa, Syriaca, ipsaque lingua Græca petita, sufficere posse: ex quibus satis apparet, Non ita cuivis, perceptibile aut imitabile, discrimen in controversis literis & Diphthongis suisse. Repeto autem duas basce Theses, I. Concedendum esse, suisse aliquod discrimen pronunciationis literarum & diphthongo-sum controversarum. II. Discrimen illud subtile & exile suisse adeq, ut nec, nisi quis diligentissi.

tiffime attenderit, perceptibile fatis fuerit, nec, nisi quis Græcam linguam a puero vernaculam ex viva voce habuerit, imitabile.

# ĮV,

Utrum hodie discrimen Pronunciationis literarum & Diphthongerum dari possit?

Dari autem hodie quoque posse discrimentaliquod literarum & diphthongorum, non inficiamur, & res ipsa loquitur, dum aliquos evidens discrimen facere audimus. Nec etiam operam eorum, qui hac in parte aliquid præstiterunt, vituperamus: sed in Docendo præcipue, illud discrimen usum suum habere, haud inviti largimur: neque nos ab eo inter docendum plane abstinemus.

#### V,

An Pronunciatio illa, secundum discrimen jam distum introdusta, sit germana illa pronunciatio Graca, Veteribus usitata?

Hoc vero ipsum est, quod pernegamus, Novam istam nuper a quibusdam consictam pronunciationem, esse veram illam & germanam atque genuinam, florentis Græciæ ætate exercitam pronunciationem, Homero, Euripidi, Sophocli, Pindaro, Aristoteli, Platoni, De-Ss 5 mosthe-

mostheni, Isocrati, &c. olim usitatam. Idque ob sequentes rationes.

Ī.

Quia, ut antea ostensum, in antiqua & germana pronunciatione Græca, discrimen suit subtile, nec exteris nationibus facile imitabile. At Nova hæc, crassa sationibus facile imitabile. At Nova hæc, crassa sationibus perceptibilis, & cuivis etiam barbaro (nos enim ratione linguæ, Græcis omnes sumus barbari, & illi nobis) imitabilis. Vera ergo esse non potest.

#### II.

Quia Græcam linguam suavissimam, pronunciationem etiam habuisse suavissimam, dubium nullum est. At Nova illa pronunciatio, nareoporisio plena est, quod vel unica dictio probare potest, si nova illa ratione proferatur, surgesses, si sicheisis, vel contracte, surgesses, si ildeoque pro germana illa antiqua non agnoscenda.

#### III.

Quia in plerisque pro fundamento ponitur pronunciatio Latina & Hebræa. Jam autem atraque hodie a prisca & genuina ratione plutimum degeneravit, adeo ut vix existant in ipso ipso usu vestigia, quemadmodum loquitur Scaliger lib. 1. de caus. L. L. cap. 8. Male ergo pronunciatio depravata, pro regula pronunciationis corrigendæ assumitur. Dicat primum aliquis, quomodo Romani diphthongos e & ex protulerint. & mox dicemus ei, quomodo Græci es & a, quæ duæ illis duabus respondent, pronunciarint. Dicat aliquis, quomodo vel Romani v consonantem, vel Hebrei rò y extulerint: & dicemus ei, quomodo ev, ev, nv, item & sit pronunciandum. Eodem enim modo, si Tonum excipias, pronunciatum suit, ourusse, & Ostavia item 777.

#### IV.

Quia non ex viva voce est accepta, sed ex analogia cum Latina & Hebræa, eaque non genuina sed depravata, ut dictum est, essicta. Quod si ex viva voce, ejusque quotidiana auscultatione, pronunciationem antiquam & genuinam exteræ gentes olim non facile addiscere potuerunt: quid nos barbari, vivæ vocis exemplis destituti, genuinam pronunciationem e digitis quasi exsuxisse gloriabimur?

V.

Quia denique diversum nobis suit ostensum per

per diversa testimonia & exempla, ad quæstionem tertiam.

Ex his igitur manifestum est, vesquem illam pronunciationem, veram, antiquam & genuinam non esse; & Demonstrationes illas, quas aliqui de hac sibi afferre videntur, non tam probare, esse banc veram pronunciationem, quam Fuisse in literis & Diphthongis controversis aliquod discrimen, quod dudum concessimus. Quale autem illud vere suerit, sandas adhuc videmus aullam.

#### VI.

An Pronunciatio nostra Communis, sit antiqua
& germana pronunciatio?

Interim tamen & hoc negamus, Usitatam nostram pronunciationem, quam Capnio a Græcis doctissims in Italia acceptam, in Germania docuit, esse per omnia veram illam antiquam & germanam: quandoquidem discrimen illud, quamvis subtile, quod suit, Vocalium & Diphthongorum omnium non exprimit.

# VII.

Utra propius ad antiquam accedet?

Propius tamen hanc nostram, ad antiquam illam

illam accedere, quam relovar istam, vel ex iis patet, quæ ad tertiam quæstionem diximus.

#### VIII.

An necesse sit, de antiqua pronunciatione bodie laborare?

Etsi vero Communis nostra pronunciatio, nondum per omnia, quod largiti sumus, antiquam illam repræsentat: nulla tamen necessitas tanta est, que nostram propius accedentem abolere: neloum vero illam longius recedentem introducere, suadere, vel etiam cogere possit aut debeat. Potius, quod Pagninus lib. I. Inft. Gramm cap. 14. de Hebræa pronunciatione vetere scribit, minus necesse esse, de ea nos sollicitos esse, quum sit ignota: idem de Græca illa antiqua dici posse putamus. Potius etiam cum Scaligero lib. I. de cauf. L. L. cap. 8. censemus. non esse nunc laborandum, ut ora distorqueantur. ad explendam ejusmodi ambitionem. Utrumque enim verum est. Nam & in ore, vel intra os in gutture, pro pronunciatione Vocalium, & Dipthongorum in primis, maxima, & quæ se invicem non facile excipere potest, multiplex differtio, juxta relovor rationem facienda est. ut ex exemplo supra allegato, surreises, stoicheiaiis, velunico patet: Et revera ambitio est. ex hisce laudem captare; quum sæpe adhuc in intellectu Græcanitatis, utut se pronunciatio

habeat, ruditas turpis subsit: quam exemplis docere possemus, si opus esset. Meminisse debebant illi; ut Verba; ita & Pronunciationem usu valere: non secus ac Nummi valent: Et multa danda esse tempori & consuctudini. Sicut enim non necesse elt, illa moneta hodie uti. qua olim majores nottri usi sunt, quæque usu hodie exolevit; imo ficut moneta antiqua hodie interdum est sine usu, & pro καμηνίω potius ac monimento antiquitatis reponitur, quam pro usu erogatur: Ita etiam non necesse est. vel Verbis antiquis quæ usus abolevit, vel Pronunciatione antiqua jam abolita denuo uti velle, imo ea quæ exoleverunt, non tam funthodie superstitiose & ambitiose usurpanda, quam cum judicio notanda & observanda; usumque Vulgo concedere, scientiam nobis reservare debemus, ut ait Cicero. Quin potius Moribus antiquis: præsentibus utere verbis.

Si quis hodie Joachimicum vel Hungaricum eo valore, quo non ita pridem istorum generum monetæ dabantur & accipiebantur, æstimaret, & cum majore precio commutare nollet: an non ille sibi damnum & derisionem; collybistæ vero gaudium & lucrum esset conciliaturus? Idemetiam censebimus de præsenti materia. Si quis hodie cum Vulgo (non intelligo Vulgus imperitum; sed multitudinem Nationis integræ eadem lingua utentis) non vellet uti pronunciatione usitata; sed antiquam illam, (quam jam ponamus reopéra ista ratione exprimi,

mi licet non concedamis) ufirpare: an non ille sibi ipsi inpedimento esset futurus? audientibus vero rifum facturus? imo abituris ianuam tantum non aperturus? Sicut comperimus & memininus, vaftata ex hac ipsa causa virorum alias doctiffimorum Auditoria fuisse.

Et mirum est, in Græca pronunciatione ad antiquam regulam nobis incognitam revocanda, tot capita (quæ allis magis necessariis non occepari apparet) defatigari: in Latina vero vel Hebræa, quas, licet corruptas, pro fundamento ponunt, ad tenorem priscum prius revocanda, ne unum quidem, vel sane pauca. & quidem fingularia, operam aliquam ponere. Imo ne Vernaculam quidem nostram Germanicam, ad majorum exemplum per omnia pro-Prisci enim Germani, quorum Alei ARKTOV, Saxonum natio at the Com adhuc æmulatur, ex Latinis, Vinum, Mus, Murus, Ruta, &c. fecerunt, Win/ Musi/ Mur/ Bute&c. Misnici nostrates, qui tamen hodie dialecto aliis Germanis præcellere putantur, (quod non tam · de puritate prisca, quam de flexilitate, qua ad omnes alias dialectos Germanicas se accommodat, & de eis participat, intelligendum videtur) Vocales in diphthongos commutant, dicentes, Win / Maufs / Maur / Naute / &c. Quod illis antiquæ dialecti Germanicæ observatoribus aque crassum videtur ac si quis pro Missicis, que Dince dicere vellet, gauce Deince vel pro hundere Minder / haundere Reinder.

Sed

Sed objicieiat aliquis: Pronuncietur fane Saxonibus & Misnicis diversimode, Win! Wein! Mufs / Mayls / Mur / Maur / Kute / Kaute / &c. Non tamen eadem scriptura diversæ huic pronunciationi famulatur. Fatemur. Verum est. nunc ita scripturam diversam fieri. At qui primo diversam pronunciationem priscæ assinxerunt: illi ad eandem scripturam, diversam ab illa pronunciationem efformarunt. Sicut adhuc hodie sæpe fit, ut aliquis Saxonicam dialectum literis suis expressam, legendo vel ad Suevicam, vel quamcunque aliam fuam pronunciet: vel Saxo aliquis, Misnicam aut Suevicam literis suis expressam legens, tamen Saxonica dialecto efferat: nisi data opera literarum potestatem exprimere, & non potius confuetæ fuæ dialecti rationem vulgarem fequi velit.

Sed rursus inferat aliquis: Tantumne vulgo est tribuendum, ut ad ipsius arbitrium sit pronunciandum? Omnino. Si enim in rebus appellandis, quod majus est, Vulgi consuetudinem sequi cogimur: (ut quod Panem, appello Panem vel Lews: Manum, Manum, vel Lews: hoc natura nulla mihi suppeditat; sed usus ita loquentis Vulgi, me quoque ita loqui non tantum docet, sed secogit.) Quid in appellationum illarum pronunciatione, quod minus est, Vulgus sequi renuemus? præsertim quum non jacturam faciamus tantam, quantam faceremus hodie, si Monetarum valorem, non ad Mercatorum

# DE PRONUNC. GRÆCA. 657

torum usum, sed ad rationes antiquas æstimare vellemus. Interim tamen danda omnino
opera est, ne voces ipsæ corrumpantur; aut
novæ, nisi quas res novæ postulant, introducantur. In quibus tamen & ipsis sua discretio
esse debet: Sicut non est committendum, ut
in hac valores monetarum æstimandi licentia,
bonitas intrinseca a Vulgo corrumpatur,
(Sondern es soll nach dem asten Schoot unnd konn
gemunget werden) aut novæ monetæ introducantur, nisi quas necessitas nobis obtrudit. Et
tamen etiam illæ ipsæ ad leges monetarias, quam
sieri potest proxime, sunt accommodandæ,
und solte es gleich kederne Muntje sein / oder
Rupsferne.

Sed neque hoc omittendum est, Non tantum non necesse esse, miquin rationem introducere; fed & inutile & noxium. Quia enim plerique, qui hoc tempore ad Academias accedunt, ad Communem illam hactenus usitatam pronunciandi rationem funt affueti: certe incourne in suo male consulturus esset, qui insolita pronunciatione difficultatem Auditoribus temere parere vellet. Quod factum fuisse, jam modo diximus, compertum nobis, & adhuc in memoria esse. In Schola vero aliqua triviali, in qua Græcæ linguæ, & pronunciationis ejus plane ignari Pueri primum informantur, potest (non dico Debet) vel hæc vel illa ratio pronunciandi tradi & inculcari, præsertim, si Leges Tt loci

loci ita requirant. Sed quo fructu? ubi ad alias Scholas & Academias pervenerint, expe-

riundum erit ipsis.

Adde quod etiam Dialectis fua sit libertas relinquenda, ex quibus vel maxime hac diversa pronunciandi ratio, orta esse videtur. Quod si vernaculæ nostræ linguæ Dialectos omnes, ad unum tenorem redigere possemus, vel redigere necesse haberemus: tum etiam Græcas dialectos omnes ad unam rationem redigendas speraremus, veletiam po!tularemus. nunc sermo de iis dialectis, quæ diversis literis exprimuntur; sed de illis que iisdem literis scriptæ, diversimodam pronunciationem habent v. g. Patrem aliqui Germani dicunt Båter, a longiuscula: aliqui Båtter, a breviuscula: aliqui Boter per o: & tamen omnes scribunt eandem literam a, quum interim pronunciatio fiar diversa. Quia ergo Vernaculam non possumus ad unam normam redigere: Cur in peregrina nos barbari adeo sumus ingeniosi, vel potius rigidi & contentiofi?

#### IX.

# Que tandem Pronunciatio retinenda?

Concludimus ergo, retinendam potius esse eam, quam a Capnione, imo Græcis ipsis accepimus, pronunciationem; quæ & testimomis Veterum magis responder; & minus longe ab

ab antiqua genuina recedit, & hodiernis Græcis in usu est; & ab oris, inprimis gutturis distortione, variisque rang Quilans, alienior est; tametsi antiquam & genuinam illam, per omnia persecte non assequatur: sicut & Latinam atque Hebræam communem retinemus; etiamsi ab antiqua & genuina ratione utraque longius recedat. Est enim aliquid prodire tenus, si non datur ultra. Et melius est, aliquantum, & parum quidem, occasione sic ferente, declinare a vera semita, quam sine necessitate temere, novas vias periculose quærere.

Interim si quis suo ore aliter velit uti; non reluctamur. Facile enim æstimamus, eum qui ori fuo cibum potumque præbet, etiam jus aliquod ministerii ejus sibi vendicare posse, ut pro placito fuarum scilicet aurium loquatur. Modo ne idem factitandi necessitatem nobis obtrudat; aut illam νεόφυτον rationem, veram & antiquam esse, rixose contendat. Sicut cogere alios nec possumus nec volumus, ut eodem semper cibo potuque nobiscum utantur. Sunt enim Abstemii, qui meris undis gaudentes, vina fugiunt, & idem factitare quosvis vellent. Faciat id, quod diximus, quisque, quando, quamdiu, & ubi voluerit. Per nos licet. Nos tamen servitutem iniquam nobis imponi, non patiemur.

Tt 2

#### X.

#### Quid ad objecta pro νεοφύτω pronunciatione respondendum?

Ne tamen accusemur vel non audivisse ista transmarina: vel non intellexisse ista sublimia: vel non refutasse ilta stolida | solida inquam ]; aut saltem ista absoluta non limitasse, quæ illi qui relourer pronunciationem urgent, superciliose jactitant: ea quoque quæ præcipua sunt [ex illis de aliis fiat judicium] paucis attingemus. Omnia enim, quorum pleraque frivola funt, percensere nec necesse est, nec operæ precium. Inter quæ etiam illad est, quod pronunciationem hanc Rameam appellant. Eo ipso enim produnt, quod antiqua & genuina non sit, quum Petrum Ramum, virum sane inter doctos nostri seculi primatem; sed admodum recentem, & nobis ovyzeow, & æque nobiscum viva Demosthenis pronunciatione destitutum, autorem prætendant.

Objiciunt autem I. to n pronunciatum fuisse at E in voce Terrentes: idque argui ex versa Cratini, qui exstat apud Elium Dionysium: o 8' nai-DIG., derree westarov, Bi Bi Alywy, Basid. Vide

E Eustath. ad Iliad. B.

Respondeo, non negamus, 7d n alium aliquanto sonum habuisse, quam I simplex quamvis non plane ab eo alienus fuerit, utex fupeoribus patet. Non etiam negamus ad E longi

gi naturam aliquantum accessisse, quamvis non plane cum eo convenerit.

Sane Terentianus ita:

Literam namque E videmus effe ad nu proxi-

Sicut o & widentur esse vicinæ sibi: Temporum momenta distant non soni nativitas.

Verum hæc soni nativitas non de identitate, sed de cognatione est accipienda. Eum enim sonum non habuisse, quem habet E in voce Terrentes, supra satis ostendimus. Quin potius medium sonum inter I & E suisse colligimus, qualis est Saxonum Siers die manns dienen dienst. Alias cum es, paris romarir non potuisset, quod supra ex Eustathio allegavimus. Et vel hæc unica litera est, de qua tantopere, sed præmature gloriantur Neioporos pronunciatores.

Quod autem ad vocem Ovium attinet, quæ non BI BI, fed BE BE fonant: sciendum est, In his & similibus δνοματοποιητικοῦς, non semper ita exacte vocem inarticulatam brutorum exprimi posse, quæ nec ipsa semper ita regulariter uniformis est. Sic Græci exprimunt vocem Ovium per βη βη, quam alii per Blῶ Blä, Latini per Ba Ba, Balandi verbo; alii per Ma Ma, vel Mä Mä repræsentant. Interim inde τὸ η, vel τῷ Ε, vel τῷ ä vel a: aut τὸ ε τῷ μ exacte æquipollere, evinci non potest. Cur autem η hic assumptum fuerit, ex tertiæ objectionis solutione apparebit.

Tt 3

Sic

Sic Canis latratum Græci verbo Baisen, sive bau sive bav dicam: Germani per Missen! Messen! Messen! Mussen! messen! Mussen! interdum & per hau hau hau! & ita per diversas vocales & consonantes exprimunt. Ergone illarum literarum vim eandem dicemus? Aristophanes av die Canum voce dicit, sive au au, sive av av: utrumque diversi Canes sonant.

Alaude sonum Lir Lir tribuimus, quum avicula illa ad alias potius quam ad vocalem I, vocem suam moduletur. Et Germani eandem a voce, Lerche appellant. Ideone I & E u-

num esse dicemus?

Cuculus Latinis a voce per u dicitur, quem Greci ab eadem voce Korruga appellant, Ergone tò o pronunciandum ut U? quum Cuculi vox magis U, quam o referat. Sonat enim Cucuc, non Cococ, vel, ut Neopurou o pronunciant, Cococ.

Tubæ fonus voce Taratantara exprimitur, quum tamen in eo vocales alias quoque, & facilius quidem quam a tantum, concipere possumus.

Scutica sonus, per vocem Tax Plauto exprimitu. Aliis per Klissch / Hlatsch / Schmitz/ Schmatz / Patzsch / Petrzsch / &c. Ergone x cum tz vel tzth consonat? vel diversa ha Vocales idem valent? Et sic in plurimis aliis.

Nimis ergo infirmum fundamentum suæ pronunciationis posuere miseri illi Verveces, qui vocem Ovium substravere. Qua tamen, si ita

Digitized by Google

ita omnino lubet, uti eos, imo & ovium more, tremulum tò a pronunciare facile patiemur.

#### II.

η Græcorum, transit Latinis in E longum ut ἡτως, Rhetor: Ergo & pronunciandum est per

E, ut in voce Terrentes.

Respondeo. A Transitu ad Pronunciationem non valet consequentia. Transeunt enim Literæ Græcorum sæpenumero in literas Latinorum, a quarum potestate tamen differunt. v. g. e interdum transit in e breve, ut eya, ego, wo, genus: interdum in e longum, ut i.G., jedes: interdum in O, ut veG., novus, Keenuege, Corcyra: interdum in I, avios, intus: reyya, tingo. Interdum in U, ui evoc, unus: rels, tuus. Ergone e, Græcis pronunciandum est ut o, vel i, vel u? Deinde n'n Latinis in E longum transire, universaliter verum non est, quum transeat etiam in E breve, in A, in O, imo & I, marine, Pater, Die, fera, neG. berus : olynou , finapi · phon, fama : xãe cor: Engrico, Scipio; Vila, Pfitta: coms, Veftis, telte Terentiano Mauro. Est ergo argumentatio a non distributo ad distributum.

# III.

E longum Latinorum Græcis per η exprimitur, ut Felix, φήλιξ: Festus, φῆςΦ: Legatus, Δη-Τ t 4 ράτΦ. pāro. Sic Cajus JC. de Verb. signific. Tetum, inquit, vulgo quidem id appellatur, qued ab arcu mittitur: sed nuncomne significatur, qued mittitur manu. Inde volunt son à mos derivatum, a procul. L. Si calvitur. 233 S. Telum. 2. ff de V.S. Quam etymologiam Justinianus in suas Institutiones retulit, S. Item Lex Corne-

lia. 5. Instit. de publicis judic.

Respondeo, esse Fallaciam causa. enim hoc ideo fit, quod 70 n & E plane confonent; sed quia asiam literam, ad quam E longum propius accedat, non habemus. Per I enim exprimi non potest, ut pro Legatus scriberem λιμάτω, quia , ab e plane diversa est: Nec per e potest, ut Legatus scriberem λεράno. quia Le longa est: Nec per a, o, o, aut w potelt, λαράτο, λοράτο, λυράτο, λωρά-76: a enim, o, u, a, ab E diversissimæ. Restat unica vocalis, quæ &longa est, &de E participat, licet per omnia E non valeat. Ad n ergo confugiendum fuit. Idem judica de voce ovium Be Be, quam non potuit aut debuit Græcus scribere Bà Bà, quia producte profertur, non correpte. n ergo assumptum fuit, quod & longum est, & de e participat. Necessitas enim legem non habet.

#### IV.

Ex quibus quid coalescit, & in que resolvitur, illa potest. Sed n coalescit ex ee, & in e e etiam

resolvitur, ut nixes, nixn. Ergo etiam valet es, boc est, unum E longum, & per consequens proserendum est ut E in Terrentes.

Respondeo. Si Major vera esset, pari ratione inferre possem: Sed n coalescit ex ... & in εω etiam resolvitur, ut πίχεω πίχη: Ergo etiam to n pronunciatione repræsentat en, & proinde nec e breve tantum erit, sed & a. Et rursus: n coalescit ex en, & in en resolvitur, ut поветь, побуть: Ergo и potest e breve & e longum simul. Sic: u coalescit ex a, item ex a: & in ee, item em resolvitur, ut ann sees, ann seis. સંત્રમુક્લદ, સંત્રમુક્લ : Ergo ને & etiam pronunciatione es & sæ repræsentare debet. Sed hæc omnia falsa sunt. Et certum est, nec semper es in " contrahi, sed interdum in u: nec semper nin se resolvi, sed sæpe etiam in sæ, en. Denique etiam aliud est conflari & coalescere, vel componi ex aliquibus tanquam partibus integralibus, sicut u diphthongus ex Vocalibus & i conflatur, & coalescit seu componitur. Aliud vero est, per contractionem, in hanc vel illam Vocalem vel diphthongum transire, vel alia immutatione aliud fieri, ficut es, ea, vel en contracta, fiunt aliud, videlicet n, quod neque est se, neque sa, neque en, sed tertium quiddam. Quæ omnia ஆத்தைவர் satis coarguunt.

V.

#### V.

Etiam scriptio & n talis est, ut es prope se jun-Eta repræsentet: Ergo & es, vel unum E longum valet, & sicut E in Terrentes est pronunciandum.

Respondeo Antecedens falsum esse, nisi me oculi fallunt, quum omnis signatura ejus ad H vel b vel n antiquitus proxime accedat. Ego autem inde es nulla imaginatione efformare possum. Credat ergo Judæus Apella, non ego.

#### VI.

Becien est proprium Canum, Bau Bau clamitantium: ideoque vo o in Diphthongis Vocalem u, non Consonantem v valebit.

Respondeo eadem quæ supra ad Vocem ovium.

#### VII.

Ex Suetonio allegant, (in Nerone cap. XXXIII.) quod Nero Claudio mortuo stultitiam exprobrare solitus sucrit, unius vocalis productione. Quoties en mincideret, ut diceret, illum esse mortuum, dixit: Desiit inter vivos morari. (h.e. puegdrur, non commorari.) Quis autem, inquiunt,

quiunt, erat hic jeco locus, si non e une & a uezanz discrimen auribus percipiebatur? Es proinde
inscrunt, o valere o germanorum, a vero o commune.

Respondeo per Inversionem. Imo quis eratjoco locus, si discrimen percipiebatur? Ubi enim discrimen, ibi nulla ambiguitas: ficut in vocibus Leben & Lieben nulla est ambiguitas propter fensibile discrimen. Ubi autem nulla, ambiguitas, ibi nec jocus inde oriri potest. At ubi idem sonus; ibi ambiguitas, & ex ea jocus vel scomma oriri potest. Ut si quis Germanus diceret, Er pfleget gern zu liegen, ambiguum, Mentiri ne soleat an Cubare? Utriusque enim verbi significatum Germanicum, eodem fono in Infinitivo effertur. Deinde plus est in consequente, quam Antecedens permittit, Non enim sequitur a non distributo ad distributum: Inter o & w est aliqua differentia: Ergo talis, ut o valeat o Germanorum. & w, o commune. Potest enim alia esse. Quod autem talis non fuerit ut o sonuert o Germanorum, patet ex Dionysio, qui τ μακεων και τ λzebrwr, όσε μακεώς λέχε), nullum aliud difcrimen a βροιχέσιν, ή βροιχέως λεγομένοις διχρότοις ponit, quain quod illa τεταμένον λαμβάνειν κου διηνεκή τ αὐλὸν Ε πυθίματ . hæc vero έξ Σποησπής דב א שוב שאויון דיט שובשר לי, אמן יל מפדוופות להו βραχύ κινηθείσης εκφέρε). Sicut ergo a breve, correptius & strictius; minoreque cum mora:

a vero longum, productius seu longius, & majore cum mora, ut non in qualitate, sed in quantitate fuerit discrimen ob quod etiam n μακρα n βραχέα dicuntur: Ita etiam o, minore cum mora, w vero cum majore fuit pronunciatum, ut quantitatis non qualitatis Refutant hoc commendiscrimen esset. tum etiam alia v. g. Cucullum Latinis. Konzuya Gracis, a voce avis nomen accepisse. dubium nullum est. Unde nonnocen ejus avis proprium esse, Hesiodus testatur: "µG nonnug nounice. Et vox ejus, Konnu appellatur. Jam si o per è Germanorum proferretur; non posfet hæc vox Cuculo tribui, qui non x xxi-Tu. fed verius nonni/(u: nec nonnu sonat, sed verius none. Nisi forte homines illi putent. Cuculos Græciæ aliter sonare, quam Germaniæ aut Galliæ.

# VIII.

At, inquiunt, unum & eundem sonum, tot Vocalibus & Diphthongis distinctis exprimere, inutile est ob consusionem.

Respondeo. Discrimen veteribus Græcis aliquod suisse, licet valde subtile, jam antea concessimus. Quale autem illud vere suerit, tum dicemus, quando aliquis nobis Demosthenem ex orco revocarit, qui pronunciationem Græcam antiquam nos doceat. Sed metuendum, ne dum magistrum Plutonicum se-

fequentes, etiam 70 p, quod ille vivus recte pronunciare non potuit, aliter pronunciare Tutius igitur retinebimus, quod Neque sane adeo inutile nobis habemus. est, unum sonum I, hodie per n, n, 1, 01, Nam & inflexionum Nominum ac Verborum discrimen ostendunt, & origines vocum monstrant, quin & ipsas inter se voces discernunt ut xevens, Genitivus singularis secundæ est: xevores Dativus pluralis Jonicus secundæ: xeveois, Secunda singularis Præsentis, contracta ex χρυσίεις. Sic άπολοvisoum, ab arodovicoum, enarra, recenseo: at απολογήσομαι, ab απολογέομαι, defendo, causam dico. Sic τω λόγω, & τω λόγω, illud Dualis Nominativi vel Accufativi ett, hoc Singularis Dativi. Sic μενέλεων Accufativus Singularis est; μενέλεων, Genitivus Dualis. ob hanc causam, retinetur & subscribitur, ut discrimen indicet, licet in hoc situ alias quiescat: sicut & Hebraci suas literas Quiescentes retinent, quæ non proferuntur, sed origini ostendendæ inserviunt. Neque enim in unaquaque lingua semper pronunciatur, ut scribitur. Si quis vellet Gallica ex scripto fecundum vim literarum pronunciare: vix a Gallo intelligeretur. Scriptam dictionem Temps . Galli legunt & pronunciant Tan vel Tans. Ex usu pronunciatio petenda est, non ex literis seorsim consideratis effingenda. Confusionem autem in Græcis illis Vocalibus ac Diphthongis, non magis

magis metuimus, quamin Latinis, quando Cedo, Cado, Calum, Zelus, eodem modo efferimus. Si hanc fimilitudinem in Latinis fine confusione ferre possumus: cur in Græcis adeo rigidi Catones sumus? Imo cur alii Calum, alii Calum, alii Calum scribunt? & non pronunciationem potius distinctam urgent, quam literis chiversis eandem exprimere certant?

#### ΙΧ̈́.

At absurdum est plures Vocales & Diphthengos uno sono efferri.

Respondeo. Si non absurdum est, unam & eandem Vocalem, diversis sonis efferri: quomodo tantopere absurdum erit, unum sonum, distinguenda originis, vel alterius cujusdam rei causa, pluribus notis signari? Antecedens autem verum esse, patet ex eo, quod Latini aliter pronunciant, unam & eandem literam E in Legere, Repere, bene, severe, sive longa sit sive brevis: aliter in Terrentes. Pendentes: & Germani e aliter in prima, aliter in secunda syllaba vocum, Reben! &eben: & Græci vo e aliter in mease, aliter in mémomer efferunt. Sic B aliter in prima, aliter in secunda syllaba vocis Deben! Barba, Barbarus &c. Ouod si etiam non absurdum est. unam & eandem vocem, diversis casibus, diversis Temporibus & Modis exprimere: v. g. λόγω, in Nominativo, Accusativo, & Vocativo Duali: βήματα, in Nominativo, Accusativo & Vocativo Plurali: τὰ in nominativo & Accusativo Duali Fæminino: & in Nominativo & Accusativo plurali Neutro, licet in quantitate sit diversitas: Sic ερωνάτε in secunda plurali Præsentis Indicativi, & in 2. plur. Imperativi, & in 2. plur. Præsentis Subjunctivi Activi. Sic τύψω in Aoristo ω Infinitivi Activi: in 3. Singul. Optativi, & in 2. sing. Imperativi Medii, &c. Cur adeo absurdum esset, quod dictum ess.

#### X.

Omnis Diphthongus gemino sono, eoque distinto est proserenda: quod appellatio Diphthyse probat. In sono enim consistit, non in scriptione: nec olyectos aut olyectos, nominatur, sed ologos. At a n a sunt Diphthongi: Ergo & in his geminus sonus, isque distinctus animadverti debet.

Respondeo primo ad Majorem, quæ de propriis Diphthongis vera est, non de Impropriis, ut sit Major: Omnis Diphthongus Propria est gemino sono proferenda. Est enim appellatio a potiori petita, ut sæpissime sieri solet. At a n a, non sunt Diphthongi Propriæ, sed Impropriæ, quæ sub Majore non continentur. Apparet igitur acouncysta. Vel, si libet, Major ita est accipienda, quod semper parierra in qualibet diphthongo concurrant, etiamsi aiterum interdum quiescere contingat, ut in hisce a n a. Deinde eandem Majorem limito: Gemino

mino sono quidem est proferenda: non tamen distincto, verum commixto, & quodam medio. Si enim sonus distinctus est, siunt duæ syllabæ, ut encomp, aliter sonat quam encomp.

Sed instant: At as, as as, ex quibus as no orientur, sunt Diphthongi propriæ. Concedimus etiam, eas suas quasdam pronunciadi differentias habuisse: sed ita exiles, ut rd as ad rž E: rd as & as ad rž i naturam prope accesserint, ut antea est ostensum. Et potest in hujusmodi etiam Diphthongis, altera Vocalis interdum quiescere. Sic usorio, Museum, Nei-No, Nilus.

#### XI.

Homines Graci, qui hodie ad nos veniunt, corrupte loquuntur, & corruptissime scribunt. Quidni & corruptionem pronunciationi inesse credamus? postquam barbaries Turcica Graciam occupavit.

Respondeo. Verisimile quidem hoc est, non tamen necessarium. Corrupte eos loqui, de omnibus dici non potest. Veniunt interdum ad nos idiarai, & inculti homines, illi sane corrupte loquuntur. Sed inde de lingua tota non est statim faciendum judicium. Sicut si quis Græcus, ex Rusticorum nostratium Flaminiorum idiomate, de tota lingua Germanica vellet judicare, iniquissime judicatu-

turus esset. Si qui vero paulo sunt cultiores, & civilius educati; illos in plerisque pure loqui experientia comprobat, licet alios aliis purriores: ut etiam in nostra vernacula sieri quotidie audimus.

Ouod autem fere omnes, tam cultiores duam agrestes homines Græci, tam qui bene quam qui male loquuntur, corruptissime scribunt : causa est anadeve a locorum illorum? nobis merito cum ipsis deploranda. Sed tamen neque hinc statim de corrupta pronunciatione judicari potest. Producantur ex nostris homines civiles, v. g. Opifices aliqui, etiam ii qui quantivis precii videntur, & recte Germanicam linguam loquuntur: Jubeantur ea quæ recte locuti funt, scribere. Videbis eos rectissime prolata, corruptissime & pessime, & inter se diversissime scribere. Idem fi & illis miseris accidit, quid mirum est? Barbariem Turcicam quod attinet, illa adeo antiqua non est, ante quam omnes illi, quos supra laudavimus, diu vixerunt. Nam anno Christiano 1355. & ita vix ante 260. annos, Solymannus, filius Orchanis Regis Turcici; primus per Hellespontum transiit in Thraciam. & Chersonesum occupavit. Post triennium Callipolin expugnavit, & sedem regni primum in Europa fixit. Sed hanc cladem Græci adeo parvi fecerunt, ut dixerint, Porcorum stabutum, & vini amphoram se amisife: tantum abelt.

abelt, ut adhuc barbarie Turcica oppressi suerint, quod sequentibus demum annis magis atque magis factum suit, præcipue capta Constantinopoli, annis abhinc 162. quom 55. annis ante, Manuel Chrysoloras, Treedorus Gaza, Georgius Trapezontius, & alii, tyrannidem & barbariem istam præverterint, & pronunciationem hodie Communem, ante barbariem a majoribus acceptam in Italia propagarint: unde Capnio, & a Capnione Crocus, Inde Philippus Melanchthon, Gamerarius & alii, illam ad nos transsulerunt.

Sed desino plura hac de re verba facere: Pronunciet quisque, qui communi ratione contentus esse non vult, modo reopéra vel hoc vel alio. Per nos enim, vel cum Evandri matre soquatur licet. Interim de intellectu potius & usu Græcæ linguæ, ipsaque Orthographia nos laborabimus, ne i pro n, aut contra scribamus. Quo in genere reopéra pronunciationis sectatores & propugnatores acerrimos sæpius turpissime errasse, experiencia, & quidem non since stomacho, cognovimus. Quibus restitus provess, si volunt, precamur. Ipsorum tamen causa nemo nostrum suos rupturus erit ramices. Sufficiat bonum votum:

# VALEANT BENE.

ĎÉ

# ĎĒ

# FOENICUM LITERIS,

SEU DE PRISCO

LATINÆ ET GRÆCÆ

LINGUÆ CHARACTERE,

EJUSQUE ANTIQUISSIMA ORIGINE ET USU,

A D

CAROLUM CARDINALEM

E T

PRINCIPEM LOTHARINGIUM,
PRIMARIUM GALLIÆ ANTISTITEM,
COMMENTATIUNCULA,

Guillielmo Postello Barentonio autorea

Vv 3

# AD ILLUSTRISSIMUM

# D. CAROLUM CARDINALEM

ET

# PRINCIPEM LOTHARINGIUM

# PRIMARIUM GALLIÆ ANTISTITEM.

\*\* Icut animus noster ad hujus Natura S templi perfectam cognitionem conditus maxime tunc conquiescit & oblectatur, quum ad primarias causas & rerum origines pervenerii: ita fumma folei affici volup are dum aliquod vel tenuissimum ipforum principiorum indefessis sudoribus vestigium invenerit. Hoc ideo fieri certum est. quia ipsa rerum principia sunt in suo genere fumma, & Deo quamvis omnia rerum genera supergresso, hac in re similima, eoque nomine tantopere placent animo divinius condito, & mencis spiritusque lumine extrinsecus advenience perfuso. Quemadmodum enim simile sibi simili oblectari solet, ita animus (cijus fœlicitatis gratia omnia subsistunt) tanquan causa illa que primum in mente divina fuit, summas in præsenti vita voluptates percipit, dum originum & principiorum tanquam

fibi fimilium rerum, notiones concipit. Ouum itaque post origines rectæ primariæque ratio-, nis, quaque una à cæteris animantibus homo potissimum secernitur, nil possit dari antiquius, ipsis literis, in quibus tanquam in secundariæ rationis tabula loquendi & scribendi usus, jam. ab orbe condito affervari folitus reponitur, ideo judicavi operæ precium me facturum, si fummas characterum & Latini & Græci origines in fummam animorum oblectationem traderem posterstati: postquam summæ, quæ est inter præstantissimos hominum, rationis (quæ in vera religionis authoritate hactenus delituerat) documenta, duce natura & gratia, in orbis terræ concordia ejusque appendicibus exposui. Tibi autem uni, ô literarum & virtutis, religionisque ornamentum, uti antistiti & principi summis animi, corporis &. fortunæ dotibus ornato, ideo dicare visum est, quia ad illum unum hæc res est referenda, qui præstantissimorum consiliorum apud præstantissimum. Totius orbis principem est author, ut principia secundarize rationis, & in usu locutionis literarumque positæ, suo seculo renata & ab oblivionis inferis revocata posteritati tradantur, sub illius auspiciis qui suo consilio, quatenus in eo positum est, sedulo apud regem Christianissimum agit, ut verus literarum in Republica Christiana nascatur fructus, qui quidem non nisi à vera primariaque rationis origine procedit. Literis autem tanquam rei immor-. talitati 化硫酸二磺基苯基 化电子电流 施

talitati proximæ hoc debemus, quòd confulere aliis possumus, cæterisque tam sapientiæ quam prudentiæ muneribus uti, & polteritati prospicere. Ouum autem te præltantissimis confiliis adesse summo Regi adsero, essi me tibi adscribere intelligam summum hujus vi æ munus, teque in eo non fegniter versari affirmem, quod ægre possit à summo hominum & literis & moribus ornatissimorum Senatu, nedum ab uno folo homine præsertim ætatis tuæ præstari: tamen longissime hanc affertionem meam non folum à temeritate aut ab ulla affentationis suspicione alienissimam, sed verissimæ veritati conjunctissimam judicabit, quisquis æquitate magis quàm affectu judicium Outd enim mafuum temperare sategerit. gis admirandum judicari possit penes regis Christianissimi majestatem, quum nunquam totis mille quingentis annis, ex quo falus mundo restituta est, lingua sanctissima mundi, vix autem post sexdecim annos scelicissimi regni Francisci celebrandæ perpetuo memoriæ Regis fuam cum regiis stipendiis basim in Gallia fixerit ultimis ipsius imperii temporibus, statim regem Christianissimum Henricum id nominis fecundum, alioqui fummis occupationibus tantoque regno administrando necessaris. & præsertim suæ rei militaris reformatione districtum & pressum, tamen superstitibus quum aliis tum maxime Hebraicæ ipsius linguæ sanctæ Lectoribus salaria à patre constituta repræsentari curasse, numeroque illorum iis, quos dignos ea functione judicavit, augeri instituisse fecisseque? Quis ad tam divinum in summo principe munus præsertim ab ipsius reani primordiis non obstupescat, ut quod vix à tene & summis in suo regno belli artibus jam, desuncto, inque omnibus prudentiz artibus. diutissime exercitato possis atque audeas optare aut sperare, id statim à Henrico, ubi primum imperii sui habenas accepit, recepisse? O fælicem tali tantoque principe Rempublicam Gallicam. Sed ô longe fœliciorem tali tantoque. confiliario Regem. Quid senes facient, quum juvenes tanti fint? Sed undenam hic Regis animus in literas & potissimum sanctas tam, propensus? Unde hoc tam præclari judicii munus, quum alioqui earum literarum (Fœnicum. revera, & in quibus primus veritatis ex authoritate pendentis fons divinitus est repositus) rex nullam cognitionem habeat, tamen in earum professores summam liberalitatem transfundat? Hoc verò ipsius regis consensioni adscribendum. At sacrosanctis consiliis Caroli Cardinalis Lotharingii tanquam primariæ origini deberi judicabit, quisquis summa nobilitate, authoritate, moribus, opibus, & do-Etrina virum, summa amicitia, familaritate, & eadem authoritate penes Regem valuisse cognoverit. Licet enim fint & alii multi probi doctique & o nnibus forsan aut saltem aliguibus fœlicitatis optandæ dotibus præclari in aula

aula aut in Gallia, nullus tamen est (pace omnium dixerim) cui divina hoc summopere optandi in vita muneris concesserit providentia, ut tantus sit & habeatur apud Regem Christianissimum in hoc genere consilii, quanrus est unus Henricius Achates, ut sic parvis illis magnos istos componere liceat. que Carolo Cardinali Lotharingio acceptum referet posteritas, quòd literæ Regiæ & ante alias sanctæ, sint in Gallia superstites, quòd coemantur præclari ad Regiam bibliothecam authores, quod priscæ Galliæ rationes ad veritatis numeros veniant, quod religioni instaurandæ assidue insistatur, in summa ut quicquid tam in rebus pietatis & religionis, quam literarum & doctrinæ penes Regem Christianissimum sit in summo precio. Et merito sanè. Nam ut literæ illis egent, qui præclara virtutisque imitandæ plena edant facinora, quæ, que posteritati consecrent: sic rursus præclarirerum gestarum authores, sed multo maxime literis egent, quarum opera & beneficio diuturnitati consecrentur, quæ gesserint. Alioqui verò, Quid foret Iliæ Mavortisque puer (ut ajebat ille) si taciturnitas obstaret meritis. invida Romuli? Sed quid deindustria, sed tamen tanquam exciderit incogitanter, de rationibus Galliæ? Hæc in scopum meæ tractationis sunt scripta. Quum enim instas, ut ipla lingua Hebraïca quæ & Fænicum est, regiis stipendiis doceatur, ipse originibus totius V۷۲ 30. 10 . 45

orbis etlam præter sacrorum rationem anticuissimis imiteris. Nam prisci Hebræorum characteres sunt Gallorum antiquissima litera. In hoc enim fuiffe confensum omnium gentium (inter quas Galli primi funt) ut Jonum literis uterentur, Plinius seripsit. Herodotus autem serio de de ipso sui seculi experimento scribens air. Jonum & Fænseum literas easdem suisse, ut tamen à Fœnicibus, qui primi inventores leguntur, dimanarint: Siquidem tam antiquæ Fœnicibus fuêre, ut æternus illarum usus & omnium literarum memoriam supergressus credatur. Ejusdem autem Plinii testimonio constat Latinis & Græcis eosdem olim fuise characteres, ut tabula ab Atheniensi Nausscrata olim Romæ scripta probatum reliquit. In hujus fententiæ confirmatiomem Strabo scriptum reliquit Græcarum literarum usum ad sex millia annorum in Hitpania ante Augusti tempora fuisse. Qui meritò & mihi & toti Reipublicæ Christianæ fidem faciant. authores habeo quibus credam, per quos constat tam antiquum in Gassia usum suisse literarum, ut illis dicerentur similes illæ, quas Cadmus multis postea temporibus in Graciam ex Fornicia attulit, & ex dextro rectove seunaturali ordine in fmiltrum perversum & contra naturam, ut nos & Græci nunc utimur. Tandiu ante Græcos habuimus. Quum itaque, teste Solino, constet Gallos esse primos totius orbis terræ populos eo

auod Umbris, populis in Occidente & Italia. fumma literarum memoria primis, dedêre suæ appellationis vocabulum, inde & Hebraicæ & Græcæ deductum quòd Diluvii pluviis effent superstices, non est dubium quin servarint literarum usum. Si quidem & sacra & Tosephus testantur ante Diluvium fuisse literarum usum, quod in Enochi prophetiis & incolumnis duabus ad tempora usque Josephi: fervatis patebat. Quis enim tam demens fuerit, ut putet homines illos fanctissimos & eorum, qui tantum non mille annos in fumma rerum indagine vivebant, filios, alumnos & fuperstites, post mille sexcentorum & quinquaginta annorum decursum, caruisse literis & foum seculum aureum sine literis instituisse? Nulla plane earum rerum, quæ vitam & exornare & beatiorem reddere folent, five in religione, five in moribus, five in artibus, five in doctrinis, & disciplinis sit posita, suit facrofancto illi patriarchæ Noacho mundi instauratori, quem Janum vocant, incognita. Curavit itaque summus ille Monarcha, ut duce Gomero hajus mundi primogenito, quem Iosephus testis hac in assertione omni exceptione major, affirmat fuisse Gallorum parentem, una cum reliquis aurei seculi ornamentis adferret asservaretque suis Gomeritis aut Gallis literas, quæ à Fœnicia terrave fancta ortum duxerant. Nam ante diluvium, teste Beroso, Noachus in Fœnicia agebat, cujus

provinciæ characteres affervavit, & Occiduia tradidit populis ab occasu in ortum, more planetarum, tam literarum quam rerum gestarum gloria processuris. Diffusum autem inde est Gallorum, Celtarum, five Cimbrorum, aut Cimeriorum nomen, à Gomero deductum in totam Europam ad Asiæ usque fines, ut in originum Galliæ libris ex Appiano, Diodoro, Valerio, Strabone, Eustathio, & multis aliis fide dignissimis authoribus, docui. Hinc fachum est, ut totius orbis aut omnium gentium consensus fuerit in hoc, ut Jonum seu Fænicum literis uterentur, quum Gomerus Japeti filius unà cum patre & avo primum eos ad. suos Gallos Celtasve attulissent. Gallos autem in Italia priusquam in Gallia stavim post Diluvium novimestre & universale primumve habitasse, præter Solinum & Catonem Romanos, testificatum reliquere posteritati Bochus Maurus & Berosus Chaldæus, ut Josephi Hebræi sententiam expositam sirmamque incogitantes redderent. Facessant ergo sub facrofancta authoritate Regis Christianissimi tuis conciliis instructi ineptiæ fabu ofæ Carmenta & Cadmo, aut Arcadica pecuaria credant, reformationem & non inventionem procurafle Latini faltem characteris. Dis itaque ille, hoc est, divinus & sibi sufficiens Japetites, qui inferorum, hoc est, occiduæ partis mundi habit bilis dux in sua gente Gallica fuit, literas ilias quarum primus nostro orbi cogni-

eognirionem sub tuo nomine restituo, attulit, & juos illis formavit posteros, licet Berosus non Gomerum, sed eins strautem Samothem fuisse disciplinarum in Gallia inttitutorem rtadat. Satis est fu sse utrumvis filium Japeti, filii Jani. Saturni in Italia receptoris. Hæ funt prifcæ raviones Galliæ quas tu illustrissime Cardinalis & princeps divinitus in hanc rem impulfus motu que innovas; dum apud Christianisfimum Regem & Gomericæ jurisdictionis hæredem, curas ut lingua. Fænix doceatur & sensim seiplam suasque propagines & ramos in Syriaca & Arabica politos oftendat, ut quemadmodum tui majores olim in expeditione terræ fanctæ fuêre primi præcipuique principes concilii Claromontani in actum deducendi ansistites, sic ipse primus concilii Viennensis & Clementinæ de Magistris observationem in Gallia adimpleus longe tuis majoribus, licet illustrissimis, major & fælicior, quanto scilicet animus & ratio ipli corpori & Bellicæ porentiæ anteire videtur Constitutis enim salariis pro concilii sententia illis qui literas Arabicas doceant uti Hebræis Fænicibusque proximas; fiet ut duo Summa totius mundi compendia Reipublicæ Christianæ canæ accedant. Primum ut fola una lingua duce & prævia, commercium cum tota Asia, Africa, & tertia saltem Europæ ab ipsa Arabica lingua Grammatica occupata, possit haberi. Secundum, ut coanità ea lingua, & libris qui in ea sunt, conver-

versis, que est Concilii & Christianismi totius intentio jam totis trecentis annis qui eam exequatur expectans, spiritualia, rationalia, san-Étaque & justa arma accipiantur contra tantum Ismaëlitarum seu Semijudæorum orbein ( sic enim & literis & religione, & ritibus, & moribus omnino esse etiam remere incogitanterque satagunt Ismaelitæ) ut june postquam duce eorum inforum doctrina & ratione fuerint convicti, nisi pareant rationi, exterminari possint. At verò quis dubitet ubi in mentem Carolo Cardinali Lotharingio hæc venerint, quin eadem facilitate impetres à Rege Christianissimo, ut Arabica secunda sanctæ linguæ filia suos etiam lectores habeat præcipue à conciliis ordinatos, quemadmodum & Græcos Hebraicosque instituit. In hos fines fecit providentia, ut tanta apud sommum clarissimumque principem valeret sammus & literis & moribus antistes, & qui quæcunque vellet, ab eo impetraret : impetraret autem fulla. nisi sibi simillima, sancta, justa, legicima, & euæ sensim orbem terrarum in suæ unitatis & principiorum origines conducant. Est autem impossibile aliter mundum quam linguæ beneficio reconciliari, & victoria præstantissima (quæ cordium ratione victorum elt) edomari & subigi, rationique veræ reddere.

Hec facrofancti totius Christianismi voti & concilio expressi observatio illi quamdiu jam meditaris Rhemensi academiae Basim in æter-

num

num duraturam poluerit lummum omnium academiarum Galliæ patrocinium divina tibi à summo Rege impetravit providentia; ut prudentiæ divinitus & supra ætatem tibi congreditæ munus in hoc convertas, ut linguarum beneficio Parisiis primo pro concilii sententia. demum aut Rhemis aut ubicumque commodior occasio visa fuerit, seminarium Parisiis auctum diffundatur. Sic verò omnium mortalium gloriam aut viceris facile, aut æquaveris. Eo nomine, ut videres in hoc breviffimo compendio Origines omnium linguarum mundi aut faltem celebriorum fuisse à lingua fancta deductas, tibi hæc consecro. A sacrosancta illa quam Moses cœlitus in tabulis accepit, defluxit Syriaca & Arabica, quæ ambæ Orientali & dextro cursu leguntur & scribuntur verfus pectus. Ab externa, quæ nunc est Samaritana, & olim Fænix erat & dicebatur, duæ inverso ordine sunt profectæ: Gallica, hoc est Latina (si quidem Gallorum nomen totius orbis primum est) & Græca, ut ex ipsis fi-Hæc autem licet sint mole perguris patet. exigua, ut principia folent, tamen quia vim permaximam in se habent, tibi inscriberetanquam te non indigna visum est, ut cognoscas hac nostra delibatione, quicquid in me est positum, id omnino tibi, ad quævis munia tuis imperiis nomine Reipublicæ Christianæ obeunda, esse comparatum, quum ob cæteras virtutes tuas, tum maxime ob illam siugularem humahumanitatem qua me ita fueris complexus; in statim obvium & commendare, & cum suma ma opportunitate Regiis privatisque colloquiis Regi Christianissimo offerre gateseris: ut plame etiam si nolis, sis clientulum in me habiturus, quem ut inter tuos suscipias, vehementer te rogatum cupio. Anno salutis 1551.

Tibi ex animo devinctissimus

### GUILIELMUS POSTELLUS.



QUÆ,



# QUÆ, ANTE ALIAS,

## CAUSÆ AUTHOREM

UTDE

### FOENICUM LITERIS

E T

### GALLIÆ ORIGINIBUS SCRIBE-RET IMPULERE.

Uoniam quæcunque sunt in primis felicitatis votis ponenda; ea omnia Gallicæ gentis constitutioni adfuêre, ut in opere de Institutis & doctrinis Druidarum, & in eo quod de Galliæ originibus inscribitur, tradidimus, Scribit & Strabo.

2. Summa influentiæ cœlestis, post Syriacam, potentia in Galliam & eas provincias quæ ab ea ortum habuere incumbit. Est autem signi Arietis secundarius aspectus, ut in Ptolemæo licet videre.

3. Primogenitura mundi hujus (unde Primigeniorum jus) à Jano Noachove per Japetum concessa lipsi Gomero gentis Gallicæ authori & institutori, ut Josefus est testis, primam in Xx jure jure possessionis mundi gentem esse ostendit.

4. Umbrorum gens Italiæ antiquissima post diluvium, ortum tamen habet à Gallorum gente, quæ ea de re Avito antediluviano, et antiquissimo totius mundi nomine est, atque primigenia. Authores Cato, Plinius, Solinus,

Bochus, Berosus.

in vera religione posita est, tanta penes Gallos Druidarum doctrina alumnos suit, ut soli (ad Sannas & risum usque impietatis Graca & Romana) usque adeo & DEUM ESSE, ET INQUIRENTIBUS SE ESSE REMUNERATOREM crediderint, & affirmatint (licet, ut alibi sensim ex Gracorum venenis pestis idolosatria est ibidem oborta) ut crediderint tam sancte immortales sore animos, ut non ægre pecunias dare precario in hac vita, reddituris in sutura vellent & satagerent. Cæsar & Valerius Maximus.

6. Quum sit æquum, sicut animi imperiis corpus regitur, ita sacri magistratus, animos in Reipublicæ corpore procurantis imperiis, quum totius Reipublicæ corpus circumagi, tum maxime Principum iniquos reprimi conatus, penes solos Gallos hoc suit usitatum, ut etiam medio in conslictu accensos principes, sola præsentia, & nutu nedum increpatione sedarent Druidæ, & arma ponere cogerent. Cæsar, Strabo, Diodorus, Soli itaque Galli legitimis persectæ Reipublicæ imperiis, licet alioqui sint bellicos sissimi.

fissimi & phasquam viri, sunt usi, donec sensim inter eos oborta est factio, & quæ etiam hactenus & Naturæ & Scripturæ, & Gratiæ legera ubivis destruxit, & omnia pervertit ambitio & luxuria, unde sicut primum cœli aspectum post Fænices habent, ita omnia quæ præstantissima sub Judæis erant in secundo loco habuere.

7. Summa totius mundi fælicitas etiam ab initio Reipublicæ Gallicæ adfuerit necesse elt, quum illius gentis habenas, aut Filosofi, aut qui Filosofis parere cogebantur, moderari sata gerent, quales erant principes. Druidarum

alumni.

8. Totius Europæ orbis prima literarum memoria à Gadibus usque ad Asiam à Gallis occupatus legitime ita legitur, ut Celtarum nomen iade in totam Europam sit sparsum. Stra-

bo, Plinius, Diodorus, Eustathius.

9. Cimbri, quos uti & Cimmerios à Gomero vocabulum accepisse etiam adversarii Galliæ fatentur, & ortum à Gallis habent, &
primos motus bellicos in Europam diffudisse
leguntur. Cimbros autem esse Gallos Diodoros., Appianus & Valerius Maximus notarunt.

10. Si in occupatione secundaria armis parta, qua totus orbis mine utitur, est aliquid juris legitimi, Galli longe ante Romanos jui adtotam Europam à se sub Beloutso & Sigover Xx 2

Digitized by Google

fo subactam habent. Livius, Diodorus, Pau-fanias.

nos (& nunquam contra quicquid malevolus in Galliam genius feribi curaverit) ideo merito nomen Aboriginum cum Umbris eorum Alumnis habuisse leguntur in Ammiano Marcellino & Timagene. Unde quum ab Armenia per Syriam sanctam duce Jano venerit in Italiam gens Gallorum, teste Catone, & inde ex Gallia in totam Europam sparserit, sua primogenitura imperium, dubium non est, quicquid de Trojanis circunferatur, quin hoc vocabuli etiam Britannis dederint.

12. Genius autem sive Moderator & custos Galliæ Angelus tam formidabilis Romano
suit, ut rebus humanis omnino desperatis cogeret Romanos, quoties de motu Gallico audirent, consugere ad supplicationes puellarum,
puerorumque virginum cum Litaniis, quibus
decan abatur. A motu Gallico liberate Divi,
Hoc in historia Romana est.

13. Nullius alterius gentis fecit centra Romanos potentia, ut fenes & emeriti atque facerdotes & immunitate donati, arma fumero cogerentur, nisi sola Gallica. Appianus.

14. Ærarium contra folos Gallos facrofanctum fuit asservatum Romæ, quod Cæfar ideo merito diripuit, postquam magis sibi ad Romæ victoriam unitas Gallorum gentes, tes, quam victas fecerat. Appianus, Plutarechus.

15. Cæsar dictator, cui merito Gallia cessit, quòd eam à tribus potentissimis incursionibus Helvetiorum, Germanorum, Bructerorum, atque aliis intestinis bellis liberasset, si quid juris in imperio Romano constituisse potuit, hoc ab ipsa accepit Gallia, cujus militis in Alauda legione constituti, opera & benesio, tam ipsam Galliam subegit, quàm Pompejum oppressit, & quævis periculossissima bella consecit. Suetonius, Plutarchus.

16. Licet Sylla, Marins, Lucullus, Fimbria, & quisquis alius Romanus post Græcorum factionem longe Cæsare ditior ex provinciarum ære sategerit occupare imperium, nunquam tamen potuit, nis in Gallia & virtute Galli militis & opulentiæ Gomericæ nervis retiners, idque solum à Gæsare vindice

17. Qu'un literæ fint longè majus ornamentum quam divitiæ & potentia, nulli provinciæ mundi hoc contigit, ut à suo victore hoc unum longe ipse victoria majus beneficium acciperet, ut que ante, literarum monumentis idelituta suerat, clarissimam sue virtutis & nature descriptionem & cui nil addi posset elo-

Galliæ.

quentius, accipere mereretur factum.

18. Adveniente veri Dei cognitione, nulla alia regio fuit digna, que primarios Christi in Syria hospites Magdalenam, Martham, & X x 3 Laza-

Lazarum à Syria ejectos, & venti marisque arbitrio expositos exciperet, quam Gallia, tanquam quæ est secundaria Christi domus Christianissima: ubi in Magdalenæ memoriam il lius in evangelio recitantur facinora. Dionyfius admirandus ilse Pauli discipulus, & Marcellus Cæfas Petri alumnus propterea illuc sunt destinati, ubi innúmera fanctorum doctorumque hominum vixit multitudo.

19. Quum Gothi & summa tyrannide freti, & Ariana vesania depravati, totam ferè Europam concussissent, non accepere usquam gentium, quam in Gallia majorem

cladem.

20. Nullius regionis princeps cum ullo populo unquam ita est coactus componere res imperii ad eum delati, ut dimidia ejus posteritatis pars quò ad jus Coronæ, veluti nulla apsis regibus deperiret, nisi in Gallia, ubi reges à Francis accepti super Gallos coguntur in id jurare & observare, quod Gallica legis, quam male Salicam vocant, præscripta proponunt. Est autem ea lex instituta olim pro conservatione juris primogensture; que non nisi per masculos servari potest, ut cognoscat posteritas, hoc jam à Gomeri primogeniti mundi & parentis Gallorum temporibus fuisse observatum, inque totius posteritatis confensu & memoriis positum pro civilis juris Galliæ Capite. Quamvis enim liceat in dominis regno minoribus & nobilitatis usu ipsis fæminis domos ju-16 te primogenituræ sustinere, tamen in Galliæ corona nunquam licuit aut licebit.

regio exercitu una cum rege & clero Remensi demissa benesicium, nulli unquam in toto tertarum orbe datum est, nisi soli Galsa regi. & tum demum id factum est, quum Christi religionem se velle amplecti, & ejus asserndæ, se primariam sinalemque in suo regno curam habiturum, Rex jam inde christianissimus recepit, cui facinori cœletti si quis aut maliquo inter scribendum silentio, aut etiam verbis contradixerit, uti Reipublicæ universalis hostis & majestatis humanæ divinæque reus judicandus est.

22. Quum armorum insignia cujuscunque fint figure ob fame conservationem soleant tenacissimè retineri, & ob sanguinis potissimum antiquitatem vendicari, fit autem certissimum Clodoveum post sanctum lavacrum loco trium ranarum aut buffonum accepisse tria lilia, quin hoc divinitus sit factum contra humanam iconsuetudinem, etsi nusquam **feriptum** esser, dubitari tamen non potest. Quum autem sit in omnibus ejus temporis aut proximi scriptoribus notatum, divinitus celitusque fuisse lilii insignia missa Clodovao, quo in loco illustrissimum conobium ea de re fundatum est, in Joyenvalli loco ante ignobili: Quisquis etiam huic veritati quovis modo conmadixerit, quin perduellionis & summi in  $X \times 4$ Rem

Rempublicam criminis admiss reus & & dici haberique debeat, nemo in Gallia negrverit.

23. Ob tanta mysteria & summa in Remoublicam universi beneficia à christianistanis Regibus conferenda, eo quòd in regno christianismo est finis & scopus omnium regnorum mundi & potissimum legis Natura, Scripture, & Gratiæ confummatio & vert Gameria att Gemeriah (fiquidem Gomerus ea de re'à consummatione nomen habebat divinitus inditum) Moses divinitus in monte justius omnia inferius facere fecundum exemplar superiorum ... confummavit opus candelabri tabernaculi cum liliis lucernas cum lumine sustinentibus, ut in opere de Candelabri explicatione Venetris Hebraice & Latine edito, aperte documus, ex innumeris priscorum interpretum sentenaiis.

24. Ea de re Moses secreta docurina suis au ditoribus hoc prædixerat, quod Deus iratus propter regem Messiam parceret mundo, & propter lilium etiam & thessurem & conversionem secundò parceret mundo.

25. Solomon soc nomine lilis coronari voluit decem candelabra, labium seneum, & duas columnas Jachin & Bosz, que duo bra-

chia mundi figinficabant.

26. Ob illas quatuor res templi, nempe candelabrum Mosaicum, decem Solomonica, & ob labium & columnas, David cantari voluit quatuor psalmos super liliis, 80, 44, 60. & 69.

27. Eo nomine tam in sacris qu'im corum interpretibus mysticis sunt admiranda de his liliis coelitus missis mylteria, & inter cettera, communis est omnium confensio, quod clarifsimum totius Occidentis liliis præditum regnum (quod de Gallis dici, nemo fare ambigit) sir ab occasu in ortum ad acquirendum

Universi imperium profecturum.

-28. Sed fac ut facra filuerint. Nulla est gens hodie in tota Africa, Afra, & nobiliori Europæ parte, quin profetiis apud suos potissimum probatis, hoc habeat, fore aliquando ut rex Francorum, aut qui in octasu, regum est charissimus toti orbi imperet, & sacrum imperium Christi in propria sua loca in terra sancta restituat. Liber in quo illarum profetiarum acervus est à me collectus apud Marnesios Pictavis editionem expectat.

29. Sed fallis divinam ordinationem confirmantibus patet quod supra visum est. Con-Rantinus cum ex Anglia ad Maxentii tyranni destructionem, & baptismi receptionem Romam proficiscens, non alibi quam in Gallia figuran crucis cœlitus oftense videre potuit.

unde in fide confirmaretur.

30. Propter fummum beneficium à principibus Marcello, Pipino, Carolo magno, & opibus & militibus Gallier maxime & in primis fretis fultifque toti Respublicæ christianæ collatum ipfi Carolo magno uti Galliæ regi, & non alias, data est prima legitima corona mun-Xxs di

di ab ipso Christo, ut opus est, per Summuni Pontisicem, Petri legitimum successorem, & ideo acclamatum est à Romano populo: Carolo magno Galliæ regi & imperatori coronato à Deo victoria.

31. Factum inde est, us licet per Pontisicum bonis omnino dissimilium factiosas ambitiones, corona & electio imperii sit suo loco mota; & Galliæ regibus injustissimè ablata, tamen totis septingentis annis, à quibus nil aliud sataguno adversarii quam opprimere Galliam, & Germanico imperio subjicere, non tantum nil contra illam prosecerunt, sed quantomagis opprimere illam sategerunt, tantomagis illustrem, fortem, & munitam reddidere, ut planè sit hoc regnum Christi & ejus Ecclesiæ, eo quòd per adversitates suscitatur, simile.

32. At verò quid magis admirandum, quam quod solius divinæ christianistimorum regum ordinationis gratia fieri, videmus, ut quim sin homo cæteris similis rex, tamen solo contactu Hiatrochæradicus aut Scrosularum medicus sat? Quod non tam multi hodie atque olim sanentur aut videantur sanari, hoc vero nostri seculi incredulitas & ubivis consurgens Atheis, mus sacit. Vidi sane quamplurimos curatos, sed qui insigni erant side.

33. Prodeat in medium sacrosanctæ puellæ Johannæ sacinus omnibus seculis ut admirandum ita inauditum, licet impiis aostri seculi invisum & jam ab aliquot Atheis scriptis progl

scissum & elevatum. Perierat penè Gallia. Rex Gallie, Biturigum rex tantum dicebatur. Validissimis Burgundionum, Germanorum & Anglorum exercitibus oppressa jacebat Gala lia, quum unius puellulæ virtute, eò divinitus & miraculose conducta est nobilitas Gallica, alioqui vix imperii virilis praterquam in fuo rege patiens, ut fæminæ pareret, auspiciis tam fælicibus, ut intra biennium, plura sint ejus ductu faginora, tamo defendendo, quam infulz tando edita, quam quivis potentissimus princeps & ceptenis hominum milibus vallatus toto petuisset decennio. Et interim si diis placet, crédemus Atheis, qui nobis commentant affingunt, & somniant, ut rex ductu puella excitaretur, quasi saxa & bestiæ id temporie homines suissent, quasi verò non constet de accusatione contra illam juridice Rothomagi ab Anglis intentata, de miraculoso ejus ad Regem adventu, de Pontificis summi censuris in judices. Hæc adhuc media in luce hominum versantur, in recenti etiamnum sunt memoria, & ista patitur publice proscindi christianissimus rex. O tempora! Et si falsi aliquam suspicionem habuissent, debebant ob regiam authoritatem dissimulari, & nunc quum in omnium ejus temporis scriptorum historiis sint conflantissime sine ulla suspicione falsi scripta, funt qui vellicare & negare audeant, tam libenter profecto Christum negaturi & risuri, si zudeant, quam ejus spiritui & virtuti in suis mem-

membris agenti detratiunt. Duo verò omnium feculorum admiratione in les jure Gallie vincunti Primum, fumma totius mundi hue universo genere humano incogiumte devoluta Authoricas. Alterum, Summa qua unquam-in toto orbe terrarum haberi pussit victoria de ipilis cofdibus.

24. Quam enim, quod ad primum autnet, ægte polit illad live miraculolis supernaturalibulque, five humanis & in violentia politis viribus obtineri ut cujulquam authoritas prafancta & inviolabili habeattir its ut in illius sponte sententiam eatur, procaldubio in maxima totius orbis admiratione ponendem eff quod in duobus argumentis que in toto mundo fumma funt, universus orbis Romante Ecclesiæ subditus probarit facultatis Theologicas & cleri Galliei judicium dieum inter personum pontificis & concilii collegium, ne videlicet Papa poliquam dedit locum & tempus concilio, possit illi esse superior. Quum enim fit summum Ecclesiæ captte, tam in sede apofolica, quam in fummo ipsius Ecclesia conchid de summo consensus licet facultas Theologia etiam omnia fua acta & censuras, Ecclessæ Catholicæ & sedis Apostolicæ correctioni alias submittat, tamen tantum illi est à totius Christianismi consensu attributum, ut illa quæ duce vero scripturæ & Ecclesiæ sensu contra fummi pontificis malum conatum fanxit. & toti clero Gallie afferendum eradidit, fint ubivis

ubivis ab omnibus probata, & tanquam divinum oraculum recepta, ut duce infa facultatis fit ipfi Christo suz sedis vera authoritas asservata, quod nunquam fuillet, si pontificem superconcilium & deinde super Ecclesiam & Deum insum elevari permilisset. Licet itaque nullam authori-, tatem in ecclesia Dei ex hoc prætendant, tamen illos potentialem & status ecclesia in veritate conservandi assertoriam illos habere certissimum est. Multo verò major authoritas illis, non tantum non ambientibus, sed ne cogitantibus quidem est concessa spontaneo orbis Latini consensu in Glossa ordinaria & eius appendicum approbatione, quum constet editum opus à Theologiæ facultatis alumnis, & probatum fuisse ab eo tempore, à quo sedes imperii est suo loco mota, Resolutus autem Ecclesiæ Latinæ sensus de scripturis ibidem est duce facultate collectus & receptus. quam est hoc admirabile , nt dum sententiarum Magistrum satagunt expenere ejusdem scholæ alumni, & loca aut revera, aut per speciem in Doctoribus & Filosofis pugnantia conciliare, reddiderint rationem aut demonstrativam aut adversarii cuinscunque, resutatoriam de illis omnibus sententiis, quas alioqui simplici fide in facrorum fensu tradidit Ecclefia credendas. Sic fummæ authoritatis, perfectissimi sensus scripturarum & summæ de divinis rationis nervus est in Gallia penes illos repositus, ut suranum jus divisum hic delitescens

tescens penes illos esset, ad quorum principem summum monarchize mundi jus pertinet.

hoc ultimum imponet Colofonem quod fecundo in loco poliueram. Quum enim consiet omnes homines & aute alios Gallicam gentem esse libertatis studiosissimam, & vix alienum velle pati imperium, tamen usque adeo illa sui principis ex animo amans est, ut licer extrema etiam ab ipso pateretur quæ solent amale feriatis principibus & ira Dei percitis in populos perpetrari, tamen ex toto cordis affectu nunquam desinat sui principis obsequiis attendere, & persectissimam miraculorumque plenissimam victoriam cordium suorum illa concedere, qui sinis & scopius est dominii hus jus mundi.

36. Has quinque & triginta causas ex innumeris aliis à me decerptas, judicavi mê jure impellere debuisse ut oftenderem, sicut
Gallia ipsa rebus à me supra memoratis est illustris & omnibus mundi provinciis secundum
terram sanctam præserenda, ita palam sacerem ipso charactere Fænicio etiam secundas
post judæam partes nobilitatis antiquitatis
que obtinere, qua de causa hæc præmittere
libuit.

37. Sed coronis causarum in hoc est, quod

quum totius orbis terræ consensu sit probatissimum, & principes & gentem Gallicam super, omnes omnes orbis Christiani potentias esse de Eccelsia & Republica Christiana benemeritissimam,
& quæ observata lege, bonis principibus & populis atterna sategerit, pro aris & socias præstantissimis, summas suas vires, quantum sactenus potuit, exercere, necesse est, un illorum ipsorum populorum consensu, summam hujusmodi laborum præmium, hoc est summa temporalis hujus vitæ corona illi addicatur adjudiceturque, & tradatur.



DE

# THE CONTROL OF THE PROPERTY OF

DE

# FOENICUM LITERIS,

SEU DE PRISCO

## LATINÆ ET GRÆCÆ

LINGUÆ CHARACTERE,

EJUSQUE ANTIQUISSIMA ORIGINE ET USU, COMMENTATIUNCULA,

Guillielmo Postello Barentonio auchore.

Unde loquendi osdingue origo.

ita & lisgua loquendive usu ab isfdem segregasse sequendive usu ab isfdem segregasse sequendive usu ab isfdem segregasse fatentur, quotquot
ipsius naturam diligentius perpendere sategegerunt: ita ut non minus animal locutorium
locutionisve capax, quam rationale ipsum
hominem vocare possis, ut Græcum nomen
rò roquero nobis una voce significat.

Sicut enim videmus, licet homines universiratione sint donati, tamen nisi conversatione, usu & cultu ipsius rationis igniculos excitent, parum parum differre à cæteris animantibus, sic-& locutio ipsa ea natura est, ut non nisi ex crebro vocis usitatæ auditu, ratione ad rerum nomenclaturam aptato possit haberi. Locutio enim nil aliud est, quam rationis quadam praxis ex anima ad externum auditus sensum deducta. Clarum itaque est, quod ut primus homo divinitus rationis usum ab ipso ortu accepit, ita & loquendi nuncupandique universas & singulas hujus templi naturæ partes munus miraculose recepit.

Quum enim exercitazione & usu tam ratio quam locutio in nobis sensim de potentia in actum deducatur; clarum est illum à quo ortum universi ducunt, & rem ipsam & ejus vium, ut in posteros transfunderet, divinitus

& doctrina fupernaturali recepisse.

### An lingua una olim fuerit; & quænam sit.

Emini recta ratione utenti dubium esse potest, quin sicut unicum esse genus hominum videmus & non plures; unum Deum & non plures: ita sit necesse, ut olim à mundi principio, aut ex quo intellectus numerator in humani corporis carcere clausus dedit temporis sui motus numeros, suerit unica lingua & non plures, qua una duce in hoc mundo, veluti, in una domo magna; homines ad invicem suam politiam conversationemve in unius Dei laudem exercerent

rationisque aculeos in se mutuò transfunderent. Siquidem frustra Deus & natura per plura fecisset, quod posset fieri per pauciora. Unica verò lingua unico hominum generi fatis ab initio fuit, imò plures impedimento fuissent. Ouæ autem illa fuerit, nobis hodie & cognitu perdifficile & investigatu impossibile, nisi divini juris ratio nobis exponeret. Plinio, Mela, Herodoto, & multis in hanc sententiam authoribus. Fornicum literas aut æternas, ut vocant, aut tam antiquas fuisse, ut earum origines fint omnium literarum memoriam supergressa. At quum videamus Dei fummi omnipotentia factum fuille, ut licet fit nunc impiorum Atheorumque fumma cohors in orbe terrarum, tamen eò sunt divinitus conducta coactaque max ma totius ocbis potentiæ, ut non possint alia ratione in fuos exercere imperia, nisi jurent principes in sacrosancta religionis Christianæ Mosaicam absolute adimplentis præscripta. Quam itaque sit necesse, ut duce somma potentia mundi, que nunc in Christianismo versatur? facra historia primariam in authoritate fidem faciat, confletque tam ratione erymi quami historica narratione primam illam Sanctamque linguam effe, in quam primum & facra feriptura est extrata, & priscorum patrum locoromque nomina funt expolita, nemini dubium relinquitur, quin Hebraica sanctave aut Fornix lingua fit illa Remidere divinitulve inspira's

spirata primo homini, quæ primo fuerat toti generi humano in usu. Etymologiæ sacræ veteris tellamenti in nulla alia lingua mundi habent sue veritatis etymologicæ rationem, quam in Hebraïca, si pauca vocabula excipias, ut in Galaad videtur, Chaldaïca adfertur, aut Manhu, ubi Arabica exprimitur, eo quod illæ duæ funt inter Hebraice alumnas primarie. Constat verò Decalogum firisse cœlitus in Hebraica lingua scriptum cum toto veteri testamento. Sacra itaque Plinianæ & humanæ authoritati in hoc consonant, quod Fænicum lingua & literæ fuêre in primo mundi usu. Nam Fœnicia, Syria fancta & Judza, regnum est Hebraici sermonis. Ideo primus locus sacer mundi ad sepulchrum Adami ibidem est. Propterea terra est divinitus ad illius linguæ usum electa. Idcirco primus cœli aspectus, in eam provinciam incumbit, ut cœlestia divinis per omnia quadrent, & illustrent eam regionem, in qua instauratus & fundatus est divinæ linguæ usus, unde fons sacrorum & Christi proprietas.

Quonam charactere scripta sit prima lingua mundi, five Hebran.

A Dmodum esset arduum divinæ providen« 🔼 tiæ, curam quam de rebus humanis habet ostendere, qui summus & totius literarii Y y 2

negocii scopus, imo ipsius mundi finis & caufa primaria, nisi ipsarum literarum memoriam nobis anteactorum res exponerent. Multo verò esset difficilius, imo pene impossibile rerum fingulis feculis gettarum memoriam nostri seculi usuræ aptasse,nisi illæ ipsæ eædem literæ Gcut & providentiæ, sic & hominum gesta fæctaque nobis explicarent. Servantur autem monumenta antiquitatis, aut historia, aut numismatis, inscriptionibusve, aut præsenti rerum conditione. Historiæ & inscriptionum modus satis est cognitus. Præsens autem rerum conditio ad historicam fidem faciens ejusmodi est, ut, verbi gratia, de re mihi proposita dicam, si quis nunquam ulla literarum memoria de Samaritanis audivisfet (quod & de quibusvis populis & rebus antea non notis est commune) & in Syria videret in urbe Sichem esse Judæos homines, qui proprio linguæ charactere, lege Mosaica solum, incognitis aut repudiatis aliis sacrorum veteris teltamenti libris in suis sacris utantur; qui hæc primo videret, colligeret necessario gentem esse antiquissimam in Judæorum genere, & quæ antequam cæteri facrorum libri scriberentur probarenturye, jam à cæteris Judæis defecisset. Quum enim videantur Judzi communes Thalmudicis fan-Cionibus irretiti, & Caraini qui repudiațis omnino gloffematibus neotericis, summo adinvicem odio in Judaismo persistunt: hoc tamen

men habere commune, ut una cum Mose etiam libros omnes canonicos, pro canonicis habeant, qui sunt in lingua Hebrarca nunc superstites, & communi usitatoque charactere utantur: Sumaritani autem disferenti solum charactere quinque libros Moss omnino issem verbis & sententiis atque alii habeant, necesse est (nec enim unquam repudiari solent libri sacri semel in religione probati, quandiu extant & habentur incorrupti) ut jam ab ipso legislationis tempore literæ Samaritanorum extiterint & suerint in usu communi, antequam qui nunc extant publice &

in populari ufu extarent. Nam opus est præsenti rerum conditione hoc colligere, ut antequam essent alii libri pro facris recepti, & alio charactere exarati, ut non tantum Samaritani, sed & Judæi veri, qui domum regni David funt secuti, hos characteres habuerint, ut & ipsi affirmant Samaritani, qui in hac re nullam de mendacio, fi committerent, utilitatem traherent. Hæc igitur sit prima probationis pars tam ex communi rerum conditione & judicio tracta, quam ab inforum Samaritanorum ore affirmata. Siquidem singulis populis de suis rebus tractantibus aut referentibus magis est credendum. quam aliis. Quod si consona cateris historiis affirmare videntur, dubium non est, quin verissima referant. Constat unius divi Hieronymi sententia, suo seculo jam ante circiter du-Y y 3 cen-

centos & mille annos exacto, eosdem Samaritanos media in Judza habuisse probasseque tantum quinque Mosis libros eodem atque cæteri Judzi characterum numero, sono, & nomine: sed figura tantum differente descriptos. Unde scripta historia commune approbat ju-Ouum autem Jerosolymam non tantum Historiæ sacræ asseveratione, sed unius Plinii ( qui instar omnium authorum humani-, tatis in hac re mihi est), sententia constet suisfe omnium urbium Orientis clarissimam, ut in qua regnum Judaicum omni excellentiz genere floruit, unde & monetæ & numismatum usum habuisse, quum maxime storeret, certum; est nullum potest esse dubium, quin illius monetæ numilmatum characteres fuerint ipliregno, cujus sedes Jerosolymis erat posita. communes. Licet itaque nunc habeant nobis vulgo notos characteres in facris, & Samaritanos plane ignorent, tamen ex numismaribus illis quæ assidue in ruderibus ruinæ Jerofolymitanæ reperiuntur, videtur illis omnibus olim fuisse idem character communis, qui nunc solis Samaritanis in usu superest. Nam, præter argentes & aures præclara numismata, quæ videre in ea lingua licuit, Jerosolymis vidi ærea & communia innumera, in quibus, omnibus, hoc est commune, quod & Jerusa-, ipsam laudant, quæ ipsis Samaritanis semper post Solomonis tempora suit exosa, & vasculum Mannæ ex una parte, & altera virgam

gam Aaron uti res fumme in lege memora-

Biles insculptas habent.

Quum itaque reges Ifrael qui nunquam confentire in adorationis loco cum regibus Juda voluerunt, & fibi in Samaria vel Sichem regni basim fundarunt, nunquam celebrarint Jerusalem, & tamen in eo charactere quo nunc foli Samaritani, qui sunt decem tribuum Ifraelitarum reliquiæ utuntur, inveniatur celebrata Jerusalem, opus est, ut in usu communi in regno Judæ suerint, & per conquens omnibus olim Judæis communes.

Unde ortum habent qui nunc sunt characteres inter Judgos, & quanam ratione Samaritanis Fanicibusve sint substituti in usu publico.

Onstanti Samaritanorum side, historia & numismatis certum sit, quod usus Samariztani Foenicisve characteris suerit publicus, qui antem nunc in usu est, in nullis vetustis numismatibus videtur, quare merito dubitatur suerit in usu & rerum natura nocne, Moss temporibus. Sed hoc dubii tollit omnino historia à Moss temporibus, ad nostra usque tempora sideliter conservata, & veluti sacrofanctum mysterium per Septuaginta duorum seniorum secretioris sensus legis conservatorum manus ad nos usque deducta, in qua sic scriptum legitur, num secretioris sensus ad nos usque deducta, in qua sic scriptum legitur, num secretioris sensus ad nos usque deducta.

בנסירן הוא Mem Jetumach vesamech beluchoth benilanjon bavu. Hoc est, Mem clausum & Samech in tabulis cum miraculo erant. primis enim tabulis, quas Moses visa populi fui idololatria fregit, certissima omnium & antiquorum & recentiorum interpretum fide constat, ut visus tunc docuit, fuisse ita divinitus inscriptas tabulas aut decalogum in illis, ut sculptura literarum omnino ab una parte tabulæ ad aliam penetraret miraculosissimé. Sed omnia miracula ejus scriptura excedebat illud quod Mem finale, que est litera omnino clausa, & Samech, quæ est litera nidem omnino claufa, sur medium uti illud altum, quod in infius O medio videtur, miraculose in acre fine ulla adhærentia cum tabulis fervabant. Quare comminutis aliis literis, illæ duæ integræ remanserunt. Quum hæc ita constantissime fint scripta, & per manus tradita in Septuaginta duo auditorum Mosis senatu perpetuo & constet in nulla alia totius Orientis lingua, aut Mem finale haberi; aut ipfum Samech effe rotundum & simile ipsi Mem finali sive clauso. nisi in ea lingua qua comuniter utimur in sacris Moseos libris, certum est fuisse penes Mofem duas linguas aut saltem characteres, Primam nobilissimamque, quæ cœlitus in tabulis elt exarata, & communem popularemotie, quæ ipsa nunc est Samaritana, olim fuit Fænix, & in usu Reipublicæ Judaicæ communis. Ouæ divinitus. fuit inscripta, est plenissima mysteriis, & omnino ex solo Jod composita, ut est in placitis auditorum Moss, & ut suo loco monstrabitur.

Unde est & Syriacæ & Arabicæ, quæ ex ea degenerarunt, parens. Altera autem & popularis vereque Fœnix, dedit originem characteri Latino & Graco, qui idem, Plinio teste, olim fuit, fed diu ante in Latino quam in Græco orbe. Verum quid moverit Efram virum divini juris consultissimum, ut ablegatis & ad folos Israelitas qui in Samaritanam hæresim lapsi erant relegatis Fornicum characteribus, publice divinos exponerer, & se invenisfe affereret apud populares, nondum est satis ab ullo scriptore notatum. Ideo quia hec res est non minus necessaria, quam jucunda cognitu, quoad nostri de hac, & de aliis originibus commentarif ampliores prodeant, & ut lucem nostro opusculo de duodecim linguis aliquam adferum, visum est tradere. Dira admodum hæresi laborasse decem tribus Israeliticas: Quod unitati Ecclesiæ sub regno Judæ constitutæ non consentirent, quod idola una cum Deo colerent, & quod canonicas scripturas post quinque Mosis libros scriptas repudiarent, nullum est dubium. Licet emm sint in Orientem abductæ, & demum sponte in ea loca profectæ, unde poslea & Turcæ & Tartari exierunt, tamen corum legis docendæ gratia, tam inter Cateos, quam inter eos qui captivitatem effugientes in Syria remanserant Yys

Sacerdotes ex consorpio abductarum sunt reducti, ne leones in eos sævirent.

Quare clarum est in prisca hæresi ipsos Sacerdotes remansisse una cum pentateucho & suis literis Samaritanis. Esras itaque quum videret post reductam captivitatem Babylonicam & refectum templum facta reformatione. vix fieri posse, ut ipsa reformatio servaretur, quandiu media in Syria essent una & Judæi & Samaritani, sategit ut omnes libri sacri una cum pentateucho in ipsa lingua secretiori & coelitus data ederetur, ut in ipsius exemplari Bononiæ habentur, veluti in ea quæ fuisset à se inventa. Quum tamen illam non invenisset, sed à schola sapientum Moss anditorum ellet profecta, quod ipsum latere principes & populum voluit, ne illos male haberet, quod penes se jam per annos mille, illam sibi soli facerdotes & doctores causa mysteriorum populo non explicandorum habuillent, imo quod jam ab ipso Adamo usque ad illos fuissent sapientibus in usu, Non enim ut nova esse videretur, sed ut antiquissima & coelitus esse primo instituta crederetur, est Moli à Deo omnino in suis consiliis & actibus immutabili da-Esras itaque ut cum Samaritanis saltem ipso characterum usu differret, ne possent amplius in suis afflictionibus judzizare, ut in sacris & in Josefo amplius videtur, invenit modum excommunicationis eorum per characte-Adamus cœlitus hanc habuit quam non

didicerat. Moses item colitus habuit, ut re-

Christus illius literas sciebat, quas non didicerat. Nam & in libris Judæprum charactere Hebraico scriptis legebat, & intelligendo cum illis qui summam intelligentiæ clavem dicebantur habere, disputabat. Josefus testatur fuisse ante Diluvium earum literarum usum in-Sethi, & Ænossi, **Icriptione** columnarum Enoch autem suas ante Diluvium scripserat. profetias. Itaque in legis natura (cujus princeps Adam) principio, in legis fcriptæ origi-ne, cujus dux Moses, & in Gratiæ exordio, cuius author Jesus Christus, lingua ab Esra. primum exposita publice, fuit in usu, de cujus sacramentorum mysterio satis magnam fidem faciunt duz literz Jod & He, in nominibus Abraham pro Abram, & Sarah pro Saraï. Charles 1

De publico & prisco Fanicum charactere, & quomodo litera Latina & Graca originam ab so duxerint.

CUpra jam diximus ex Plinio, quæ olim Græcorum & Latinorum literæ, charachere eædem fuerint, ut ex inscripcione Nauficratæ Atheniensis Romæ petebat. Quum autem videamus ordine, nomine, potestate, & figura cum eo charactere convenire, qui nunc

#### GUILLIELMUS POSTELEUS

nunc est Samaritanorum antiquissimorum Forniciæ regionis habitatorum, & sit constantifsima fide posteris traditum, quod alteræ saltem, hoc est, Græcæ literæ sunt à Fænicibus desamptæ: non est dubium quin sit hoc verissimum, ubi ordo, nomen, potestas, & figura historiam confirmant. Quod autem Plinius scripsit in hoc fuisse omnium gentium consensum, ut Jonum literis uterentur non contradicit de Fœnicibus, sed omnino confirmat. Siquidem Herodotus in hac sententia longissis me à fabulis alienus ex ipso sui seculi experimento testatur eosdem characteres, qui penes Jones erant pridem ante & supra hominum memorism apud Fœnicas fuisse, quas etiam nunc regionis incolæ Punicas vocant.

Sic autem habent Fornicum literæ.

#### Hic est prime tabulæ locus.

Græcos habuisse usum literarum ab Hebræis qui idem sunt Fænices, Eusebius ex nominum ratione testatur. Sed more Chaldaico addito fere ubivis ad vocabuli sinem elemento A, nomina protulere Alsa pro Ales, Beta pro Beth, Gamma pro Gammel aut Gimel, Delta pro Dalet, Epsilon', pro e tenui seu aspiratione leni, & sic de reliquis. Sed ne deprehendi possent gloriæ quovis modo sibi vendicandæ cupidissimi homines, Cadmus & quis quis

AUM (

oM. EV,

עלצ."

# TAB. II. pag. 716.

Lingua hæc fuit, ut habent Arabes, ab Ahrist brahamo data Ismaeli Arabum & Ismaelitarum
parenti. Unde constat illam quæ divinitus data
est Most fuisse jam ante communem patribus, &
Adamo fuisse divinitus etiam insculptam, ita ta

alt F

 $\mathcal{C}_{i} \subset \mathcal{C}_{i}$ 

1111

quis voluit author videri, ordinem potesta, temque corruperunt in multis. Nam eo quod literam Vau, quæ senarium no at, suo loco moverunt, ut ad finem in y pillon mutarent, posuere in ejus loco e, factam ex minuscula forma vau ? notam abbreviationis . . & numeri 6. Cæterum in eo loco f. Latina est. dicam postea qua ratione. . Obmisso aut Cof seu Cuf charactere, & Latinis relicto in nostro Q ejus figuram repræsentante, assumpsere tzade notam numeri nonaginta, ut adhuc utuntur sic , vel sic ?: & eadem obversa litera in 4 verterunt, eo quod stridulo quodam sono proferrur, nt qui tzad, aut flade profert, videatur psade proferre. His tribus elementis suo loco motis, figura, potestas, nomen. & ordo, plane ficut in Fænicibus remanet. Cæterum Latini videntur potestatem mutasse. in aliquibus. Nam habent C loco gamma, aut Gimel, quod quidem est factum, ob prolationis palato efferri solitæ affinitatem. Siquidem hodie videmus passim literas ejusdem prolationis eodem modo mutari, ut in Græcis conjugationibus & tota Etymologiæ ratione videtur. Idem enim accidit & vulgaribus linguis uti Toscanæ (ut vocant) & Germanicæ prolationi. In Armenica porro & Georgica lingua hoc ipsum videas. Quum enim à Græcis plura quam ab aliis accéperint, vocant

#### 718 GUILLIELMUS POSTELLUS

Armeni literam quæ est loco Gamma, Quin i Georgi autem Can. Sic enim dicunt Georgi An. Pan, Can, Ton, En; Vin, Zen, He, hoc est, A, B, C, D, E, F, G, H, &c. Sextam autem que est Vau, servamus in F. feu digamma Ædlicum à folis fere Germanis Hodie proferri solitum. Ubi vero est Zain aut Zeta ob prolationis affinitatem in G'mutavimus, 'ut adhuc hodie in tisu Nivernensium videmus, ubi vulgo omnino mutant Gin Z. Obmiffum est omnino Thet sett Theta apud Latinos ut uno T, essent contenti. X etiam qui est in loco Samech & zi remotus est à sua fede & ad finem servatus. Tzade omnino excidit. Q est servatum. Y est à Græcis captum & bis habetur Latine in F. & in fe ipío.

#### De figuris quomodo quadrent.

Quadrare elementa elementis, pro longe majori parte, non est dubium quin hoc satis superque esse debeat ad originum rationem. Sed quum figuræ figuris respondere videbuntur, tunc probatio suerit luculentior. Licet verò sit in consesso characteres majuscula forma scriptos tam Græcis quam Latinis secundum Plinii sententiam non tantum similes, sed planè eosdem esse, si excipiatur e cum cum

kum x,&Ccum, r, & Z cum G dissonantia diffimilitudove; tamen in figuris minusculis videmus tam laté Græcos à Græcis, & Latinos à Latinis distare, ut longe sit minus mirandum tam late minusculos Latinos à Græcis differre & contra, quum constet minusculos Gratos à suis majusculis tamtundem pene differre quansum minusculi Latini à minusculis Gracis. Elguras itaque capitales funt nobis capitalibus opponenda. De conformitate Gracorum & Latinorum nil dicam. De Samaritani autem majusculi ut communius, aut etiam minori figura scripti cum Græcis agemus. Illud autem est, ut pro maxima parte commune, quod sigut Hebrai Fænicesve scribunt recto & vero primoque motu naturali à dextra versus pectus aut in sinistram, nos autem omnino contra naturam à finistra in dextram aut in exterius. fic & characterum figuræ respectu nostratium funt inversæ (ut loquimur falso) hoc est à dextra in finistram. Janus itaque qui est Noachus & ejus liberi ab ortu in occasum profecti. eo quod motus occidentalis sive planetarum fertur à finistra in dextram motu primo mobili opposito: fategerunt etiam usum literarum quas attulerant à Fœnicia, conformiter cum occiduo cœli motu invertere. Sicut itaque videmus in Samaritano charactere quum in sui natura est, primumque mobile imitatur, nil plane pobis repræsentat, ita quum videtur adversa

### 720 GUILLIELMUS POSTELLŪS

facie ab occasu versus ortum, plane & Gracus & Latinus est. Si quidem liveræ ambæsunt eædem in charactere capitali majusculove. Si claudas pauxillum Alef, sit Alsa: si Beth ab inseriori, sit hoc ipsum: Gimel plane Gamma est: Daleth, Deltha: He, Epsilon: Vau loco mutata est: Zain; Zetha: Heth, Hetha & Ha Latinum. Theth sigura sursum prorsum versa, siguram minusculi Theta hapbet. Jod non nisi cum Latine omnibus sere scriptoribus usitato

« Caf, cum Cappa: Lamed si obvertatur apice erecto, alioqui Latinum L est. Mem est Latinum aut 3 minuscula My Græca. Nun est minuscula forma ipsius y aut p, paululum depresso capite. Samech aut Csamech, út Damasceni Samaritæ proferunt, ex 🗲 vel g. Hain subtriquetra est: Omicron , rotunda: Pe si erigitur, est Pi. Tsade & Cof Græce non extant in hoc loco, Res elt Ro: Schin est Sigma. Tau est Taf. Ypsilon. Vau suo loco mota. Quatuor illæ aut tres sunt additæ, ne paterent origines, ut hodie Moschovitæ & Jacobitæ, quos Costios vocant, ipsis Græcis quatuor aut quinque addidere. Nomina autem & potestates cum ordine in Græcis literis funt immutata, penes Moschovitas & Servianos Syrmianosve, ut quod Graei Fornicibus fecere, itidem in suis pateren-EUT.

tur. Sed fatis patet quomodo, ordine, nomine, potestate, & figura Samaritanorum sint iidem atque Græci & Latini.

De divino & solis sapientibus Moseos alumnis antea communi charactere Fænicum seu Hebræorum, à quo Arabicus & Syriacus deflaxit!

Rationem esse tanto perfectiorem, quafito paucioribus plura comprehenderit æquali atque major prolixtas facilitate, nentinem ambigere judicarim. Quo itaque lingua pauciori charactere & paucis plura fignificante plura complectitur, eo est perfectior. re viginti & duæ illæ literæ Hebræorum quibus facrorum librorum scripta comprehenduntur, in sui origine non nisi una litera Iod denarium significante sunt.

Omnes vocales non nisi unus punctus. Accentus puncto & linea fola, recta aut curva constat. Prima illa litera ex qua cæteræ omnes pendent est prima superficies duobus semicirculis & una sola recta linea constans. Ouum enim circulus fit prima & princeps superficierum triangulus qui duobus semirculis & recta linea constat, prior est eo qui tribus rectis consurgit. Sicut itaque prima veritas demonstrabilis & Mathematica pris mam in demonstratione fidem facit, & constat

Digitized by Google

#### 722 GUILLIELMUS POSTELLUS

stat usu puncti, linez, & superficiei, sic & divina sacrorum veritas, cui omnis inserior veritas subjecta est, consistit in usu puncti, linez, & superficiei. Nam per quod unum quod que tale est, & illud magis. Quum autem & puncta & accentus una cum literis sint exculpti, & alibi suam editionem expectent: sat suerit ostendere nunc & quomodo omnes divinz literze sunt unicum Jod vario modo collocatum, & quod per scribendi celeritatem Syriaci & Arabici characteres ab ea defluxerint. Nam sat suerit ostendisse duos illos literarum Fœnicum sontes, ut videamus quomodo universus orbis in hoc consensit, quod his literis utatur.

#### Hic est secunde tabule locus.

Arabes versutissimum hominum genus & plane Ismaelitikum, id est adulterinum, postquam cognoverunt suas literas ortum ducere ab Hebraicis, sategerunt non tantum absolute dissimiles forma reddere, sed ordinem etiam perturbare & nominum bonam partem mutare studuerunt. Itaque Elif pro Alef, Be & Te pro Beth & Thau, Gim pro Gimel, Dal pro Daleth, &c. Sed de nomine mutato nil mirum. Siquidem & nos Fœnicia nomina in nostris mutavimus. Sed duplici ordine ipsorum characteres exarare visum est

prisco & neoterico, ut omnia planè adultera. ta in Ismaelitarum politia intelligamus ad literarum usque elementa, fidesque fiat sacrorum ad ipsa usque experimenta. Nam ea de re sic natus est Ismaël. Syri autem illi. qui linguam illam vulgarem, qua Christus in Syria sancta docuit Evangelium, in sacrorum libris immaculatam servarunt, in qua omnia novi Testamenti volumina, & bonam partem veteris; cum innumeris interpretibus & magnis ritibus habent, illi ipsi conservant revera characterem Hebraïcum nomine; ordine, potestate, & aliquantum alterata mutatave figura; ita ut nemo possit ire inficias illam ab Hebraismo tam charactere quam literis descendisse. Attuli autem multis nominibus facros codices in ea lingua quæ Fænix quidem & ipsa est, attamen vulgaris, sed primo ut impietati ubivis oborienti. & sacros Latine & Græcè corruptos esse asserenti, ipsis windeapois occurram, consonantiam in verbis & sententiis ostensurus. Secundò. ut reducti in priscas formas characterum libri facri, possint Judaicæ genti convertendæ inservire, in quam rem illos quæsivit Daniel Bombergus, milique ad iter impensas fecit. vir sanè de Republica Christiana & literis fummopere meritus, & cui uni potissimum hoc debetur, quod Hebraïca & Syriaca lingua, ambæ Fœnices, fint in Romani orbis co-Zz 2 lonias

#### 724 GUILLIELMUS POSTELLUS

lonias delatæ. De cæteris una & de istis jam duplici opere egi, Arimo in duodecim linguarum libello jam pridem Parisiis excuso, & in Originum libris apud Oporinum suæ excusionis tempus expectantibus. Supererit mihi quarta & ultima absolutaque de linguarum origine & historiis variarum gentium editio una, cum accessione characterum Georgorum, & sidei articulis omnium earum nationum quæ illis utuntur, ut possit hinc orbis terræ concordia à nobis instituta facile consummari, quum discussis variis de religione & ritu vario variarum gentium symbolis, concordabuntur quæ eadem funt, & fensim instaurabuntur quæ funt collapfa unico SENSUS catholici beneficio: cuius clavis, etsi unica est in Ecclesiæ catholicæ consensu, tamen versatur nunc maxime in ea Theologorum facultate, quæ & Christo summa. fui imperii jura, & scripturis sacris suum legitimum sensum in exfraseos seu Glossæ ordinariæ voluminibus ab ea editis & Magistri expositionibus asservavit. Ea autem est Christianissimæ gentis & regni item Christianissimi moderarrix, quæque sola jam fere septingentis annis Concilius ipsis in quibus & Christi & Ecclessiae summa versatur authoritas, suam, ne suppeditare ur, conservavit dignitatem, & sine cojus opera fummum scelus mundi pridem fuisset actum, sicut & voluntte perpetratum, & qui in summa mundi hujus authoritate, est super

pra communis omnium domini majestatem in concilio positam fuisset elevatus, quo facinore nec potuit, nec potest, nec poterit unquam tetrius aut magis horrendum committi. Edentur itaque in editione, si Deus dabit, tam varia symbola, ut sacrosancta facultas omnia conciliet aptetque. Scopus igitur & finis hujus tractationis in hoc est, ut reducta summa characterum & linguarum ad fummam rationem origine, incitem orbem summa authoritate & ratione ornatum, qui in Christianismo versatur, ad ipsius summæ originis agnitionem, & priscis usitatæ sæculis (hoc est Postdiluvianis & aureis) lectionis usum. Si quidem semper admirandum est, quod suit potissimum ab initio fanctis in usu, quales suere Fœnicum literæ communes: unde Græcia & Latinum, & Mysticæ quæ cœlitus sunt traditæ, ad quas si de sacris veteris Testamenti dubitaretur, merito fancti doctores statuere recurrendum. Ouæ vero major fides de librorum Moseos veritatejam à nescio quot nostri seculi Atheis agitata & proscissa haberi posset, quam ut ipsa veritas Hebraica Fœnixve duorum populorum diverso charactere & ritu in ejusdem legis divinæ descriptione utentium, charactere diverso sit in eodem sensu servata? Nam nec Græci. nec Latini, nec Hebræi videbuntur unquam quicquam in ea confinxisse, quum illa ipsa eadem veritas in Fœnice sive Samaritano chara-Zz z cte.

#### 726 GUILLIELMUS POSTELLUS &c.

ctione quam in cæteris unquam affertionibus dixi aut scripsi, inque lucem edidi, ea omnia submissa volo illius summi senatus sententiæ, cui & sacra in sensu eliciendo probandove & Christus in sua sancta authoritate veris in conciliis servanda, jam à septingentis annis cessit, quæ Christianissima primaque totius Christianismi consentio est,



# INDEX.

#### A.

A & O in elocutione quidam con A662 & Baba.	fundunt. 78
Asset of Mana.	, ,
Accentuum discrimen in vocibus.	119, 120
* 'Azers quid Græci dicant.	282
'Av au & ai ai.	300, 301.
	07, 608, 609
'Αμφίδολίας exemplum.	425
*Annuel pronunciare.	164
Al & si.	3,06
Ad & so diphtongorum pronunciatio.	619
As & હઈ diphtongorum pronunciatio. 'Anances micura & anan ress messea, 338	, 339, 421, 478

#### В.

B. an ut V. confonans fonandum.	482
B. duplicem apud Gr. sonum habet, nativi	
assumtum.	307
Βαταρισμές & βατίολογία quid Græcis.	
Bi ovium sonus & vox. 28	70. 7,288
Bibulus. de Bibulo cum Cæsare Cos. Iusus.	336,
	337
Bin & Bin, discripantia pronunciationis m	oltum
an parum different. 129, 141, 187, 18	8, 61 I
Brazer pro Arizer Dores , unde Latinum balare	. 288
Beargaine Diana epitheton.	374

Z2 4

*F*.

# r.

Ŧ	¬ ակարա.	de	hac	litera	Crez.	Martini	disputatio
							1983
Ļ	& y an	te y	ocale	s posi	æ,		368,316

Checum laudat Smithus.	520, 557
Chrysoloras Graças literas primus restituit.  Cicero memoria lapsus in Homerico loca in lib. de Finibus a Checo emenda	23 <i>5</i> 0. 422
Cyrilli vel Jo. Philoponi opusculum de d	424

## **D**; '

A. nequaquam pronunciari debet ut D. ex Martini sententia contra Mekerchum. Αια τιωτάρων, Αξά πείντε, Αξά πωνών, quid apud (	₹0ĭ
cos.	104
Διγάμμα Æolicum. 144	207
Dionysii Halicarnass. de Vocalibus scriptio.	36
737	,542
Diphtongi duos sonos habent.	294
Diphtongorum sonus & pronunciatio apud A	Inți-
quos.	8g.
fonus & discriptio Th. Smithi. 54	9,&
	feqq.
Dip	btom

# I N D E X

Diphtongorum nuptiæ. 330	í.
de Diphtongis Gr. Martini contra Me	• '
kerchum dissertatio. 604 & segq	۹,
de Diphtongorum Pronunciatione dis	-
putatio Erasmi Smith. 632, 623 & seqq.	
an olim discrimen fuerit. 634, 635	7
utrum hodie discrimen Pronunciationi	S .
Literarum & Diphtongorum dari possit. 649	٠, `
an Pronunciatio illa, secundum discri	_
men jam dictum, sit germana illa Pronuncia	į.
tio Graca, veteribus usitata? 649,650,651	
An pronunciatio nostra communis si	it
antiqua & germana Pronunciatio. 651	١.
Utra propius ad Antiquitatem acce	-5
dat.	2.
An necesse sit de antiqua Pronunciation	
ne hodie laborare. 653, & sequ	<b>7</b> •

#### E.

E. & H. sibi invicem affines. Edictum Steph, Vintoniensis Episc. & Cantabr.	285. Can-
cell. de Pron. Linguæ Gr. & Lat.	205
Eî grandiorem fonum facit quam I.	303
Εντελέχαια, ενδελέχαια, οίκοντε & οίκονδε & fimilia.	102
	193
Erredineias ( ကြီး) ကျေ irosdinas pugna apud Ve	teres.
The second secon	387
Erzueidior & fimilia.	110
H. litera antiquitus in ahena & fimilibus ita	
quis literis exstans Abena scribebatur.	146
H. & E. sibi invicem assines.	285
H. Vocalis longa ex Gr. Martini fententia u	· T.at.
4 *************************************	
• · · · · · · · · · · · · · · · · · · ·	1, 595
Zz 5	35 t
Z z 5 E	rasmi

#### INDEX.

Erafini Comment. de L. Gr. &c. Pronunc. laudatur. 480

Erafini lepida fabella de ejus recta L. Gr. Pronunciatione &c. 627, 618

Erafino testimonium a Checo, de Pron. Gr. L. datum. 269

Erafinas receptam pronunciationem L. Gr. fecutus fuit, quamvis contra illam scripserit. 346

Enstathius, Homeri Commentator, recepta ante Erafinum & Checum pronunciationi L. Gr. favet. 610, 614, 617, 618, 624

G.

Glareanus (Henr.) lepidam fraudem Erasmo in fabula de Pronunciatione L. Gr. fecisse dicitur.

628, 629, 630

yhmerahyla quod linguæ seu dictionis vitium. 201,

441, 442

Græcæ Linguæ per Barbaros illata clades.

489

Græcæ & Lat. Characteres quomodo originem a Phoenicibus duxerint.

715

Græcissantes Gall. & Angli &c. varie admodum pronunciant.

#### H.

Elebras Lingua, prima mundi, ejusque character primus. 707,708 Herodotus apud Checum emendatus. 424

#### INDEX

I.

I. Latinorum confonans p ditur. Johannis Philoponi vel Cytilli	5*3; -, opulculum utiliffi
mum de differentiis vocun	n Græcarum &c. au-
ctius ab Erasimo Smith edit	um. 61\$
1 armurude anid Gracis.	72
lydrik quodnam fermonis	vitium discrint Gra-
ci.	73

#### K.

K. ante vocalem, ut in Kauene, svens &c.	vim lite
rit.	134
K. & r. ante vocales polite.	309,310
K. Gracum per Latinum c. redditur.	\$84
de K. Gracorum & c. Latine	orum Gr.
Martini sententia.	199, 600
Martini contra Mekerchum dispu	tatio. ibid.
Kurm unde Kuffen.	198,257

L. Litera L. vis.

Labdacismus in pellucidus &c.

Landini (Christophori) laus.

Langii (Jo. Mich.) Addenda ad Th. Smith.

Lasini

Lasini

#### I N.D.E.X.

#### M.

M. Literæ M. mugitus.	ışı
Max unde apud Gracos dicta oves.	288
Metello Pontifici lingua valde impedita.	65
Moyidadia quid Gracis.	70,71
Musica species in pronunciandis vocalibus.	99
Mutarum ordines tres, earumque discriptio.	120,
	121

N.

# N. Liters N. formatio.

ıŢi

O. & A. quidam in elocutione confundunt. 78

#### INDEX.

0. & U. affinitas, unde in elocutione & sono multi confundunt.

83, 290

0. & Ω. sibi invicem affines.

discrimen inter illas literas.

332, 333,

334

0ξθοίπτων Græci rectam pronunciationem vocarunt.

P.

. & z. invicem mutantur. Pellucidus pro perlucidus, pronunciatio ex Labdacilmo orta. Phanicum Character publicus & priscus, à quo lituræ Gr. & Lat. originem duxerunt. - Literæ, seu priscus Linguæ Gr. & Lat. 704, 705. & Seq. character. πλατυπομός quale dictionis vitium apud Gracos. Hilleds & milled apud Homerum. - teste Eustathio in pronunciatione plane similem atque eundem habent sonum. Productio vel corruptio syllabe liturzve quantum in pronunciatione & auditu discrimen faciat: 107 Pronunciatio Gr. Lat. que, ex Erasmi Schmidii , 658,659. & seqq. sententia, retinenda sit.

Q.

Quintiliani (Fabii) confilium de formanda voce & lingua articulata.

R.

#### INDEX

#### R.

Radcliffus five Radeliffus & testimonium de illo. 316, 327, 401, 405, 410, 561. & feqq.

S.

نت:	
Samaritani Characteres, & quanam ratione ii	66
Samaritani Characteres, & quanam ratione ii	<b>fdem</b>
substituti alii qui nunc in usu sunt.	1,712
Semivocales raro olim duplicabantur.	15
73 Zeunds quid Græci in oratione vocaverint.	249
Serfus, Dafus, Farro &c.	307
Serfus, Datus, Farro &c. Smithus ante Checum pronunciationem L. G mendatam invexit. 278, 329	
Smithi & Checi conventus & colloquium de e danda Græca Pronunciatione. 557,558.	men-
Sonorum distinctio in Gr. Lingua an necessario 617. Es	a fit.
Sont, servos &c. mollita in sunt, servus &c.	243
	473, 481

#### T.

Tonorum in voce & proferendis dictionibus observatio.

103, 104
Τεμυλισμέν quid Græci adpellent.
70
Theomis Sophistæ & λμοιωλίας locus. 338, 339,
421, 527, 528, 609. emendatur à Jo. Checo. 422
U.

# INDEX

U.

litera contractior quam $\Omega$ .  17. & 0. in locutione & fono multi confundunt.
Valerius Βυλήριο, valere βωλήρι.  Valla, Hadrianus Cardinalis, Linacer & Budæus instauratores L. Lat.  Vocales a. s. s. o. fonarunt olim ficuti nunc.  quali modo ore & labiis proferantur.
unde ita dicta.  breves & longæ in pronunciatione.  productæ geminabantur, teste Quintilia-
no.  fimplices & geminatæ quantum discrepent in auditu.  Focalium descriptio apud Dionys. Halicarnass. 536,
Fr. Latinarumque pronunciatio & in pronunciatione fonus apud Anglos.543,544,545  Vocum & dictionum quæsita sæpe apud Antiquos asperitas vel mollities.  149,150  7. magis sonora litera quam i. unde in Pyrrho &c. retents.
T non idem valere quod s, ex Gr. Martini sententia.  'Υποσυςολή.  163

X.

Xame's quales versus adpellarint Graci.

## INDEX.

Y श्रा र जानीदी, proverbium Græcum.

6ġ

 $\Omega_{\bullet}$ 


Ω. & O. fibi invicem affines.

185

FINIS.







Digitized by Google

